OPERA OMNIA DESIDERII ERASMI

OPERA OMNIA

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI

RECOGNITA ET ADNOTATIONE CRITICA INSTRVCTA
NOTISQVE ILLVSTRATA

ORDINIS QVINTI TOMVS QVINTVS



MCMXCIV
NORTH-HOLLAND
AMSTERDAM – LONDON – NEW YORK – TOKYO

Sous le patronage de
L'UNION ACADÉMIQUE INTERNATIONALE
ET DE L'ACADÉMIE ROYALE NÉERLANDAISE DES SCIENCES
ET DES SCIENCES HUMAINES

Library of Congress Catalog Card Number: 71 89942

ISBN: – Tomus V,5: 0444 89742 9

This volume has been printed on acid-free paper

Printed in the Netherlands

IN HOC VOLVMINE CONTINETVR

ECCLESIASTES
(LIBRI III-IV)

ed. Jacques Chomarat

PREFACE

Voici le vingt et unième tome de l'édition critique des *Opera omnia* d'Erasme. Ce tome V, 5 comprend la dernière partie de l'*Ecclesiastes*, à savoir les livres III et IV, édités par Jacques Chomarat (Paris), déjà responsable des livres I–II dans *ASD* V, 4 (1991).

Quant aux principes généraux de notre édition et à la division en 'ordines' préconisée par Erasme lui-même, nous renvoyons à la *General Introduction*, *ASD* I, 1 (1969), pp. x, XVII–XVIII.

L'*Ecclesiastes* relève du cinquième 'ordo', c'est-à-dire de l'"ordo librorum qui spectant ad pietatem".

Pour l'Introduction à l'*Ecclesiastes* on consultera *ASD* V, 4, pp. 3–27. Le présent tome V, 5 comprend un Index nominum cumulatif pour les tomes V, 4–5, ainsi que des *addenda et corrigenda* relatifs au tome V, 4.

Le Comité de Rédaction et l'éditeur de ce tome remercient les bibliothèques qui ont mis à leur disposition livres, photocopies et microfilms.

Le Comité de Rédaction


Constantijn Huygens Instituut
Afdeling Erasmus
Postbus 90754
2509 LT 's-Gravenhage
Février 1994

ECCLESIASTES
SIVE DE RATIONE CONCIONANDI

édité par

JACQUES CHOMARAT

Paris


DES. ERASMI ROT.
ECCLESIASTAE
SIVE DE RATIONE CONCIONAN
di libri quatuor, opus recens, denuo ab auto
re recognitum, sed cum indice accu
ratiore quàm antehac &
copiosiore.

FRO BEN

ANNO MDXXXVI.

Cum gratia & priuilegio Caesareo ad
annos quatuor.

Ecclesiastes siue de ratione concionandi. Basileae, Hier. Frobenius et Nic. Episcopius, mense Augusto 1536 (= *C*).

Ex. Gemeentebibliotheek Rotterdam

AVANT-PROPOS

Le temps écoulé entre la publication des livres I–II et celle de ce volume m'a permis de prendre connaissance du jugement de plusieurs lecteurs sur le tome *ASD* V, 4. Je remercie vivement J. IJsewijn pour son compte-rendu très bienveillant paru dans Humanistica Lovaniensia 41 (1992), p. 371; on trouvera la plupart de ses suggestions dans une liste d'*addenda et corrigenda* à la fin de ce volume. J'ai pu tirer parti aussi des indications adressées par le Dr Erich Biller, de Vienne, à la Commission Erasme; je l'en remercie. Enfin le hasard ou la réflexion m'ont permis de rectifier ou de préciser moi-même certaines notes.

A. Godin dans BHR 54, 2 (1992), p. 554, rejette l'explication que j'avais proposée de la répugnance d'Erasme à achever son travail par le manque de pratique de la prédication: "Parler d'un manque de pratique n'a guère de sens. Après tout, Erasme ne fut pas non plus un expert en matière d'enseignement, mais ce défaut d'expérience ne l'a jamais empêché de produire, vite et bien, de nombreux ouvrages de pédagogie". Sans rappeler le séjour à Steyn et la rédaction de l'*Epitome* des *Elegantiae* de Valla, on peut tout de même affirmer qu'à Paris, de 1496 à 1499 Erasme a surtout vécu de leçons particulières (à Mountjoy, aux frères Christian et Henry Northoff, à Thomas Gray, à Robert Fisher); pour les besoins de cet enseignement Erasme a rédigé des *Familiarium colloquiorum formulae* (d'où naîtront les *Colloques*), des *Adagiorum collectanea* (maintes fois enrichis, parus d'abord en 1500), la première version du *De conscribendis epistolis*, l'ébauche du *De copia*. Il alla en Italie comme précepteur des fils Boerio, y eut ensuite pour élève Alexandre Stewart (*Adage* 1401). En 1512 il donna des cours de grec et de théologie à Cambridge, en 1517–1520 il dirige à Louvain le Collegium trilingue. Est-ce là un "défaut d'expérience" pédagogique? Pour sa part Godin préférerait une explication psychanalytique: "les résistances de l'écrivain (qui peuvent aussi titiller l'imagination soupçonneuse du psychanalyste)"; mais il ne donne aucune précision; on attendra donc pour juger.

Comme pour le volume précédent, l'équipe de la Commission Erasme, maintenant transférée à 's-Gravenhage, m'a apporté une aide précieuse dont je la remercie.

J.C.

CONSPECTVS SIGLORVM

A: ed. pr., Basil., Hier. Frobenius et Nic. Episcopius, mense Aug. 1535 (Bezzel 820).

B: ed. Basil., Hier. Frobenius et Nic. Episcopius, mense Mart. 1536 (Bezzel 821).

C: ed. Basil., Hier. Frobenius et Nic. Episcopius, mense Aug. 1536 (Bezzel 822).

D: ed. Basil., Hier. Frobenius et Nic. Episcopius, 1540 (Bezzel 823).

O: = *A–D*.

BAS: ed. Basil., Hier. Frobenius et Nic. Episcopius, 1540 (in tomo V *Omnium operum* Erasmi).

LB: ed. Lugd. Batauorum, P. vander Aa, 1704 (in tomo V *Operum omnium* Erasmi).

ECCLESIASTAE
SIVE DE RATIONE CONCIONANDI

LIBER TERTIVS

LB 951 Ex quinque artificis officiis vnum per omneis operis parteis absoluimus, inuentionem. Nunc per eadem recurremus, additurі si quid videbitur omissum. Inuentioni proxima est eloquutio, de qua mihi videor admonuisse, quod ecclesiastae satis est. Tertia est dispositio siue ordo, qui vt dicere coeperam, quum agerem de diuisione, quadrifariam intelligitur.

Est enim commoda verborum dispositio quae non tantum facit ad perspicuitatem et modulationem orationis, verum etiam ad acrimoniam: incommodus ac perturbatus verborum ordo sententiam obscurat et interdum inuoluit hyperbatis aut ἀνανταποδότοις molestam reddit orationem. Vt autem apte modulata sit oratio, praestat compositio, de qua M. Tullius accuratissime

4 *quinque* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 279, l. 704; *artificis*: l'orateur.
operis parteis Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 280, l. 725.

6 *proxima* Normalement pourtant la "dispositio" précède l'"elocutio"; voir livre II, *ASD* V, 4, p. 704, n.ll. 703–704, et Quint. *Inst.* VII, *Prooem.* 1–2.

7 *satis est* Pourtant Er. reviendra longuement sur les figures et les tropes à la fin du livre III (p. 98, l. 903–p. 176, l. 497).
dispositio siue ordo Cf. Cic. *De or.* II, 42, 179: "Qui ordo tibi placeat et quae dispositio argumentorum ..."; livre II, *ASD* V, 4, p. 304, l. 375.
coeperam Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 304, l. 365 sq.

8 *quadrifariam* En réalité Er. disait loc. cit. *bifariam*; le premier sens était l'annonce du plan qui sera suivi (*promissio certarum partium*, p. 304, l. 377), le second l'ordre suivi à l'intérieur de chaque partie (ibid. ll. 374–375). De plus ces deux sens étaient ceux du mot *diuisio*. On ne trouve *quadrifariam* que p. 400, l. 853, à propos des quatre sens du mot "locus".

9–10 *perspicuitatem* "Clarté"; voir Quint. *Inst.* VIII, 2.

10 *modulationem* "Mélodie, musicalité"; voir Quint. *Inst.* IX, 4, 139; XI, 3, 57 et 59.
acrimoniam "Force, vigueur"; voir *Rhet. Her.* IV, 49; Cic. *Inv.* II, 143.

12 *hyperbatis* Violation de l'ordre usuel des mots: Quint. *Inst.* VIII, 6, 62 et IX, 3, 91; en latin: "transgressio". Elle peut être élégante ("concinna") ou rude.
ἀνανταποδότοις Ellipse d'une proposition principale, si bien que la phrase se réduit à une subordonnée; exemples et définition dans la scholie à Aristoph. *Plut.* 469 (pièce d'Aristoph. la plus souvent citée et utilisée par Er. en particulier dans la *Moria*).

13 *compositio* "Compositio est verborum constructio quae facit omnes partes orationis aequabiliter perpolitas" (*Rhet. Her.* IV, 18).
M. Tullius Cic. *Or.* XLIII, 147 sq.

scripsit et post hunc Fabius. Verum haec pars curiosior est quam vt conueniat ecclesiastae. Tametsi diuus Augustinus adeo non vitauit comparia, similiter cadentia, similiter desinentia, adnominationes et alias id genus figuras, vt ingenue fateatur a se affectatas, nec psalmum modo aduersum Donatistas, sed iustum volumen huiusmodi schematibus floridum conscripserit. Dedit hoc auribus suae gentis, cui vix quicquam simplex placebat.
LB 952 Caeterum voces quae emphasim habent, | rectius initio aut in fine collocantur quam in medio. Veluti: 'Tu ista audes in me?'. In vtroque pronomine emphasis est. 'Sus doces Mineruam?'. Acrius est quam si dicas: 'Sus Mineruam doces'. Ita Paulus: '*O homo, tu quis es, qui respondes Deo?*'. Vehementius est quam si dicas: 'Quis tu es homo, qui Deo respondes?'.

Est altera ordinis functio per quam commode disponuntur principales orationis propositiones: id fit in diuisione de qua diximus. In his quemadmodum ante admonui, maxime probandus est ordo, quum propositio praecedens velut ex se gradum praebet ad sequentem. Quod genus sit: 'Primo loco dicam quanta sit virginum dignitas quantaque felicitas, mox quantis periculis hic thesaurus sit expositus'. A re laudata ad eiusdem rei custodiam commodus est gradus, incommodus si inuertas ordinem. Item: 'Primum dicam quibus virtutibus summum pontificatum promeruerit, dein, qua integritate susceptum gesserit'. Praeposterum erit, si prius dixerit quomodo gesserit, post quomodo sit assequutus. Interdum propositio praemollit sequuturam, suapte natura duriusculam. Velut hanc: 'Milo insidiantem Clodium interfecit', praemollit illa, 'Etiamsi ciuem adeo reipublicae pestilentem per insidias esset adortus, praemium merebatur, non poenam'.

Tertius ordinis vsus est in singulis argumentationibus; frequenter enim
LB 953 eadem propositio pluribus argumentis confirmatur, quae non | oportet nullo delectu velut in aceruum congerere, sed ordine quodam velut in aciem producere. Caeterum quae quibus locis magis conueniant, dicentis iudicio consilioque relinquendum est. Non improbatur quum ab infirmioribus itur ad firmissima. Probatur quae primo ac postremo loco collocat efficaciora, infirmiora veluti gregarios milites in medium agmen coniicit. Sola improbatur, quae a firmioribus pergit ad infirmiora. Ita natura comparatum est vt ad ea maxime simus intenti quae primo dicuntur loco; quae si arrident, caetera cum fauore audimus; quae vero postrema sunt, maxime haerent animo; quae in medio sunt, etiam si per se parum valent, velut in monomachia, tamen numero et synathroesmo valent.

Quartus ordinis modus est, quo tota diuiditur oratio, veluti qui libros

17 aduersum *O*: aduersus *BAS LB*.

33 dixerit *O*: dixeris *BAS LB*.

14 *post hunc* Sens chronologique ou plutôt hiérarchique?
Fabius Quint. *Inst.* IX, 4 en entier.
curiosior "Qui demande trop de soin"; cf. Quint. *Inst.* VIII, 3, 55: "... vt a diligenti curiosus et a religione superstitio distat".
15 *diuus Augustinus* Cf. ci-dessous, p. 136, l. 613.

comparia Même nombre de syllabes dans les deux membres successifs d'une phrase: "In proelio mortem parens oppetebat, domi filius nuptias comparabat" (*Rhet. Her.* IV, 20, 27).

16 *similiter cadentia* Désinences casuelles semblables: "Hominem laudem egentem virtutis, abundantem felicitatis" (*Rhet. Her.* IV, 20, 28).

similiter desinentia Rime ou assonance: "Turpiter audes facere, nequiter studes dicere". Sur ces figures voir ci-dessous, p. 134, ll. 589–595; Quint. *Inst.* IX, 3, 75–80.

adnominationes Emploi de deux mots identiques à un détail près pour exprimer deux idées différentes: "Hic qui se magnifice iactat atque ostentat venit antequam Romam venit" (Cet homme qui se vante et se pavane pompeusement a été vendu [comme esclave] avant d'être venu à Rome). En grec: paronomase; voir *Rhet. Her.* IV, 21, 29; Cic. *De or.* II, 63, 256; *Or.* 164–168; Quint. *Inst.* IX, 3, 66.

17 *fateatur* Aug. *Doctr. chr.* IV, 20, 41: "... in meo eloquio, quantum modeste fieri arbitror, non praetermitto istos numeros clausularum".

17–18 *psalmum ... aduersum Donatistas* Près de 400 vers tous terminés par *-e* (infinitifs, ablatifs de 3e décl., adverbes, etc.), *PL* 43, 23–32.

18 *iustum* "Iusto, hoc est magno volumine; dicimus enim iustam rem magnam, quemadmodum bonam, vt bonam partem et iustam partem: magnam partem" (Perotti, *Cornucopia*, Venise, Alde Manuce, Nov. 1513, col. 1045, l. 14 sq.).

schematibus Ou figures, voir ci-dessous, p. 98, l. 903.

18–19 *volumen ... conscripserit* Sans doute *La Cité de Dieu*; voir H.-I. Marrou, *Saint Augustin et la fin de la culture antique*, Paris, [4]1958, p. 81.

19 *gentis* Les Africains étaient considérés comme très attachés à ces parures de la prose; voir Apulée, Tertullien, etc.; Ep. 1334, Allen V, p. 179, ll. 304–313. Voir E. Norden, *Die Antike Kunstprosa vom VI. Jahrhundert v. Chr. bis in die Zeit der Renaissance*, Stuttgart, [5]1958, t. II, pp. 588–631 et spécialement sur Augustin, pp. 621–624.

20 *emphasim* Voir *Gramm. rhét.*, pp. 803–815, en particulier p. 809; le sens ici est: mise en relief.

22 *Sus doces Mineruam* *Adag.* 40 'Sus Mineruam', sous-entendu 'docet' ou 'monet', (*ASD* II, 1, p. 154), est ici mis à la 2e personne.

23 *Paulus* *Rom.* 9, 20; l'ordre des mots est le même chez Er. et dans la Vulgate; Vulg.: "... respondeas ...", Er.: "... ex aduerso respondes ..." (ἀνταποκρινόμενος).

26 *propositiones* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 344, l. 452 sq.; p. 348, l. 581 (propositiones generales); p. 350, l. 640 sq. (propositio principalis). Dans l'exemple utilisé dans ce dernier passage et repris ici ll. 35–37, la propositio principalis est "iure occidit [Milo Clodium], quia per insidias adorientem interfecit". Voir Quint. *Inst.* IV, 4.

28 *gradum* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 351, l. 649 sq.; p. 352, l. 667 sq.

34–35 *praemollit ... duriusculam* Voir Quint. *Inst.* IV, 3, 10: "His igitur velut fomentis, si quid erit asperum, praemolliemus, quo facilius aures iudicum quae post dicturi erimus admittant, etc."; l'adjectif *duriusculam* n'est pas pris au sens de Plin. *Nat.* Praef. 1 (dur à l'oreille), mais en un sens figuré; mais il y a peut-être réminiscence: "... vt emolliam Catullum ...: ille enim ... duriusculum fecit".

36 *pestilentem* Cf. livre II, *ASD* V, 4, p. 350, l. 644 *pestilentissimum*.

37 *praemium* Cf. loc. cit. *honorem*.

40 *in aceruum* Cf. Quint. *Inst.* VIII, 4, 26.

velut in aciem Cf. *Rhet. Her.* III, 10, 18: "Haec dispositio locorum, tanquam instructio militum, facillime in dicendo, sicut illa in pugnando, parere poterit victoriam".

43 *Probatur ... efficaciora* Voir *Rhet. Her.* III, 10, 18: "... firmissimas argumentationes in primis et in postremis causae partibus collocare, etc."; Cic. *Or.* XV, 50: "de firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leuiora"; Quint. *Inst.* VII, 1, 10: "... primo firmum aliquid esse ponendum, summo firmissimum, imbecilliora medio ...".

44 *gregarios milites* "Les simples soldats" (Cic. *Planc.* 30, 79) par opposition à "egregii" ou à "delecti". Veg. *Mil.* III, 14 dit bien qu'on place au premier et au dernier rang (sur six) les *firmissimi milites*.

46 *simus intenti* Cf. *Rhet. Her.* III, 10, 18: "statim re narrata expectat animus auditoris ...".

47 *maxime haerent animo* Cf. ibid.: "nuperrime dictum facile memoriae mandatur".

48 *monomachia* "Singulare certamen" (Perotti, *Cornucopia*, col. 451, l. 54 et col. 771, l. 15). Voir Lucian. *Hist. conscr.* 12.

49 *synathroesmo* Quint. *Inst.* VIII, 4, 27: accumulation, entassement.

conscribunt, hos prima cura torquet, vt totum argumentum ordine commodo sit digestum; veluti si quis de rebus Romanae Vrbis paret scribere, hunc sequitur ordinem vt primo loco referat Vrbis primordia, deinde Romam florentem, postremo deficientem. Idem ordo seruari posset, si quis describeret Ecclesiae statum. Ante diximus de exordio, incremento et summa. Haec tria in vtraque parte locum habere poterunt; veluti quibus exordiis coeperit Ecclesia, quibus modis inualuerit ac propagata sit, denique quomodo effloruerit et ad pietatis fastigium peruenerit; rursus quomodo primum coeperit degenerare, deinde quomodo magis prolapsa sit, postremo quomodo sic in angustum coarctata adeo refrixerit religio, vt vix dicas eandem esse Ecclesiam.

Olim quoniam ecclesiastes fere versabatur in enarranda Scriptura Sacra, ipsa Scripturae series suppeditabat ordinem. Verbi causa psalmus proponebatur; primo loco titulus explicabatur, deinde psalmus. Si martyr laudabatur, ordo sumebatur ex praeceptionibus generis demonstratiui, veluti quum Chrysostomus celebrat Babylam, Basilius Quadraginta martyres. Beatus Paulus hunc fere seruat ordinem, vt primum doceat ac dissoluat difficultates quaestionum, dein subiicit monita de moribus, quae minus torquent lectorem, postremo salutationes, commendationes ac precationes. Hoc videtur imitatus Chrysostomus, qui post explanationem Scripturae, excurrit in locum moralem, ex iis quae dicta fuerant occasione arrepta. In his velut in viridariis amoenioribus requiescit ac reficitur auditor. Facit idem nonnunquam Hieronymus, vt quum e scopulis ac locis confragosis enauigauit oratio, ad amoeniora deuenit, vela pandens et quasi celeuma canens, sic enim ille loquitur.

Recentiores, quoniam a veterum exemplis recesserunt, varias ordinis formas commenti sunt de quibus ante nonnihil attigimus. Quidam primum orant tacite, mox erecti signant se cruce, praefati nomen Patris, Filii et Spiritus Sancti; dein recitant thema, vt vocant, de quo quaedam generalia proloquuntur, quod improbandum non est, si modo quae praefantur auditorem praeparent vel beneuolentia, vel attentione, vel docilitate; post haec comperio morem apud quosdam fuisse, vt recitaretur Euangelium lingua, vt opinor, vulgi; deinde pro impetranda gratia, salutabatur illa gratia plena; hinc repetebatur thema, mox diuisione facta, sermo peragebatur.

Vicani et qui hos imitantur quibusdam in locis, primum attingunt nonnihil ex Euangelio, dein recensent diuos qui vel in eum diem vel in sequentes incidunt deque eorum laudibus nonnihil attingunt, postea denunciant, si quae feriae aut si qua ieiunia in eam incident hebdomadem, denique si quid monendum est admonent, veluti si subleuandi pauperes aut si quis quid amisit aut si quid mali premat immineatue, vt pro illius depulsione Deum deprecentur. Compluribus peracta concione recitatur aliqua pars Symboli cum exomologesi et absolutione.

Quod apud Italos fit post recitatum Euangelium, in quo agnoscas aliquod pristinae consuetudinis vestigium. Nam olim posteaquam diaconus ad populum progressus, eoque salutato iussu episcopi pronunciarat Euangelium,
LB 954 episcopus | enarrabat quod lectum erat, mox reuersus intra cancellos perage-

bat mysteria. Simile vetustatis vestigium vidimus in ecclesia Anderlacensi,

79 Post haec *O*: Posthaec *BAS LB*.

86 incident *A–C*: incidunt *D BAS LB*.

51 *commodo* Cf. p. 7, l. 9 *commoda* et p. 8, l. 25 *commode*.

52 *rebus* C'est l'histoire (Geschichte).

53–54 *Romam ... deficientem* Er. a tracé une brillante synthèse de la période impériale dans sa Préface à Suétone publiée dans les *Historiae Augustae Scriptores* (Ep. 586, Allen II, p. 581, l. 72 sq.).

57 *Ecclesia* Voir une synthèse sur ses débuts et les moyens qui l'ont fait grandir dans la Préface à l'Evangile de Luc, Ep. 1381, Allen V, p. 319 sq., ll. 271–396.

59–60 *in angustum coarctata* Voir livre I, *ASD* V, 4, p. 144, l. 281 à p. 150, l. 365.

61 *fere* "Le plus souvent, d'ordinaire".

62 *psalmus* Er. a lui-même publié *Enarrat. in Ps.* 4 (en 1525, *ASD* V, 2, pp. 193–276) et *Enarrat. in Ps.* 85 (en 1528, *ASD* V, 3, pp. 330–427).

64 *generis demonstratiui* C'est à dire l'éloquence d'apparat; son rôle est secondaire dans la prédication, a dit Er. livre II, *ASD*, V, 4, p. 272, l. 550 sq.

65 *Babylam* Soit l'*Hom. de sancto hieromartyre Babyla* (*PG* 50, 527–534), soit le *Liber in sanctum Babylam contra Iulianum et contra Gentiles* (ibid. 533–572) dont la *PG* (Montfaucon) dit: "... historia ... declamatorio more narrata tropisque redundans; in qua plerumque veritatem desideres".
Quadraginta martyres *Hom.* 19 (*PG* 31, 507–526); cf. p. 88, l. 699.

66–67 *quaestionum* Problèmes théologiques, comme celui de la justification dans *Rom.*

69 *locum* Un thème, voir livre II, *ASD* V, 4, p. 400, l. 854. Voir comme exemples les homélies II et III sur le ch. 1 de la *Gn.* (*PG* 53).

73 *celeuma* "Sed quoniam a scopulosis locis enauigauit oratio et inter cauas spumeis fluctibus cautes, fragilis in altum cimba processit, expandenda vela sunt ventis, et quaestionum scopulis transuadatis, laetantium more nautarum, epilogi celeuma cantandum est. Etc." (Hier. *Epist.* 14, 10, *PL* 22, 353). Er. ne reprend pas seulement le mot, mais toute l'allégorie.

75 *ante nonnihil* Livre II, *ASD* V, 4, p. 280, l. 745 sq.; p. 301, l. 283 sq. et p. 302, l. 326 sq.

77 *thema* Citation biblique qui fournit son sujet au sermon; voir livre II, *ASD* V, 4, p. 280, l. 746 et n.

79 *beneuolentia ... docilitate* Selon Quint. *Inst.* IV, 1, 5, "le seul but de l'introduction est de préparer les auditeurs à nous être plus favorables dans les autres parties"; cela se fera "si beneuolum, attentum, docilem fecerimus". Les paragraphes 6 à 39 développent ces trois thèmes. Er. a déjà utilisé ces notions livre II, *ASD* V, 4, p. 280, ll. 728–729.

81 *illa gratia plena* Marie (*Lc.* 1, 28).
hinc "Ensuite" (Tac.).

83 *Vicani* "(Les prédicateurs) de village".

84–85 *qui ... incidunt* C'est-à-dire: dont on célèbre la fête ce jour-là.

88 *mali* Sécheresse par exemple (*premat*) ou épidémie (*immineat*).

89 *Compluribus* Datif, complément d'agent de *recitatur*, tournure poétique.
Symboli Le Credo, obligatoire dans le rite romain depuis 1014 (voir *DACL*, art. "Messe" par Henri Leclercq, ou *PL* 78, 548).

89–90 *exomologesi* "Confession", le Confiteor, qui fait aujourd'hui partie des prières préparatoires, comme il est dit ll. 102–103. Titre d'Er., *Exomolog.*, *LB* V, 145–170.

90 *absolutione* "Indulgentiam, absolutionem et remissionem peccatorum nostrorum ..." répons presque immédiat au Confiteor.

91 *Quod* Relatif de liaison, qui renvoie à l'idée exprimée dans la phrase précédente, tout en annonçant le relatif *in quo*. "Mais cela se fait en Italie après lecture de l'Evangile, ce en quoi on reconnaît ...".

92 *pristinae consuetudinis* Le vague de cette indication, l'absence de source ne permettent pas de dire quelle est cette époque ancienne, désignée l. 101 par *prisci moris*, bel exemple de "varietas" et de "copia" tout comme la substitution de *reliquiae* à *vestigium*.

93 *progressus* En venant du choeur.
salutato Sans doute le "Dominus vobiscum".

94 *enarrabat* Ce commentaire était le sermon.
lectum Reprend avec variation *pronunciarat*.
cancellos La barrière séparant le choeur où se tient le clergé de la nef où sont les fidèles (*populus*).

95 *mysteria* La Consécration et la Communion.
Anderlacensi Er. passa les mois de juin à octobre 1521 à Anderlecht où subsistent sa demeure et son cabinet de travail érigés en Musée.

haud procul a moenibus ciuitatis Bruxellanae: collegium est canonicorum, pastor extra cancellos sacrificat populo, sic moderato tempore, vt canonicorum cantiones finitae sint, antequam ipse recitarit Euangelium. Mox eodem cultu quo astabat altari conscendit suggestum docetque populum; eo facto redit ad altare peragitque sacrificium, nec prius dimittitur populus. Hae sunt prisci moris reliquiae. Post vbi iam sacerdotes imperiti occupauerunt ecclesias, ne nihil referrent vetustae consuetudinis, pro enarratione Scripturae recitant exomologesin et absolutionem. Quod merito superuacuum videatur, quum exomologesis peracta sit ante missae exordium, quem introitum appellant.

Sunt qui concioni et alteram addant coronidem. Recitant multa nomina defunctorum vel aegrotantium vel parturientium vel alia quapiam de causa periclitantium et pro singulis nominatim expressis exigunt *Pater noster* et *Aue Maria*, ipsi pro singulis accipiunt assem aut drachmam. Quis neget esse pium orare pro laborantibus? Sed quid opus est tot nominibus? Quid necesse est ita viritim partiri precationes? Tum quid opus est concionem tot appendicibus extendere?

Audiui qui, proposito themate, praefationis loco quaedam narrarent quae a themate erant alienissima; his peroratis et inuocata Virgine matre, thema repeterent, quod ipsum erat vulgare, id est, ad quoduis argumentum aeque quadrans; post haec exponebant eius diei Euangelium, sed in transcursu, velut obiter; tum proponebatur ex abrupto quaestio theologica; postremo loco addebant narrationes vel miraculorum vel fabularum, quibus imperite fictis affictae sunt similes allegoriae, dignum, vt aiunt, patella operculum. Hic scilicet est illorum excursus ad reficiendos iam lassos auditorum animos. Hic ordo, tametsi non est concionis, veluti corporis, tamen tolerari poterat, si nihil esset ineptum aut frigidum et si qua ratione inter se congruerent thema, Euangelium, quaestio et exhortatio. Quaestionis accessio videtur e scholasticorum ostentatione orta, vnde et illud inductum arbitror, quod quidam rei de qua dicturi sunt summam Latine praefantur, admirante turba non intellectam eloquentiam; hoc dicunt se tribuere auribus eruditorum, in quo bis peccant, mea sententia. Quid enim opus est lingua Latina, quum docti qui adsunt calleant etiam vulgatam? Praeterea plerunque frigida sunt quae praefantur, nihil habentia ponderis neque subtilitatis, tantum vt consuetudini satisfiat. Aliquid esset, si quae Latine proloquuntur eius generis sint, vt lingua populi vix possint exprimi.

Audiui qui illud praescripsisse sibi videbantur, haud scio vnde haustum: intermiscebant orationes quasdam elaboratius et exquisitis verbis compositas, multumque dissimiles reliquae dictioni, non aliter quam in Graecorum tragoediis admiscetur chorus, vt hinc ducta videri possit imitatio.

Aliis hoc studio est, vt concionem e variis disciplinis velut emblematibus contexant, partem adferentes e theologia vetere, partem e scholastica, partem e philosophia, partem e iure pontificio, partem e iure caesareo, nonnihil aspergentes e poetis; quae res praeterquam quod habet speciem inanitatis,

inconcinnam reddit orationem, praesertim quum id affectato fieri vel illud arguat, quod perpetuo fiat.

Apud Italos quidam partiuntur orationem non eodem modo, sed non minus inepte. Prima pars datur exponendo Euangelio, altera Iudaeis confutandis si adsint, tertia prophetiae quam sibi complures illic publice vindicant. Quorum de numero fuit Hieronymus Sauonarola; et ipse Romae quendam

98 recitarit *O*: recitauit *BAS LB*.

139 inconcinnam *erratum A cett.*: inconcinnem *A*.

99 *cultu* Les habits sacerdotaux qu'il a revêtus pour dire la messe.

100 *sacrificium* Synonyme de *mysteria*.

101 *Post vbi* Sens temporel.

102 *pro* "Au lieu de", car étant incompétents (*imperiti*) ils ne savent pas expliquer l'Evangile du jour ni, plus largement, l'Ecriture.

103 *superuacuum* Logiquement la confession et la rémission des péchés devraient venir après le sermon, avant la consécration, non avant l'Introït.

105 *multa nomina* Le memento.

108 *accipiunt* Voir l'*Adag.* 1069 'Vel a mortuo tributum auferre' (*LB* II, 432 D) et surtout le 812 'A mortuo tributum exigere' (*LB* II, 336 E).
assem aut drachmam L'as, monnaie romaine, a une très faible valeur; la drachme, monnaie athénienne, valait dix fois plus. Il y a de l'ironie dans ce choix de monnaies antiques.

109 *laborantibus* Reprend à la fois *aegrotantium* et *parturentium*.

112 *praefationis* C'est le "prothema", voir E. Gilson, *La technique du sermon médiéval*, dans: *Les idées et les lettres*, Paris, ^{2}1955, p. 103.

115–116 *in transcursu, velut obiter* Cf. Plin. *Nat.* III, 6, 39 et *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 166, l. 632.

116 *ex abrupto* Cette locution semble ignorée des Anciens et pourrait bien être empruntée au langage scolastique, comme le suggère le voisinage des mots *quaestio theologica*: "sans préparation", "sans transition".

117 *vel miraculorum vel fabularum* Ce voisinage est parlant: pour Er. les prétendus miracles de son temps sont imaginaires. Voir livre I, *ASD* V, 4, p. 190, l. 95 et la note.

118 *allegoriae* Voir ci-dessous, p. 160, l. 141.
dignum ... patella operculum *Adag.* 972 (*LB* II, 387 C E), renvoyant à Hier. *Epist. ad Chromatium* (*PL* 22, 340, 5).

119 *excursus* "Digression" (Quint. *Inst.* IV, 3, 12).

120 *concionis, veluti corporis* "Celui d'un sermon en tant qu'il formerait un tout organisé".

123 *ostentatione* Voir ci-dessous, p. 16, ll. 186–187 et 196. Cf. *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 30, l. 561: "argutiis ad ostentationem repertis"; p. 32, l. 596: "magis faciunt ad quaestum et ostentationem quam ad eruditionem" et p. 18, l. 175: "eruditionis ostentatores".

124 *Latine praefantur* Cet usage n'avait pas disparu dans les années 1930. Sur le problème de l'usage du latin dans les sermons populaires, voir les réflexions judicieuses d'Armand Gaste, *Michel Menot, en quelle langue a-t-il prêché?*, Genève, Slatkine reprints, 1971.

129 *Aliquid* "Quelque chose qui compte, qui a de la valeur".

130 *vix* Equivaut pratiquement à une négation.

132 *orationes* Des phrases. C'était peut-être des citations, Er. n'est pas assez détaillé pour qu'on puisse en juger. Voir ci-dessous, l. 146.

135 *emblematibus* Eléments d'une mosaïque.

136 *theologia vetere* Celle des Pères de l'Eglise et des "auteurs ecclésiastiques" de l'Antiquité.

137 *iure pontificio* Droit canon.
iure caesareo Droit romain.

139 *affectato* Emprunt à *Hist. Aug.*, Lampridius *Vit. Hel.* 17, 4, mais pris au sens de "affectate": avec recherche, avec affectation.

143 *prophetiae* Er. prend d'ordinaire ce mot au sens de "explication de la parole divine", mais ici au sens de "annonce de l'avenir voulu par Dieu".

144 *Sauonarola* Ferrare 1452–Florence 1498; à Florence il prophétisa la venue d'un nouveau Cyrus (qui mit fin à la captivité de Babylone); Er. a pu rencontrer en Italie des gens qui l'avaient entendu prêcher, ou du moins se trouvaient dans la ville des Médicis quand il en était le maître.
Romae Er. y séjourna de la fin de 1508 à mai 1509. On peut penser qu'il y entendit Gilles

audiui tum quidem primi nominis, qui palam cum religiosa testificatione sibi assereret prophetiae donum. Nonnulla pars dabatur Danti aut Petrarchae, LB 955 quorum rythmi voce canora plenisque, vt aiunt, ti|biis et insigni corporis gesticulatione pronunciabantur. Dixisses aliquid dici sacratius Euangelio. Huiusmodi commenticiis nouitatibus magis indulgent qui religionis titulo commendantur quam ii quos ideo seculares appellant, quod monachi non sint, nimirum gratificantes affectui multitudinis potius quam iudicio consulentes. Nihil est indocta multitudine fastidiosius, cui si quis conetur morem gerere, subinde esset nouanda concionandi forma. Consultius igitur est ecclesiasten quod optimum est sequi, idem fiet assuetudine populo quoque gratum.

Audiui quosdam qui paradoxa in speciem absurdissima proferrent apud concionem et in his inuoluendis verius quam explicandis venditabant acumen ingenii, quo negociatoribus, quorum liberalitatem solicitabant, fidem facerent se in scholis non omnino lusisse operam. Est quidem aliquousque morigerandum multitudini, sed hactenus vt a synceritate Verbi diuini non recedatur, semperque meminerimus plurimum interesse inter euangelicum ecclesiasten et inter patronum forensem, nihil non facientem vt causam vincat, aut histrionem solum hoc spectantem, vt theatro placeat actio.

Quis autem ordo sit optimus, partim ex illis quae supra de diuisione propositionum diximus, partim ex his quae nunc adiicimus, liquebit.

De memoria quoque videor admonuisse, quod ad hoc institutum satis est: artificium, si quis exactius perdiscat et anxie respiciat ad locos et imagines, meo quidem iudicio plus adfert impedimenti quam adiumenti. Primum enim hebetius reddit ingenium ac dicendi calorem refrigerat anxia cura, deinde natiuam memoriae vim, quae plurimarum rerum est capacissima, praesertim si ad naturam felicem accedat intelligentia, cura, exercitatio et ordo, quum iis qui anxie obseruant artem, interdum eueniat quod solet illis qui machinis nimium operosis aliquid moliuntur, vt plus sit negocii in apparanda machina quam futurum erat in opere vulgari more conficiendo. Ita citius ediscas quae velis meminisse quam singula in locos et imagines digeras, vt iam duplici sit opus memoria: rerum de quibus paras dicere et locorum atque imaginum quas subinde nouas fingere oportet. Ad studium igitur infigendi accedit labor inueniendi non mediocris. Haec incommoda magis sentiunt senes, qui iuuenes hoc artificio valde delectati sunt.

Quod si vsu veniat vt plura nomina sint recitanda aut prolixior Scripturae locus citandus et memoria vel natura vel senio fuerit imbecillior, non est turpe concionatori de scheda pronunciare turbam nominum; Scripturae vero prolixius testimonium plus habet ponderis ac fidei, si de scheda aut e codice

164 adiicimus *erratum A cett.*: adiecimus *A*.
168 ac *O*: aut *BAS LB*.
169 si *O BAS*: sit *LB*.
175 sit opus *cett.*: opus sit *C*.

de Viterbe (1469–1532) alors général des Augustins, futur cardinal; vers la fin de février ou en mars celui-ci, prédicateur réputé, invita son auditoire de Saint-Lau-

rent-en-Damase à donner généreusement pour faire élever un nouvel autel; les premiers résultats furent maigres; Gilles annonça que de l'aide serait envoyée de loin (vt procul auxilium mitteretur); de fait une dame espagnole peu après envoya une grande quantité d'or (Giuseppe Signorelli, *Il cardinale Egidio da Viterbo agostiniano umanista e riformatore, 1469–1532*, Firenze, 1929, p. 43 et n. 29, p. 164). Sur Gilles de Viterbe voir aussi le livre de John W. O'Malley, *Giles of Viterbo on church and reform. A study in renaissance thought*, Leiden, 1968; *Contemporaries* I, s.v. Antonini, Egidio. Il est nommé: *Ciceron.*, *ASD* I, 2, p. 700, l. 21.

145 *religiosa testificatione* Cela peut signifier qu'il prenait à témoin son auditoire en termes pieux.

146 *Danti aut Petrarchae* Cf. livre II, *ASD* V, 4, p. 264, l. 395; pour le second voir aussi *Ciceron.*, *ASD* I, 2, p. 661, ll. 16–21.

147 *plenisque ... tibiis* Il n'y a point d'adage ainsi formulé, mais deux contiennent *tibiis*: *Adag.* 596 (Apertis tibiis), *LB* II, 219 A, et 597 (Quid opus erat longis canere tibiis?), *LB* II, 219 B–D. Le premier (Quint. *Inst.* XI, 3, 50) est expliqué par "clariore voce"; Er. l'a contaminé avec "plena vox" (Cic. *Brut.* 289).

148 *gesticulatione* Péjoratif: Quint. *Inst.* XI, 3, 183.

149 *commenticiis nouitatibus* Pléonasme.
religionis titulo Le premier mot signifie ici: ordre religieux. C'était le cas de Gilles de Viterbe, Augustin.

151 *nimirum gratificantes* Explique non point ce qui précède (*appellant*) mais le début de la phrase.

152 *fastidiosius* "Plus difficile à satisfaire".

154 *idem* Neutre; *populo* Datif.

156 *inuoluendis* "Embrouiller, rendre obscur".
venditabant "Faisaient valoir", mais le mot garde une nuance commerciale: *liberalitatem solicitabant*.

157 *negociatoribus* Sur le mépris d'Er. à l'égard des marchands voir aussi *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 136, ll. 215–221.

158 *lusisse operam* "Travailler sans résultat"; Plaut. *Pseud.* 381.

160–161 *interesse inter ... et inter* Le 2e *inter* est une inadvertance.

161 *forensem* "Du forum", c'est-à-dire: au tribunal.
causam vincat Cf. Cic. *Verr.* 1, 139: "iudicium vincere" et Ov. *Her.* 16, 76: "causam ... vincere suam".

162 *actio* Le jeu des acteurs, mais le même mot désigne l'action oratoire.

163 *supra* Ci-dessus, p. 8, l. 26 avec renvoi au livre II, *ASD* V, 4, p. 344, l. 452.

165 *admonuisse* Voir livre II, p. 280, ll. 716–717.

166 *artificium* La mnémotechnie ou "ars memoriae" (Quint. *Inst.* XI, 2, 11). Voir les explications de Quint. *Inst.* XI, 2, 18–22, renvoyant à Cic. *De or.* II, 87, 356–358. On doit y joindre *Rhet. Her.* III, 16–23, surtout §§ 29–33.

167 *impedimenti, adiumenti* "Adnominatio" (*Rhet. Her.* IV, 22, 30).

168 *anxia cura* Ou nominatif ou ablatif de cause, et dans ce cas le sujet est *artificium*; c'est le plus probable, par l'antithèse entre ce mot et *ingenium*.

170 *intelligentia* "La compréhension" du sujet traité par l'orateur. Le *De rat. stud.*, *ASD* I, 2, p. 118, l. 10, énumère trois facteurs auxiliaires de la mémoire: *intellectus*, *ordo*, *cura*; *exercitatio* était implicite dans *cura*: "... quae meminisse velis, ea sunt attentius ac crebrius relegenda, deinde saepius a nobis ipsis exigenda, ..." (ibid. ll. 13–14).

171–173 *quod solet ... conficiendo* Déjà dit en termes voisins livre II, *ASD* V, 4, p. 370, ll. 101–103.

174 *locos et imagines* Comme l. 166. Sur ces procédés voir Frances A. Yates, *L'art de la mémoire*, tr. fr., Paris, 1975, avec l'exposé sur le Théatre de la Mémoire de Giulio Camillo.

176 *nouas fingere oportet* Er. n'explique point pourquoi les mêmes lieux ou figures ne pourraient pas servir à se rappeler des choses diverses.
infigendi "Fixer" dans la mémoire: Quint. *Inst.* IX, 4, 29; XI, 3, 111.

177–178 *magis sentiunt ... delectati sunt* De fait on ne trouve pas une critique aussi amère de la mnémotechnie dans le *De rat. stud.*, *ASD* I, 2, p. 118, ll. 8–9: "Eam tametsi locis et imaginibus adiuuari non inficior, tamen etc.".
iuuenes ... delectati Est-ce une confidence personnelle?

181 *de scheda pronunciare* "Lire à haute voix sur un feuillet".

182 *ponderis ac fidei* Redondance à la manière de Cicéron.
de scheda aut e codice A partir d'un feuillet ou d'un livre.

recites quam si memoriter. Idem censeo de testimoniis doctorum celebrium, maxime si locus sit insignis et animaduersione dignus.

Nec semper necesse est psalmi capitisue numerum addere atque in principio sit an in medio an in fine designare, quod interdum iureconsulti faciunt ad ostentationem, titulo addentes legem et paragraphum, interdum et versum. Quanquam illi hoc faciunt excusatius quam si faciat ecclesiastes. Habet hoc illa professio, exigunt auditores, quo facilius loca conferant. Priscis satis erat dicere: 'Quemadmodum docet Paulus scribens Romanis', aut: 'Sicut in Euangelio Matthaei loquitur Dominus'. Quod si sententia talis est vt fide sit caritura, nisi confirmata certo Scripturae testimonio, tum haud intempestiuum fuerit eam citandi diligentiam adhibere. Hic nonnulli bis peccant, qui nihil dicunt absque Scripturae testimonio, etiam si res eius generis sit, vt nullo egeat testimonio, et nusquam non addunt capitis numerum. Quae res non solum habet speciem ostentationis, verum etiam orationis fluxum intersecat et caliginem quandam rebus inducit. Id esse verum sentiet qui legerit commentarios Aquinatis in epistolas Pauli, quanquam id non erat Thomae peculiare, sed cum omnibus aut certe plerisque illius seculi scriptoribus commune. Res e bono fonte nata |
LB 956 abiit in vitium affectatione. Vnde quidam eruditi malunt numerum marginibus asscribere quam addere in contextum, non ob aliud, nisi quod impedit dictionis cursum et nonnihil adfert frigoris.

Ad memoriam confirmandam nonnihil opis pollicentur et medici et secundum hos Marsilius Ficinus, sed praeter ea quae diximus plurimum confert perpetua vitae sobrietas. Nam crapula et ebrietas vt ingenium hebetant, ita memoriam prorsus obruunt. Officit etiam curarum varietas ac turba negociorum. Officit et tumultuaria diuersorum voluminum lectio. Hanc praecipuam arbitror causam, quur senectus sit obliuiosa, quod ea vis animi multitudine rerum obruitur. Officit memoriae pudor immodicus, auditorum nouitas et anxia cura. Pudor et nouitas vincitur assuetudine. Demosthenes apud Philippum regem orans excidit sibi, quod illi apud Athenienses nunquam acciderat, at Aeschines orator multo Demosthene deterior, apud eundem regem dicens, sibi non excidit. Nam anxium studium officit ad hoc ipsum, quod impendio affectat.

Superest actio siue pronunciatio, quae est apta ad rem vocis, vultus ac totius corporis moderatio. Ad haec quemadmodum et ad alia format hominem natura, ratio et vsus perficit. Siquidem et iis qui prorsus sunt rudes artis, alia vox, alius vultus, alius reliqui corporis gestus est, iratis et propitiis, comminantibus et blandientibus, admirantibus et contemnentibus, moestis et gaudentibus, quod de caeteris affectionibus ad eundem modum lector intelliget. In his igitur optimum est naturam sequi, sed adhibita cura, vt si quid ea habeat vitii aut si quid praua imitatio et vsus adiunxerit, corrigatur, si minus ad ingens illud Demosthenis speculum, certe ad liberi amici iudicium. Frequenter enim fallunt hominem, quamuis alioqui doctum, quae caeteris vehementer indecora videntur et sunt. Interdum et placemus nobis ipsis ob ea

quae merito displicent auditoribus. In quibus non mediocre praestabit officium amicus admonitor. Sibi quisque pulcher est neque quisquam sibi satis notus esse potest, nisi se contempletur oculis alienis.

195 et nusquam *O*: nusquam *BAS LB*.
205 et *O*: aut *BAS LB*.
222 corrigatur *O*: corrigat *BAS LB*.

185 *capitisue* Pour les livres de l'Ancien ou du Nouveau Testament divisés en chapitres.
186–187 *ad ostentationem* Cf. ci-dessus, p. 13, n.l. 123. A cette explication malveillante Er. en ajoute une plus vraie l. 228.
187 *titulo ... versum* Cela renvoie au Digeste; *paragraphum*: section ou partie d'une loi, terme habituel aux *iureconsulti*; *versum*: ligne.
189 *professio* "Métier, profession" de jurisconsulte ou plutôt d'avocat car le contexte (*auditores*) indique qu'il s'agit d'oral.
Priscis Il s'agit des prédicateurs.
191 *sententia* La pensée, l'idée exprimée par l'orateur.
192–193 *eam ... diligentiam* "Cette précision" dont font preuve les *iureconsulti* l. 186.
195 *et nusquam non* Tour incorrect.
196 *ostentationis* Cf. ll. 186–187 et la note.
fluxum L'emploi imagé de ce mot appliqué aux paroles semble une innovation d'Er., à moins qu'il ne faille l'attribuer à une mauvaise leçon dans Quint. *Inst.* XI, 3, 170 et 182 au lieu de "flexus vocis" qu'on lit aujourd'hui?
intersecat Le mot pourrait venir de Stat. *Silv.* 3, 5, 9.
197 *rebus* Les idées, le fond des choses.
commentarios Aquinatis Voir *Super Epistolas S. Pauli lectura*, éd. Cai, 1953, selon qui il y a eu à Paris des éditions de cet ouvrage en 1513, 1518, 1526, 1529 (deux), 1532; de fait Thomas d'Aquin indique le chapitre et le verset, par ex. dans sa note 172 sur *Gal.* 3, 21 (p. 604 du t. I) sont cités *Hab.* 2, 4; *Rom.* 3, 22; 2. *Cor.* 3, 6 et *Rom.* 8, 2.
201 *contextum* Le cours, la continuité du texte.
202 *dictionis* Il s'agit donc de lecture à haute voix.
204 *Marsilius Ficinus* Voir *De vita*, livre I, ch. 25 où sont nommés plusieurs médecins (Archigène, Andromachus, Théodotos, etc.) et indiqués des remèdes contre l'affaiblissement de l'intelligence et de la mémoire (confection anacardine, gingembre confit mêlé à divers ingrédients, etc.).
205 *crapula et ebrietas* Redondance.
207 *tumultuaria ... lectio* Cf. Sen. *Epist.* 2.
209 *pudor immodicus* C'est le trouble, le trac de l'orateur, qui n'a rien à voir avec un affaiblissement de la mémoire; là-dessus voir Quint. *Inst.* XII, 5, 3.
auditorum De "auditor".
210–211 *Demosthenes ... excidit sibi* Selon Aeschin. II (Sur l'ambassade infidèle) 34–35. Normalement *excidit sibi* demanderait pour sujet la chose sortie de la mémoire; pour cette construction et ce sens ("il perdit la mémoire") cf. Quint. *Inst.* XI, 2, 19: "excidentes vnius admonitione verbi in memoriam reponuntur".
212 *multo ... deterior* Non pas "beaucoup plus mauvais", mais "bien inférieur"; voir le jugement de Quint. *Inst.* X, 1, 76–77.
213–214 *anxium ... affectat* Maxime; la même idée est exprimée par l'*Adag.* 219 'Manum de tabula' où on peut lire: "... nocere saepe nimiam diligentiam" (*ASD* II, 1, p. 334, l. 759) et "hoc ipso maxime peccantes quod nihil peccare conantur" (ll. 764–765).
215 *actio siue pronunciatio* Voir *Rhet. Her.* III, 19–27; Cic. *Or.* 55–60; *De or.* III, 213–227; Quint. *Inst.* XI, 3.
216–217 *format ... perficit* Chiasme.
217 *ratio* Correspond à *ars* du livre II, *ASD* V, 4, pp. 260–262, ll. 293–339.
218 *vox ... vultus ... gestus* Les trois éléments de l'"action".
218 220 *iratis ... gaudentibus* Ces datifs équivalent à des subordonnées de temps "lorsqu'ils sont en colère ... lorsqu'ils se réjouissent".
220 *affectionibus* Sens post-cicéronien: "disposition du coeur, sentiments". Pour l'idée: Quint. *Inst.* XI, 3, 61.
221 *his* Ce qui est énuméré l. 218.
ea Représente *natura*.
223 *Demosthenis speculum* Quint. *Inst.* XI, 3, 68; Plut. *Vit. Dem.* XI, 850 e.
liberi Cf. Liv. XXXV, 32, 6: "qui s'exprime sans entrave".
227 *Sibi quisque pulcher est* Cf. *Adag.* 115 'Suum cuique pulchrum' (*ASD* II, 1, p. 228 sqq.) citant Aristot., Plat., Hor., Cic., etc.

Sed optimum erit ex aliis exemplum sumere et, quod decorum conspexeris, imitari, quod indecorum, vitare, habita tamen semper ratione personae; neque enim eadem decent omnes vel ob ingenium diuersum vel ob qualitatem adiunctam. Neque enim eadem decuissent Catonem et Ciceronem, quod ille natura rigidus ac seuerus esset, quippe Stoicus, hic popularis et iocis salibusque gaudens. Ita non statim decet iuuenem quod senem, simplicem sacerdotem quod episcopum, monachum quod non monachum.

Quibusdam vox est natura exilis vitio arteriae et musculorum, quibusdam rauca, aliis infirmior laterum debilitate, aliis interrupta et concisa pulmonis aut pectoris vitio. Hos medici spirituosos vocant. Nonnullis parum est articulata, linguae faucumque vitio, vnde blesi, balbi, titubantes ac haesitantes. His incommodis si mediocria sint, medetur exercitatio, nonnullis vitae sobrietas; nam raucitas interdum e vinolentia nascitur, exilitas aut asperitas vocis interdum e ieiunio aut vigilia.

Quantum valeat exercitatio etiam in magnis naturae vitiis, luculento exemplo est Demosthenes; qui quum lingua esset parum explanata, vt artis quam profitebatur primam literam sonare non posset, sed pro rhetorica letolicam diceret, hoc vitium emendauit lapillos sub lingua voluens atque ita pronuncians. Spiritus concisionem ita correxit: aduersus montem conscendens, complures versus continua voce sine respiratione pronunciabat. Vocis autem infirmitatem deuicit, ad mare quum maxime fremeret declamando. Vultum ad grande speculum, cuius modo meminimus, composuit. Iactationem humerorum hac arte correxit: in angusto pulpito stans dicebat, hastae ex alto pendentis cuspide humero imminente, vt, si dicendi calore excidisset, id vitare offensione admoneretur. Denique memoriam scripto confirmauit. Ad
LB 957 hunc modum vir ille natura | pene inuita, summus oratorum euasit.

Hac in parte nonnullam opem adfert et medicorum ars. Incommoda quae praua consuetudine ascita sunt, diuersa corriguntur. Sunt enim qui vocem faciunt exilem, qualis est mulierum, spadonum aut aegrotantium, quod vitium etiam nationibus quibusdam familiare est. Contra sunt qui dilatatis faucibus grandem sed pressam et grauem emittant vocem, qualis est musicorum infimam cantionis partem sustinentium, non dissimilis asinorum rudentium. Atqui haec vocis granditas, vel ὀγκηθμὸς verius, adeo placet quibusdam vt eam rupturis sibi accersant, non sine valetudinis periculo. Idque potissimum faciunt in transcursu a pueritia ad adolescentiam, quum natura ipsa mutat vocem; in qua aetate, vt nocet non exercere, ita oportet moderatissimam esse exercitationem. Alii toto pulmone distento vocem aedunt immanem potius quam magnam, quam megalophoniam Demosthenes obiicit Aeschini. Quidam per nares efflant. Alii quum volunt intendere vocem, gannitum indecorum aedunt, non dissimilem cantui gallinaceorum. Alii praecipitant verba verius quam promunt. Nonnullos vidi qui ex gentis, vt suspicor, more, conuoluunt

235 quod *BAS LB*: et *O*. 238 spirituosos *cett.*: spiritosos *A*.

229, 230 *decorum, indecorum* "Beau, laid". L'idée de convenance, d'ordinaire exprimée par ces mots, ne l'est ici que par: *decent, decuissent, decet* et par *habita ... ratione personae.*

232 *Catonem* Caton d'Utique, contemporain de Cic. et stoïcien.

233 *popularis* "Qui cherche à plaire à l'auditoire".

233–234 *iocis salibusque* Redondance; Cic. ne savait pas se refuser un mot d'esprit: *Fam.* IX, 16, 3–4; Quint. *Inst.* VI, 3, 2 dit qu'il dépassait la mesure; on faisait des recueils de ses bons mots: Cic. *Fam.* XV, 21, 3. Voir *Facete dicta tulliana*, in: *M. Tulli Ciceronis Fragmenta*, ed. Joanna Garbarino, Milan, Mondadori, 1984, pp. 130–149.

234 *iuuenem quod senem* Cf. Hor. *Ars* 156: "Aetatis cuiusque etc.".

236 *exilis* Non pas "faible", mais "aiguë", voir ci-dessous, ll. 257–258.
arteriae "Trachée-artère", *Rhet. Her.* III, 12, 21.

237 *laterum* "Poumons". Synonyme de *pulmonis* et, malgré le *aut* impropre, de *pectoris.*
interrupta et concisa Redondance.

238 *spirituosos* Ignoré, semble-t-il, des médecins antiques, en tout cas des dictionnaires; "asthmatiques": c'est la "difficultas spirandi" dont souffrit un temps saint Augustin (*Conf.* IX, 5, 13, 4–5).

239 *blesi ... haesitantes* Quatre désignations du "bégaiement"; *blaesus* est chez Ov., Martial., Iuv.; *balbus* chez Cic. par ex. *De or.* I, 260; Quint. *Inst.* XII, 1, 29 associe "titubare" et "haerere" en ce sens; Cic. *De or.* I, 115 emploie le participe substantivé "lingua haesitantes". Er. signale d'autres défauts de prononciation: *Adag.* 551; 2676; *De pronunt.*, *ASD* I, 4, pp. 46–50; voir *Gramm. rhét.*, pp. 91–99.

240 *exercitatio* Quint. *Inst.* I, 1, 37, résumé dans *De pronunt.*, p. 46, ll. 68–73.

242 *ieiunio aut vigilia* Cela vise le genre de vie des moines.

244 *Demosthenes* Voir Plut. *Vit. Dem.* 7–8, 849 ac et 11, 850 e; Cic. *De or.* I, 61, 260–261; Quint. *Inst.* I, 11, 5 et XI, 3, 54.

246 *letolicam* Cic., loc. cit. dit seulement "eius ipsius artis cui studeret primam litteram non posset dicere"; sur le "labdacisme" voir *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 44, l. 34 sq.; *Gramm. rhét.*, p. 93.

249 *ad mare ... declamando* Er. par *maxime* renchérit sur Cic. qui évoque ce trait *Fin.* V, 2, 5: "... ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assuesceret voce vincere". Er. le mentionne déjà *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 46, ll. 65–67.

250 *modo* Voir p. 16, l. 223.

250–253 *Iactationem humerorum ... admoneretur* Er. recopie presque textuellement Quint. *Inst.* XI, 3, 130: "Iactantur et vmeri ... commoneretur".

256 *diuersa* Sc. *consuetudine.* Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 19 début.

257 *mulierum ... aegrotantium* Vient de Quint. ibid.: "ne ad spadonum, et mulierum et aegrorum exilitatem vox nostra tenuetur".

258 *nationibus* Er. ne distingue pas particularités phonétiques d'un individu et système phonétique d'une langue distincte du latin ou du grec: dans les deux cas on s'écarte de la "prononciation" correcte.

260 *infimam ... partem* La partie basse, la basse.

261 ὀγκηθμὸς "Braiment", Lucian. *Asin.* 15: Le personnage de Lucius sous l'apparence d'un âne avait l'intelligence et l'esprit d'un homme, mais sa voix était celle d'un âne et son rire un braiment.

262 *rupturis* "Brisures, ruptures", mais il est difficile de comprendre de quoi et par quels moyens exactement, à moins qu'il ne s'agisse de ruptures dans les organes de la phonation trop violemment sollicités; mais dans ce cas les ruptures ne sont pas un moyen, mais un accident fâcheux.

266 *megalophoniam* Démosthène parle de la voix d'Eschine dans son discours XIX περὶ παραπρεσβείας 337–339; mais le mot grec qu'Er. transcrit ici en latin vient sans doute d'Aristot. *Gen. an.* V, 7, 7, 787 a 3, à moins qu'Er. ne l'emprunte à Lucian. *Hist. conscr.* 8, en en faussant volontairement ou non le sens (chez Lucian.: "grandiloquence"); le mot "grandiloquentia" n'existe pas en latin qui connaît seulement "grandiloquus".

267 *per nares efflant* Quint. *Inst.* XI, 3, 56: "maiorem partem spiritus in loquendo per nares effundere".

268 *gallinaceorum* Quint. *Inst.* XI, 3, 51: "... illum sonum ... cui Graeci nomen a gallorum immaturo cantu dederunt". On ignore quel est ce nom.

269 *conuoluunt* "Faire disparaître", acception qui se tire de Sen. *Epist.* 40, 2: "Audisse te scribis Serapionem philosophum ... solet magno cursu verba conuoluere"; c'est encore la leçon suivie par Juste-Lipse (on lit aujourd'hui "conuellere"). Tout le développement de Sen. est une des sources d'Er.

verba ac magnam syllabarum partem deuorant intra fauces. Vidi qui dicturi quippiam prius aedebant gemitum; admoniti mirabantur, nimirum ignari se huic vitio obnoxios esse, adeo assueuerant. Sunt qui sermonem subinde vocibus aut friuolis aut nihil significantibus intersecant, his interuallis veluti quaerentes quid sint addituri. Quidam affectatione grauitatis singulis pene verbis interponunt silentium, quo nomine Hieronymus notat Grunnium quendam: *singultire*, inquit, *hominem dicas, non proloqui*. Audiui qui, quoties citabant verba Scripturae Diuinae, canerent. Quod tamen tolerabilius visum est quam quod alii sic eadem recitarent, quasi singulae syllabae singulae essent dictiones paribus interuallis inter se disiunctae. Atqui isthuc quiduis est potius quam loqui. Nam in cantu seruantur accentus et vocum distinctio. Hic crepitus est potius quam sermo, vbi nec seruantur accentus, nec syllabarum quantitas, nec verborum distinctio, nec sensuum interualla. Sed multi sunt hoc ingenio, vt fastidiant quicquid est multorum commune et, quicquid insolitum est, idem existiment esse pulchrum. Sunt innumera huius generis incommoda, quae si ad virilem vsque aetatem inueterauerint, aegre dediscuntur, eoque consultius est occupare teneriorem aetatem. Quae cura priscis fuit praecipua, puerorum os ad rectam formare pronunciationem.

Optima vox est quae leniter ac procul articulata verba transmittit in aures auditorum, qualis fuisse dicitur Thracalo, qui causam agens in tribus consistoriis facile audiebatur atque etiam intelligebatur. Nam est quaedam vocis granditas quae sonum procul emittit, verba non emittit. At concionator frustra auditur, si non intelligitur. Rursus est quibusdam vox exilior, sed quae facile penetrat in aures auditorum, cum facili intellectu verborum.

Nullus autem est tam infelici voce, quin eam possit aliquo pacto ad eorum quae dicuntur rationem immutare, quod animaduertimus et in equis et canibus, quibus alia vox est iratis, alia blandientibus, alia gaudentibus aut dolentibus, alia timentibus aliquid. Verum hic mediocritas seruanda est ecclesiastae, vt nec mortua somniculosaque sit pronunciatio nec rursus ad histrionicam varietatem immutetur. Olim fabularum recitator ad personae sententiaeque qualitatem vocem attemperabat et ad huius vocem gestus attemperabat histrio. Mimus vtrasque partes obibat, et recitatoris et histrionis. Est imitatio quae deceat ecclesiasten, est quae non deceat.

Rursus est aequalitas quae deceat, est quae non deceat. Quidam perpetuo vocis tenore velut eadem chorda perficiunt orationem; quem morem fuisse Pio secundo loquenti apud populum et Guarino profitenti, testati sunt qui eos audierunt. Ipse audiui quendam doctrina pariter ac religionis opinione non
LB 958 vulgariter commendatum, qui immotis oculis, eodem | vultu, eadem voce veluti de libro recitabat totam concionem. Statua videri poterat, nisi vox ac rictus vtcunque declarasset hominem. Atqui isthuc ne loqui quidem est, quum oporteat concionatorem aliquid habere supra sermonem quotidianum. Nec minus molesta est quorundam aequalitas in arsi aut thesi vocis quam deuoluunt per ditonum, donec extremum membrum deprimant, vt ima vox ad summam relata faciat diapente.

Caeterum apta vocis mutatio non tantum ad mouendos affectus, verum etiam ad fidem faciendam adiuuat. '*Non parum interest*, vt ait in comoedia

312 ditonum *editor*: ditonium *O BAS LB*.

270 *magnam* ... *fauces* Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 52: "verba aliqua sui parte fraudantur".

271–272 *ignari* ... *assueuerant* Cf. *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 42, l. 964 sq.

275 *Hieronymus Epist.* 125, 18, *PL* 22, 1083.

278–279 *quasi singulae* ... *disiunctae* Cf. *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 66, ll. 707–710: "audiui concionatores ... pari mora pronuntiantes syllabas omnes, paribus etiam interuallis, quasi singulae syllabae singulas absoluerent dictiones, etc.".

279–280 *quiduis* ... *loqui* Cf. *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 66, l. 712: "Hoc enim vere est, quod ait Cicero, latrare, non loqui". Le passage de Cic. est *Brut.* 15, 58: "latrant enim iam quidam oratores, non loquuntur". Le thème a été repris avec brio dans *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 14, ll. 37–44.

280 *Hic* Pronom ou adverbe, annonce *vbi*.

281 *nec seruantur accentus* Cf. *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 62, l. 583 sq.: "quidam priscorum grammaticorum non inscite dixerunt accentum esse animam dictionis".

282 *sensuum* Au sens de "sententiarum" (phrases, périodes) comme dans Quint. *Inst.* IX, 4, 26.

284 *insolitum* ... *pulchrum* Voir *Adag.* 2838 (Grata nouitas), *ASD* II, 6, p. 530.

286 *priscis* C'est un des thèmes du *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 14, l. 69 sq.

288 *procul* Rattaché à *transmittit*.

289 *Thracalo* Orateur contemporain de Quint. qui loue sa voix, *Inst.* X, 1, 119 et son aspect XII, 5, 5; l'anecdote rapportée XII, 5, 6 concerne quatre tribunaux et non pas trois comme dit Er.: "... auditum eum et intellectum et ... laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini". Er. le mentionne déjà *Ciceron.*, *ASD* I, 2, p. 619, l. 29 sq.

296–297 *alia vox* ... *alia timentibus* Cf. p. 16, l. 217 sq.

298 *somniculosaque* "Ensommeillée" plutôt que "qui fait dormir" à cause de *mortua*.

299 *recitator* Le mot usuel est "cantor"; selon Liv. VII, 3, 8–10 Liuius Andronicus institua pour les parties chantées (*cantica*) la séparation entre l'acteur (*histrio*) qui mimait le rôle et le chanteur qui chantait les paroles. Er. étend cela même aux parties non chantées (*diuerbia*).

301 *Mimus* Er. ne semble pas donner au mot le sens de "bouffons, acteurs de farces", mais seulement celui d'"acteurs".

303 *aequalitas* "Egalité de ton", "régularité": Quint. *Inst.* XI, 3, 43; dans les développements qui suivent, dont s'inspire Er., Quint. distingue soigneusement l'*aequalitas* de l'uniformité et de la monotonie.

304 *eadem chorda* Cf. *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 66, ll. 730 et 718–719.

305 *Pio secundo* Aeneas Silvius Piccolomini, né en 1405, élève de Filelfe, humaniste, avocat de la théorie conciliaire au Concile de Bâle, pape de 1458 à 1464; Er. a pu rencontrer des vieillards qui l'avaient entendu, ou bien ce fait s'était transmis à travers les ans? Pourtant Platina lui attribue une "oratio egregia et elegans ... habitu" (*Liber de vita Christi et omnium pontificum*, Venise, 1479).
Guarino De Vérone (1370–1460), illustre pédagogue humaniste. Er. dans sa jeunesse écrivait à son ami Cornelius Gérard (Allen, Ep. 23, ll. 75–76): "Quid Aenea Syluio, ... quid Guarino ... eloquentius?"; Rudolf Agricola avait été de ses auditeurs.

306 *quendam* Impossible de préciser; le *religionis opinione* laisse la place à un doute sur la réalité de cette piété; on pourrait peut-être penser à Aléandre?

309 *rictus* Non pas le "rire", mais le fait d'ouvrir la bouche.

311 *aequalitas in arsi aut thesi* Il n'est pas nécessaire de savoir auquel de ces deux mots Er. donnait le sens de "temps fort" (sur leurs variations de sens voir L. Nougaret, *Traité de métrique latine classique*, Paris, [2]1963, §§ 16–18); l'*aequalitas* est ici μονοτονία (voir p. 20, l. 303).

312 *deuoluunt* "Baissent", non pas en intensité, mais en hauteur.
ditonum Le mot *ditonium* (voir app. crit.) n'existe pas; c'est sans doute un lapsus pour "ditonum", intervalle de deux tons, transcription du grec δίτονον; on rencontre "diatonon, -i" dans Boeth. *De musica* IV, 10, *PL* 63, 1266, et dans Mart. Cap. IX, 957 (ed. James Willis, Teubner, 1983, p. 368, l. 15). Er. emploie "ditonum" dans le *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 66, ll. 724, 743 et 745.

313 *diapente* Transcription du grec διὰ πέντε intervalle de quinte, voir: Boeth. *De musica* I, 7; Mart. Cap. II, 107; Er. *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 66, l. 725 (sous la forme grecque).

315–316 *ait in comoedia Dauus* Ter. *Andr.* 794 sq.: "Paullum interesse censes ex animo

Dauus, *vtrum ex animo quid an de industria facias*'. Quum enim ipsa natura iuxta affectus mutet vocem ac vultum, non videntur ex animo loqui, qui res vehementer diuersas eodem vultu ac voce pronunciant. Recte notatus est a M. Tullio Callidius quidam qui res atroces frigide pronunciarat. '*Nisi fingeres*, inquit, *Callidi, tu ista ad eum modum narrares? somnum me Hercule isto loco vix tenebamus*'. Legimus Dominum quaedam clariore voce dixisse, et verisimile est acriore pronunciatione vsum quum diceret: '*Vae vobis hypocritae*' quam quum in conuiuio Simoni loqueretur de muliere peccatrice aut quum Apostolis explicaret parabolam; rursus quum indignatus ait: '*O natio peruersa et incredula, quousque vobiscum ero, quamdiu vos patiar*' et quum diceret: '*Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos*'. Quin et Paulus optat mutare vocem suam apud Galatas, si liceret adesse, nunc terrendo, nunc obsecrando, nunc blandiendo. Est igitur secundum naturam aliqua vocis mutatio non indecora grauibus viris. Qua quidem in re naturam sequi optimum est, modo quod naturae deest aut superest aut vitiatum est, cura corrigatur. Quicquid autem notabiliter a natura recedit, vt delectet, tamen fide caret.

Ediuerso vitanda est mimorum imitatio, vt si verba mulieris referas, mulierem loquentem exprimas, si pueri pueriliter balbutias, si senis seniliter, si ebrii temulentum agas, si irati iratum, si plorantis plorantem atque item de caeteris, quod imitationis genus et in scenicis improbatur. Sentias tamen in oratione facundi concionatoris facetam quandam ac modestam imitationem, quae sic delectet ac moueat, vt nihil tamen habeat theatricum aut simulatum. Iam sunt plurima rerum vocabula data opera sic ficta, vt ipso sono rem exprimant, vt 'gannire', 'garrire', 'barrire', 'sibilus', 'fulmen', 'tonitru', 'fluctus', 'turbo', 'murmur', de quibus in Cratylo disputat Plato. Atqui ridiculum fuerit, si quis quum grunnire dicit, voce rauca per nares emissa, porcorum grunnitum imitetur. Alicubi tamen decebit modica vocis ac gestus accessio.

Apud Italos quorundam ecclesiastarum pronunciatio multum accedit ad pronunciationem mendicorum aut circulatorum, qui mensa in foro posita mira vocis dexteritate commendant nugas suas. Vox autem canora est, lenis et explanata, procul resonans, mendicorum blandior est. Quod si modice fiat non improbarim. Multiplicem enim ea res adfert vtilitatem. Primum dilatato vocis meatu ac musculis vox exit grandior, si natura sit exilis; dein lenior, si sit aspera. Adde quod hac ratione tollitur aut certe minuitur vitium titubationis, cui narrant obnoxium fuisse Pomponium Laetum in priuato sermone quum, de cathedra pronuncians, linguam haberet expeditam. Praeterea latius diffunditur ad aures, postremo minus laborat qui loquitur.

Apud Anglos est simile genus hominum, quales apud Italos sunt circulatores, de quibus modo dictum est, qui irrumpunt in conuiuia magnatum aut in cauponas vinarias, et argumentum aliquod quod edidicerunt recitant, puta mortem omnibus dominari, aut laudem matrimonii. Sed quoniam ea lingua monosyllabis fere constat, quemadmodum Germanica, atque illi studio vitant

omnia, / vt fert natura, facias, an de industria?". Er. cite de mémoire.
316 *ipsa natura* Voir p. 16, l. 217 et p. 20, l. 295.
319 *Callidius* Ou Calidius. L'épisode est rapporté par Cic. lui-même, *Brut.* 277–278: "Tu istuc, M. Calidi, nisi fingeres, sic ageres? ... somnum isto loco vix tenebamus". Là encore citation de mémoire.
322 *Mt.* 23, 13 (repris: 15, 23, 25, 27 et 29) exactement: "Vae vobis scribae et Pharisaei hypocritae".
322–323 *in conuiuio ... peccatrice* *Lc.* 7, 36–50.
323–324 *Apostolis ... parabolam* Par ex. *Mt.* 13, 36–43.
324–325 *Mt.* 17, 16: "O generatio incredula et peruersa, quousque ero vobiscum, vsquequaque patiar vos?" (Vulgate); "O natio incredula et distorta, quousque tandem ero vobiscum? vsquequo patiar vos?" (Er.).
325–326 *Mt.* 11, 28; Er. cite la Vulgate; sa propre traduction dit: "... ego refocillabo vos".
327 *apud Galatas* *Gal.* 4, 20: "Vellem autem esse apud vos modo et mutare vocem meam quoniam confundor in vobis"; voir la paraphrase en 15 lignes (*LB* VII, 959 A–B).
331 *notabiliter* Ce n'est pas, malgré l'apparence, un mot du vocabulaire scolastique; on le rencontre: Plin. *Epist.* I, 5, 13; Suet. *Aug.* 87; Tac. *Hist.* I, 55.
332 *mimorum imitatio* Génitif subjectif: "la manière que les acteurs ont d'imiter".
333 *si pueri* Ellipse de "si pueri verba referas"; de même pour les génitifs *senis, ebrii, irati, plorantis.*
335 *scenicis* Masculin: "les acteurs".
337 *simulatum* Qui donne l'illusion de la réalité.
338 *data opera* "Exprès, intentionnellement", Plin. *Epist.* III, 17, 2; VII, 12, 6.
338–339 *sono rem exprimant* Cf. *Rhet. Her.* IV, 31, 42 donne comme exemples de mots créés "imitationis causa": "rudere", "mugire", "murmurari", "sibilare". Varro *Ling. lat.* VI, 67: "Murmurari a similitudine sonitus dictus ... Similiter fremere, gemere, clamare, crepare ab similitudine vocis dicta". Quint. *Inst.* VIII, 6, 31: "Sunt plurima ita posita ab iis qui sermonem primi fecerunt, aptantes adfectibus vocem: nam mugitus et sibilus et murmur inde venerunt".
339–340 *gannire ... murmur* Sont donc pour Er. des onomatopées, même *fluctus* qui pour lui évoque le bruit des flots.
339 *barrire* Isid. *Orig.* XII, 2, 14: "Elephas apud Indos ... a voce barrus vocatur".
340 *Cratylo* Plat. *Crat.* 425 b–427 d en particulier; mais il y a quelque maladresse dans l'expression d'Er.: Platon n'explique évidemment pas les mots latins!
341 *grunnire* Nonius: "Grunnire dicuntur porci, quod eorum vocis proprium est" (selon Varro *Ab orig.*).
343 *accessio* "Augmentation".
345 *circulatores* "Forains, colporteurs" et même "charlatans"; voir le tableau de Jérôme Bosch, *L'Escamoteur*, au musée de Saint-Germain-en-Laye.
347 *mendicorum* Deux interprétations possibles: "la voix des mendiants est plus caressante" (on sous-entend *vox*); ou: "leur voix est plus caressante que celle des mendiants" (si on sous-entend *voce*); ce deuxième sens est plus probable. Ces prédicateurs se donnent donc artificiellement une voix forcée.
350–351 *titubationis* "Bégaiement", Macr. *Sat.* 7, 6, 9 (avec "linguae" qu'Er. sous-entend).
351 *Pomponium Laetum* Célèbre professeur humaniste, fondateur de l'Académie romaine (1425–1497). Son bégaiement est attesté par un bref de Sixte IV qui l'appelle le Bègue (Balbus), par le témoignage de ses anciens élèves Michele Ferno (*Iulii P.M. elogium historicum*, 1754), Cortesius (*De cardinalatu*, 1510), Sabellicus (*Libri epistolarum familiarium et orationes* ..., 1502) sans compter les *Vitae* de Paul Jove. Voir V. Zabughin, *Giulio Pomponio Laeto*, 2 vols., Rome, 1909; Grottaferrata, 1910, t. I, pp. 261–262 avec les notes. Er. nomme Lèto parmi les "celebres Italiae viros" avec Filelfe et Hermolao Barbaro dans une lettre de 1533 (Allen, Ep. 2810); il est rapidement jugé dans le *Ciceron.*, *ASD* I, 2, p. 666, l. 8. Er. a pu lire Sabellicus nommé dans le *Ciceron.*, p. 668, ll. 17–19, Cortese plus longuement traité (p. 705, l. 25 à p. 707, l. 15) en raison de son échange épistolaire avec Politien, ce dernier soutenant la thèse reprise par Er. tandis que Cortese est cicéronien.
355 *magnatum* "Les grands"; le mot est fréquent dans la Vulgate, dans *Sir.* tantôt sous la forme "magnatus, -i", tantôt, comme ici, sous la forme "magnas, -atis" (33, 19 selon certains manuscrits) que l'on rencontre aussi chez Amm. Marc. XXXI, 15, 10.
356 *argumentum* Un thème, un sujet.
357–358 *ea lingua monosyllabis ... Germanica* Sur la connaissance nulle (anglais) ou rudimentaire (allemand) qu'Er. avait des langues vivantes voir *Gramm. rhét.*, pp. 137–146.

cantum, nobis latrare videntur verius quam loqui. Quod incommodum me nonnihil offendit in quibusdam inibi concionatoribus. Verum oportet vocem LB 959 lenem esse ma|gis quam notabiliter canoram, ne quis illud in concionatorem iaciat, quod audiuit canorus recitator: 'Si loqueris cantas, si cantas male cantas'.

Quidam vtuntur perpetua contentione vocis quam Graeci μονοτονίαν vocant. Cui vitio se M. Tullius fatetur affinem fuisse, quum primum se ad dicendum contulisset. Nec hodie desunt qui pulchrum existiment Stentorem Homericum nobis referre atque hunc in modum praedicant se beatum Dominicum imitari, quem narrant adeo fuisse vocalem, vt ab iis qui septem milibus passuum aberant posset audiri, quod prorsus incredibile videtur iis qui nesciunt Hispanorum miliaria multo esse breuiora Germanicis.

Nec leuius peccant qui vocem subinde tollunt clamore subito ac repente demittunt, quum res nihil habeat vehementiae. Quae res non caret specie dementiae. Videmus in quorundam homiliis scripto aeditis locum deligi, quo quantum possunt exclament, non quod res postulet exclamationem, sed quod sic animum induxerint exclamationem esse concionis partem, ac tum sibi videntur mire vehementes, si sexies aut octies quanta possunt voce clamarint: 'O detestandum vitium auaritiam, o fontem ac radicem malorum omnium, o morbum pestilentem, o filiam diaboli, o caecitatem mentis, o subuersionem religionis'. Atque his clamoribus interdum excitantur lachrymae pueris ac mulierculis, sed quae simul cum clamore exarescant. Caeterum quoniam cordatis perspicuum est eos clamores non proficisci ab affectu dicentis, nihil commouentur, sed offenduntur potius. Siquidem ea demum vox gignit affectum in animis auditorum, quae ab animo bene affecto venit, praesertim vultu gestuque conueniente adiuta.

Damnata est a rhetoribus nimia vocis intensio, quia nec a dicente nec ab auditoribus diu tolerari potest. Damnatur item nimium grauis, quod obscurior est minusque ferit aures. Mediocritas decet ecclesiasten, quanquam in hac quoque multa varietas est vel quia id postulat sententia, vel quia nihil diu ferri potest, quod non aliqua varietate commendetur. Quae res non fefellit cantores, qui organis nunc dant vocem clariorem, nunc suffuscam, nunc subraucam. Sunt autem praeter acutam, grauem et mediam innumeri vocis flexus. Interdum est concitatior, velut in membris et articulis, ac singulis dictionibus per se aliquid addentibus vehementiae; interdum lentior ac porrectior, quum admiramur aut expostulamus, submissior quum rogamus aut misericordiam quaerimus, clarior quum indignamur atque item de caeteris, ne quae natura sunt infinita persequar. Huius varietatis vestigia deprehendas in cantu, qui recitationi simillimus a priscis ad hanc vsque aetatem peruenit, velut in

359 *latrare* Voir p. 21, n.ll. 279–280.
361 *notabiliter* Voir p. 22, l. 331 et n.
362–363 *Si loqueris ... cantas* Mot de C. Caesar selon Quint. *Inst.* I, 8, 2: "Si cantas, male cantas; si legis, cantas". On peut estimer que la modification apportée par Er. rend le

trait plus spirituel.

364 *perpetua contentione vocis* Cf. Cic. *De or.* III, 60, 224: "Nam ad vocem obtinendam nihil est vtilius quam crebra mutatio, nihil perniciosius quam effusa sine intermissione contentio".

μονοτονίαν Quint. *Inst.* XI, 3, 45 la définit "vna quaedam spiritus ac soni intentio".

365 *M. Tullius fatetur* Voir Cic. *Brut.* 91, 313: "omnia sine remissione, sine varietate, vi summa vocis et totius corporis contentione dicebam".

367 *Homericum* Hom. *Il.* V, 785–786 "à la voix de bronze, aussi forte que celle de cinquante autres réunis" (trad. Mazon).

368 *Dominicum* Rien de tel n'est signalé dans les *Acta sanctorum*, t. 35 (4 août), Anvers, 1733; ni dans la *Légende dorée*; ni dans M.H. Vicaire, *Histoire de saint Dominique*, 2 vol., Paris, 1957.

368–369 *septem milibus passuum* Le pas fait environ 1, 5m; la distance est donc un peu supérieure à dix km. Er. traduit en unités romaines ce que sa source donne en milles modernes.

369 *incredibile* Er. pense que les miracles ont disparu (voir livre I, *ASD* V, 4, p. 110, l. 579 sq.) et il est peu crédule: voir Allen, Epp. 1756, ll. 74–78; 2037, ll. 82–146, etc.

371–372 *Nec leuius ... vehementiae* Cette critique est déjà formulée dans la *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 166, ll. 649–651.

373 *dementiae* Cf. *Moria*, loc. cit.: "Iures elleboro homini opus esse, quasi nihil referat vbi clames".

scripto aeditis "Publiés par écrit", c'est-à-dire sous forme de manuscrits. Ceux-ci portent des indications marginales.

374 *exclamationem* Cf. *Moria*, loc. cit.: "Audierunt nonnunquam ad concitandos affectus exclamationibus vtendum esse. Proinde ... repente vocem tollunt furioso plane clamore".

375 *concionis partem* Cic. *Or.* 135: "Eadem ratio est horum quae sunt orationis lumina et quodam modo insignia ... si est aliqua exclamatio vel admirationis vel questionis"; de même *De or.* III, 54, 207 mentionne l'exclamatio parmi "haec ... quae sententiis orationem verborumque conformationibus illuminent". Voir aussi *Rhet. Her.* IV, 22; Quint. *Inst.* IX, 2, 27. Mais *Rhet. Her.* III, 12, 21 met en garde: "Et acutas vocis exclamationes vitare debemus" et Quint. *Inst.* XI, 3, 179 le suit.

377 *O detestandum ... auaritiam* Pour l'idée voir 1. *Tim.* 6, 10: "radix enim omnium malorum est cupiditas".

380–382 *quoniam ... nihil commouentur* Cf. livre I, *ASD* V, 4, p. 84, l. 51 sq. et la note. Y ajouter: Quint. *Inst.* VI, 2, 26–27: "Summa enim ... circa mouendos adfectus in hoc posita est, vt moueamur ipsi, etc.". Cf. ci-dessous, p. 86, ll. 645–647.

385 *Damnata ... intensio* Ce dernier mot a apparemment le même sens que "intentio", comme le montre l'antithèse avec *nimium grauis*; il signifie non point l'"intensité", mais la "hauteur" (la voix dans l'aigu); Er. s'inspire de Quint. *Inst.* XI, 3, 41–42: "Neque grauissimus ... sonus nec acutissimus orationibus conuenit: nam et hic parum clarus nimiumque plenus nullum adferre animis motum potest, et ille praetenuis et immodicae claritatis ... neque diutius ferre intentionem potest. Nam vox ... quo remissior hoc grauior et plenior, quo tensior hoc tenuis et acuta magis est. ... Mediis ergo vtendum sonis, hique tum augenda intentione excitandi, tum summittenda sunt temperandi".

388 *varietas* Quint. *Inst.* XI, 3, 43–44: "varietas ... varietatem ... Ars variandi ...". Sur la "varietas" en général voir le *De cop. verb.*, *ASD* I, 6 et *Gramm. rhét.*, pp. 719–726.

389–390 *cantores* "Chanteurs" qui s'accompagnent d'"instruments" (*organis*: Quint. *Inst.* I, 10, 25, etc.).

390 *organis* Est ici au datif; *vocem*: le son de l'instrument.

suffuscam Le mot est chez Tac. *Agr.* 12, mais avec un sens de couleur; ici, avec le préfixe diminutif, il s'applique à la voix: "un peu grave, basse" (Quint. *Inst.* XI, 3, 171).

subraucam Préfixe diminutif; l'adjectif signifie: "rauque, voilée".

391 *flexus* Le voisinage des adjectifs *acutam*, *grauem*, *mediam* invite à prendre le mot au sens de "changement de hauteur"; cf. Quint. *Inst.* I, 11, 12.

392 *concitatior* Il ne s'agit plus de la hauteur, mais de la vitesse.

membris Partie d'une période (ou phrase), traduction de κῶλα (Cic. *Or.* 211); voir *Rhet. Her.* IV, 19, 26; *Or.* 221–222; le membre se compose de plusieurs mots.

articulis Partie d'une phrase composée d'un seul mot séparé du reste de la phrase par des interruptions de la voix que marquent les virgules, voir *Rhet. Her.* loc. cit.; Cic. *Or.* 223–226 l'appelle "incisum" correspondant au grec κόμμα. Voir encore Cic. *De or.* III, 48, 186; Quint. *Inst.* IX, 4, 22 et 122–123.

396–397 *cantu ... simillimus* La psalmodie.

precatione Dominica non est prorsus eadem vox, sed varietas non excedit diatessaron, nisi quod in *ne nos inducas* deprimit vocem, nec id praeter artis praecepta, quae docent submissiorem sonum conuenire metuentibus. Quum recitatur in templis mors Christi, summa vox tribuitur Iudaeis ac caeteris, ima Christo, media narranti Euangelistae. Quod et ipsum admonet Fabius medium sonum conuenire sermonibus. Totus autem cantus voluitur per diatessaron, quae est harmoniarum obscurissima minimeque exultans.

Quibusdam hic imponit praua artis imitatio, quod Graeci κακόζηλον vocant. Audierunt a rhetoribus praecipi exordium oportere sedatius esse, nec clamosum nec acrioribus affectibus concitatum, eoque sic ordiuntur, vt ipsi vix intelligant quid dicant. Quasi referat dici, quod nullus intelligit! Mox eadem verba paulo clarius efferunt, donec perueniant ad sonum iustum.

Alii quoniam legerunt inter rhetorum schemata positam exclamationem, statim a clamore incipiunt, quod est Aiacis et ad insaniam tendentium. Quo vitio notabiles sunt aliquot sermones, quos rabula quidam indoctus et
LB 960 impudens Augustini titulo conatus est nobis obtrudere. Res autem | ipsa loquitur fuisse ex eorum grege, quos hodie vulgus appellat Augustinenses. Hoc fuco studuit suum sodalitium orbi commendare, si persuasisset tantum virum eius instituti fuisse autorem, ipsumque ab Ambrosio cucullam nigram ac baltheum coriaceum accepisse, apud hos filiolos diu vixisse, ad hos vehementer adamatos eremitas scripsisse regulam, hos vt religionis columina frequenter inuisisse, apud hos toties fuisse concionatum, ad hos scripsisse morientem. Illud debebant affingere, quoniam apud idiotas eremitas loquebatur, illum nec docte, nec Latine voluisse loqui, quemadmodum in aliis homiliis loquitur apud ciues. Quanquam in quodam sermone loquitur hunc in modum: 'O fratres mei, licet grossi sitis et subtilia non capiatis', etc. Vbi sic soloecissat Augustinus, vt *grossos* appellet crassos? Sed arbitror eos ideo fuisse grossos, quia bibebant ceruisiam. Nam in his sermonibus ceruisiae quoque meminit Flandricus, vt suspicor, Augustinus, qui quosdam sermones sic orditur: 'Scire nanque debetis fratres dilectissimi'. Et: 'Legimus enim, fratres charissimi'. Existimauit 'nanque' et 'enim' coniunctiones esse expletiuas, quae quouis loco possent inseri ornatus gratia. Ibidem Augustinus 'modernos' dicit pro 'huius aetatis hominibus'. Et 'bene scio' pro 'facile intelligo', 'saporosum' pro 'suaui'. Sed ineptus sum qui hic soloecismos quaeram, hoc est, in mari aquam. Omnia miram barbariem crepant, exceptis iis quae ex aliis scriptoribus assuta sunt. Etenim vt quaedam argumenta artifex ille sumpsit e vita Augustini, ita materiam e variis diuersorum autorum locis attexuit, licet indocte et impudenter omnia. Vide autem quot fucis studuerit hoc quod

403 diatessaron *BAS LB*: diatesseron *O*.
405 κακόζηλον *LB*: κακοζήλον *O*.
424 soloecissat *O*: soloeciscat *BAS LB*.
425 ceruisiam *O BAS*: cereuisiam *LB*.

398 *precatione Dominica* Le Pater noster (*Mt.* 6, 9–13) chanté à la messe en préparation à la

communion.

399 *diatessaron* "Intervalle de quarte", transcription du grec διὰ τεσσαρῶν; voir Boeth. *De musica* I, 7 (*PL* 63, 1175 CD).

400 *submissiorem ... metuentibus* Quint. *Inst.* XI, 3, 48: "... summissum ... solliciti exordium".

402 *admonet Fabius* Quint. *Inst.* XI, 3, 42: "Sic ima [vox] vim non habet, summa rumpi periclitatur. Mediis ergo vtendum sonis ...".

405 *imponit* "En impose, trompe".
κακόζηλον Quint. *Inst.* VIII, 3, 56: "Cacozelon, id est mala adfectatio, ... Denique cacozelon vocatur quidquid est vltra virtutem, quotiens ingenium iudicio caret et specie boni fallitur, etc.".

406–407 *Audierunt ... concitatum* Rhet. Her. III, 12, 22: "Vtile est ad firmitudinem sedata vox in principio. Quid insuauius quam clamor in exordio causae". Quint. *Inst.* IV, 1, 55: "Frequentissime vero prohoemium decebit et sententiarum et compositionis et vocis et vultus modestia ...".

407–408 *sic ordiuntur ... quid dicant* Cf. *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 166, ll. 646–649: "Sed audierunt a nescio quibus ingressum orationis sedatum minimeque clamosum esse oportere; itaque principio sic exordiuntur, vt nec ipsi vocem propriam exaudiant, quasi referat dici quod nullus intelligat".

410–411 *Alii ... incipiunt* Voir p. 24, ll. 374 et 375 avec les notes.

411 *Aiacis* Ajax fils de Télamon qui devint fou parce qu'on lui avait refusé les armes d'Achille; voir la pièce de Sophocle et Ov. *Met.* XIII, 382 sq.

412–413 *sermones ... nobis obtrudere* Ces sermons faussement attribués à saint Augustin sont dans *PL* 40, 1234 sqq. Dès 1518 Er. parle de "confictos sermones ad fratres eremitas" (Ep. 901, Allen III, p. 442, ll. 12–13); dans son édition des *Opera* en 1529 il a placé les sermons aux tomes IX et X; parmi eux "permulta sunt aliena" (Ep. 2157, Allen VIII, p. 159, l. 556).

414 *vulgus ... Augustinenses* Er. veut dire que cet ordre mendiant contrairement à ce que suggère son nom et à ce que croit le vulgaire n'a pas été fondé par saint Augustin; de fait les "ermites de saint Augustin sont nés du groupement de onze Congrégations d'anachorètes" en 1256.

416 *ab Ambrosio* Voir p. 28, l. 436.

418 *regulam* C'est la Lettre 211 (*PL* 33, 958–965; avec trad. angl. dans *Saint Augustine select letters*, translated by J.H. Baxter, Loeb classical library; trad. fr. dans *Règles des moines*, Introd. et présentation par Jean-Pie Lapierre, Paris, 1982. Ce dernier écrit: "il s'agit de la lettre CCXI, censée écrite à des religieuses qui voulaient changer de supérieure et que saint Augustin rappelle à la concorde. Les travaux du Père Luc Verheijen ont établi que les quatre premiers paragraphes de cette lettre sont effectivement une 'obiurgatio', les paragraphes 5 à 10 étant la version féminine d'une Règle originale masculine, le Praeceptum qu'Augustin rédigea vers 397 pour le monastère laïc d'Hippone".

420 *debebant affingere* Ironie cinglante.

422–423 *in quodam ... non capiatis* Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 22, *PL* 40, 1272.

424 *soloecissat* Transcription approximative du grec σολοικίζω; le mot n'est pas du latin classique et ne se rencontre pas dans les dictionnaires. D'ailleurs la faute que dénonce Er. n'est pas un solécisme, mais un barbarisme!
grossos Le mot se rencontre dans la Vulgate (*Ez.* 41, 25) et chez Cassiodore. Voir l. 429.

425 *bibebant ceruisiam* Ce trait révèle leur appartenance à un pays nordique: ce sont sans doute des Flamands. Er. ironise et se moque de la tricherie. Voir Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 28, *PL* 40, 1286.

427 *Scire nanque ... dilectissimi* Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 25, *PL* 40, 1275.

427–428 *Legimus ... charissimi* Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 24, *PL* 40, 1274.

428 *expletiuas* Terme usuel chez les grammariens latins, Donat, Priscien, Pompée, Charisius (voir Keil).

429 *modernos* Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 24, *PL* 40, 1274. Le mot est chez Priscien et Cassiodore; il pourrait être chez Augustin. Er. fait montre ici d'hypercriticisme.

430 *bene scio* Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 6, *PL* 40, 1247.
saporosum Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 69, *PL* 40, 1356, épithète de *vinum*.

431–432 *in mari aquam* Voir *Adag.* 875 (*LB* II, 360 B) citant Martial et Properce avec entre autres cette explication: "aut, si quis in scriptoribus indoctis pauca captet, quae reprehendat, cum nihil occurrat non reprehendendum".

433 *assuta* Cf. Hor. *Ars* 15–16: "... vnus et alter / assuitur pannus".

433–434 *vita Augustini* Due à Possidius, *PL* 32, 33 sq.

destinauit persuadere. Primum conficta est oratio D. Ambrosii, qui tradiderit nouo militi nigram cucullam et baltheum coriaceum eiusdem coloris, illud etiam addiuinans, ex eo multas religiones exorituras. Tum pro vna regula quam foeminis scripsit, treis fecerunt ad viros. His succedunt venerandi sermones, adeo flagrantes, vt appareat Augustinum impotenti amore istorum aegrotasse. Sic enim orditur: *Fratres mei et laetitia cordis mei, corona mea et gaudium meum quod estis vos.* Et mox se facit matrem fratrum suorum, quos iterum parturit, quum modo tantopere laudarit, Paulum imitatus scilicet. Ac ne quis esset reliquus dubitandi locus, sic orditur sermonem quendam. '*Vt bene nostis, fratres charissimi, tria monasteria apud Hipponam Dei gratia merui laudabiliter ad honorem sanctae Trinitatis construere. Quorum primum hoc est, in quo iam annis multis modico pabulo contenti hilariter commoramini, bestiis associati, auibus ministrati.* Ac mox: *Et ideo non ego miser, sed vos saepe angelorum assueti estis colloquiis. Aliud quoque monasterium in horto quem sanctus noster pater Valerius mihi dedit, aedificatum est. Et quoniam presbyter episcopus factus sum nec semper hic vobiscum habitare potui nec cum fratribus, qui in praedicto monasterio positi sunt, propterea infra domum episcopi mecum habere volui monasterium clericorum*' etc. Haec ibi. An non insigniter videtur Augustinus mutasse linguam suam apud illos *Grossos fratres*. Concederem vitio scribarum *Hipponam* dictam pro 'Hippone' et *infra domum* pro 'intra domum', nisi reliquus sermo totus eiusdem esset veneris. Veluti quod dicit eos *auibus ministratos*, quos sentit 'auium ministerio pastos', alludens ad Paulum quem faciunt eremitarum principem. Sed vbi est illa vasta solitudo apud Hipponem, in qua ob hominum inopiam auium ministerio fuit opus? Et quis nouit illam mirificam sodalitatem, quae frequenter confabulabatur cum angelis, quum idem misero Augustino esset negatum? Praeterea qui factum est, vt Augustinus nec in libris Confessionum nec alias vsquam commemoret haec tria monasteria in honorem Trinitatis constructa? Posidonius scribit illum plura sodalitia instituisse, non monachorum, sed Christo concor-
LB 961 diter seruientium, verum ea vocat diuersoria. Est alius | sermo numero XXI in quo citatur sanctus pater Hieronymus, qui scripserit tria fuisse monachorum genera, quorum duo probarit, eremitarum et coenobitarum, tertium improbarit quo duo tresue sine patre viuebant in commune. At primum genus Hieronymus non vocat eremitas, sed anachoritas. Nam coenobitae non minus viuebant in deserto quam anachoritae, nisi quod plures sub communi patre ac decanis viuebant. Verum isti ex anachoritis fecerunt eremitas, vt titulum quem adoptarunt redderent honorabiliorem. Et ab his sanctis monachis Augustinus fuit ad pietatem illuminatus. Tam insulsi sermones inter tractatus Augustini principem obtinebant locum, cum operoso indice, marginariis annotamentis diligenter illustrati; ex his quaedam citantur in pontificum decretis. Accedunt huc mendaces picturae, in quibus Augustinus barba ad pubem vsque demissa, cuculla et veste nigra, coriaceo cingulo treis digitos lato, tenet librum dextra, cuius initium: *Ante omnia, fratres charissimi, diligatur Deus*; circum pedes chorus est Augustinensium simili panoplia.

Non insector monachi vocabulum, quod apud bonos omnes gratiosum

436 *oratio D. Ambrosii* Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 27, *PL* 40, 1282: "Nigra vestis quae vilis est mundi contemptum nobis denuntiat et memoriam mortis. Zona pellicea lumborum refrenationem declarat. Capilli rasi de vertice superfluitatem criminum significat ablatam de mente. Sic enim mihi sanctus pater Ambrosius quando me regenerauit in Christo anno aetatis meae trigesimo mihi petenti respondit".

438 *vna regula* Voir p. 26, l. 418.

441–442 *Fratres ... estis vos* Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 1, *PL* 40, 1235, mais le *vos* final manque dans *PL*.

442–443 *mox ... parturit* Ibid.: "... fratres charissimi, quos iterum parturio donec reformetur in vobis Christus ...".

443 *Paulum* *Gal.* 4, 19: "Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis".

444–452 *Vt bene nostis ... clericorum* Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 14, *PL* 40, 1257.

453 *Grossos fratres* Voir ci-dessus, l. 424.

454 *Hipponam ... Hippone* La forme usuelle est *Hippo*, -onis, masc.; mais *Hippona*, -ae, fém. n'est pas une faute de copiste; cette forme se rencontre chez Cassian. *Incarn.* 7, 27, *PL* 50, 260 A.

454–455 *infra ... pro intra* Hypothèse probable.

455 *veneris* Ironique; le mot est chez Hor. et Quint.

456 *ministratos* La construction *ministrare aliquem* ne se rencontre que très rarement; Colum. XII, 1: "vt is quam commodissime ministretur".

457 *Paulum ... principem* Ce dernier mot est à prendre au sens chronologique; voir Hier. *Vita S. Pauli primi eremitae*, *PL* 23, 17–18.

459 *mirificam* Ironique comme *misero* (l. 460).

462 *Posidonius* Possidius, cf. ll. 433–434; *PL* 32, 36, cap. 3. Mais ni dans l'édition de *PL* ni dans celle d'Er. lui-même à la fin du tome I des *Opera* d'Augustin on n'a pu retrouver le mot de *diuersoria* (l. 464), alors que celui de *monasteria* revient plusieurs fois.

464 *sermo ... XXI* *PL* 40, 1268 sq.

465–466 *Hieronymus ... genera* Hier. *Epist.* 22, *Ad Eustochium*, § 34: "Tria sunt in Aegypto genera monachorum: coenobium quod illi sauhes gentili lingua vocant, nos 'in commune viuentes' possumus appellare; anachoretae, qui soli habitant per deserta et ab eo quod procul ab hominibus recesserint nuncupantur; tertium genus est, quod dicunt remnuoth, deterrimum atque neglectum, et quod in nostra prouincia aut solum aut primum est. Hi bini vel terni nec multo plures simul habitant suo arbitratu ac dicione viuentes, et de eo quod laborauerint in medium partes conferunt vt habeant alimenta communia. Habitant autem quam plurimum in vrbibus et castellis, etc." (*PL* 22, 419; éd. Labourt, C.U.F., t. I, 149).

470 *decanis* Hier. loc. cit., § 35: "Diuisi sunt per decurias atque centurias, ita vt nouem hominibus decimus praesit ... Vsque ad horam nonam ... nemo pergit ad alium exceptis his quos decanos diximus ...".

470–471 *titulum ... honorabiliorem* "Anachorète" = qui s'est retiré à l'écart; "ermite" = qui vit dans la solitude (ou: le désert).

471–472 *sanctis ... illuminatus* Ironique.

473 *marginariis* "Marginal" (Hoven, cf. Allen, IV, Ep. 1216, l. 55).

474 *pontificum decretis* Par ex. *Decreti pars secunda*, Causa XII, Q. I "Vtrum liceat clericis proprium habere", c. X "Clericis omnia communia esse debent", cite: "Augustinus in sermone de communi vita clericorum" (= Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 52), *PL* 187, 886; se trouve aussi cité le *sermo* 55.

475 *mendaces picturae* On n'en a point trouvé dans les éditions: Mutinae, B. de Struciis, 1477, 4°; Mediolani, Apud Teutonicos, 1484, 4°; Brixiae, Iacob. Britannicus, 1486, 8°; Venetiis, B. Riccius, 1490, 8°; Parisiis (D. Roce), 1501, 8°; Parisiis (J. Petit), 1503, 8°; Ibid., id., 1513, 8°, toutes à la réserve de la B.N. Paris. Peut-être s'agit-il de manuscrits? peut-être même, malgré le contexte, de retables, de vitraux ou d'autres oeuvres peintes.

477 Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 1, *PL* 40, 1235: "Sed ante omnia, fratres charissimi, quos iterum parturio ..., diligatur Deus, deinde proximus ...".

478 *Augustinensium* Voir p. 26, l. 414; apparus plus de huit siècles après leur prétendu fondateur!

panoplia Voir *Eph.* 6, 11; et l'*Annot.* d'Er. ad locum (*LB* VI, 857 F): "quicquid ad armandum in pugnam militem pertinet". La panoplie spirituelle de saint Paul est prise par les moines en un sens matériel et désigne leur habit réglementaire. Ironique.

479 *monachi vocabulum* Augustin l'entend comme "celui qui vit avec d'autres en une complète unité"; "Qui sic viuunt in vnum,

esset, nisi plurimorum mores fecissent illud inuidiosum; tum facile patiar, quod monachorum sodalitia confictis exordiis commendant institutum suum, aliis Helisaeum autorem iactantibus, aliis Brigittam, aliis Augustinum, aliis Brunonem, modo aemulentur illorum pietatem, quorum titulis gloriantur. Sed nimis multa sunt, quae similibus praestigiis irrepserunt in Christianismum. Perniciosa vero fuit, siue ciuilitas, siue negligentia eorum qui primum ad ista conniuebant. His enim debemus quod praecipuos Ecclesiae doctores habemus mutilos, deprauatos, confusos et indoctis nugamentis contaminatos, tum Graecos, tum Latinos. Nec intra hos tamen constitit ista temeritas. Ad ipsos vsque libros diuinos processit impunita audacia. Nec his impostoribus quisquam indignatur, nos calumniis proscindimur, si quid recte monemus. Sed longius rapior.

Vt ad compendium redeam, Augustinus licet aliquando secesserit, quod eruditi plerique solent studii gratia, nunquam fuit monachus eremita, tametsi finxerunt illum in quodam sermone id profitentem, nec ipse vllum certum vestitus genus praescripsit aliis. Tantum mulierculas, quae viuebant sub cura sororis, monet ne se notabiles praebeant in cultu, cui vitio genus hoc affine est. Et addit: '*Nec affectetis vestibus placere, sed moribus*': nec ipse sibi quicquam nouauit in habitu episcoporum, nisi quod pileum pyrrhon, hoc est, rubrum modestiae causa gestare noluit, quemadmodum ipse testatur in quadam apud populum oratione: '*Decet*, inquit, *episcopum, at non decet Augustinum*'; si monachus fuisset dixisset: '*Decet episcopum, at non decet monachum*'. Quin etiam ex ipsis Augustini monumentis perspicuum est, eam regulam quam sibi vendicant pleraque monachorum sodalitia, quae nec Benedicti, nec Francisci regulam profitentur, non fuisse scriptam neque clericis, neque eremitis ac ne viris quidem, sed mulierculis quae, vt dixi, sub cura sororis Deo seruiebant. Hanc aliquot verbis immutatis ad viros accommodarunt. Eas vero mulieres non fuisse monachas, vel illud arguit, quod liberum erat illis ab eo contubernio discedere, et si qua esset inemendabilis cogebatur migrare. Nec omnes erant virgines, quaedam habebant liberos. Nec has vsquam monachas, nec clericos suos monachos appellat, quibus et ipsis permisit ad alios episcopos commigrare, apud quos clericis maior erat libertas. '*Malo*, inquit, *debilem quam*

486 quod *cett.*: quos *LB.*
500 *post* Augustinum *C addit* hoc est pauperem de pauperibus natum.
503 vendicant *O BAS*: vindicant *LB.*

vt vnum hominem faciant, vt sit illis vere quod scriptum est, vna anima et vnum cor, etc." (*Comm. Ps. 132*, § 6, *PL* 37, 1732).

480 *plurimorum ... inuidiosum* Voir J. Chomarat, *Erasme et le monachisme*. Dans: *Actes du Colloque international d'études néo-latines de Copenhague, août 1991*, New York, 1994.

482 *Helisaeum* Selon le *Dict. de Spiritualité*, t. 4[1], 567, s.v. Elie: "Les grands prophètes Elie, Elisée et Jean-Baptiste furent entre autres considérés comme types de la vie religieuse" avec renvoi à Ambr. *De fuga saeculi* 6, 34: "desertum fuga est bona, ad quod fugit Elias, Elisaeus, Ioannes Baptista" (*PL* 14, 585 C–D).

Brigittam Suédoise, fondatrice au XIVe s. des Brigittins; cf. *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 160, l. 555.

483 *Brunonem* Fondateur en 1084 d'une communauté dans la Grande-Chartreuse; un de ses successeurs vers 1127–1130 rédigea les règles de l'Ordre qui fut dès lors celui des Chartreux.

485 *Perniciosa* Cf. Ep. 296, Allen I, p. 567, l. 75 sq.: "Ausim illud dicere, magnam Christianae pietatis perniciem ex istis quas vocant religionibus exortam esse, etc." (Lettre du 8 juillet 1514 à Servais Roger) et l'étude citée n.l. 480.
ciuilitas "Courtoisie, bienveillance" (Suet. *Aug.* 51, 1).
eorum Les évêques et surtout les papes qui ont approuvé et officiellement reconnu les ordres monastiques (*religiones*).

487 *mutilos* ... *contaminatos* Les Pères de l'Eglise ne sont qu'une partie des auteurs antiques. Voir *Gramm. rhét.*, p. 494 sq. avec renvoi à Allen, Ep. 2091 (Préface au Sénèque de 1529), l. 125 sq.

488–489 *ipsos* ... *libros diuinos* Voir ibid., p. 496 sq. où est traduit le couplet irrité d'Er. contre certains de ces truqueurs du Texte Saint (*LB* VI, 37 D–E, marqué par erreur 35 sur *Mt.* 6, 12); voir aussi: *LB* VI, 756 E; 936 E; 1077 E; 1080 C et *LB* VI, *** r°: "Hic obiter illud incidit admonendum, esse Graecorum quosdam Noui Testamenti codices ad Latinorum exemplaria emendatos, etc.".

490 *nos* Erasme lui-même.
calumniis Cf. *LB* VI, 37 (35) E: "O linguas exsecandas et indignas quibus Euangelium Christi praedicetur! Ad hoc explicandum infantes et insulsi, ad lacerandam hominis benemerentis famam et diserti sunt et venusti, scilicet, Sycophantas praestant, Hierophantas professi. Quid autem arrogantius?"; *LB* VI, 406 E (à propos de *Ioh.* 17, 3). Voir encore *LB* VI, 1020 F (*Hebr.* 12, 23).

492 *ad compendium redeam* Après la digression sur les moines.
secesserit Par exemple à Cassiciacum en 386; Peter Brown, *Vie de saint Augustin*, trad. fr., Paris, 1971, p. 133, commente à l'aide de la notion classique d'*otium* (voir par ex. de J.-M. André, *L'Otium dans la vie morale et intellectuelle romaine des origines à l'époque augustinienne*, Paris, 1966).

493 *nunquam fuit monachus* Cf. *Erasmi Roterodami censura in regulam diui Augustini*: "Nec ipse Augustinus vsquam se monachum vocat nec suos clericos eo nomine designat, quanquam exiguum in cognomine momentum est. Ipse fatetur se reliquisse omnia et eodem multos prouocasse: tum in oratione quadam apud populum negat se vsurum pileo rubro quod pyrrhum dicitur, nos corrupte byrrhum vocamus: Decet, inquit, Episcopum, at non decet Augustinum, vbi magis dicendum erat: non decet monachum, etc." (Augustin, *Opera*, Paris, Chevallon, 1532, t. I, f° 178 v° KL).

494 *quodam sermone* Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 14: "tria monasteria ... quorum primum hoc est, in quo iam multis annis modico pabulo contenti alacriter commoramini, etc." (*PL* 40, 1257).

495–496 *cura sororis* Possidius *Vita Augustini* 26: "... germana soror, quae vidua Deo seruiens multo tempore vsque in diem obitus sui praeposita ancillarum Dei vixit" (*PL* 32, 55 = Aug. *Opera*, Paris, Chevallon, t. I, f° 183 r° C).

496 *monet* ... *cultu* Aug. *Epist.* 211, 10: "Non sit notabilis habitus vester; nec affectetis vestibus placere, sed moribus" (*PL* 33, 961).

500 *oratione* Aug. *De vita et moribus clericorum suorum* II, *Sermo* 356, 13: "Nemo det byrrhum vel lineam tunicam, seu aliquid nisi in commune. ... Offerat mihi, verbi gratia, byrrhum pretiosum: forte decet episcopum, quamuis non deceat Augustinum, id est, hominem pauperem, de pauperibus natum". (*PL* 39, 1579 sq.); à rapprocher du texte cité ci-dessus n.l. 493; la forme *pyrrhon* employée ici par Er. est donc une correction de *byrrhum*, d'où dérivent les mots fr. "barrette" et "béret" (Bloch et Wartburg, *Dict. étymol. lang. fr.*).

502 *regulam* Voir p. 26, l. 418.

503 *vendicant* Doublet de *vindicant*.
pleraque sodalitia Cf. *Erasmi Roterodami censura in regulam diui Augustini*: "Et tamen haec regula fundamentum est multorum ordinum, quam foeminis traditam vtinam bene seruent viri" (loc. cit. f° 178 v° K).

508 *discedere* Aug. *Epist.* 211, 11: "quam (vindictam) si ferre recusauerit et si ipsa non abscesserit, de vestra societate proiciatur".

509 *liberos* Cela n'est dit nulle part dans la *Lettre* 211; peut-être est-ce une interprétation tendancieuse de: "... quod suis vel filiabus vel aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasterio constitutis ..."? Voir peut-être aussi *Sermo* 355, *PL* 39, 1579, § 11.

510–511 *permisit* ... *commigrare* Peut-être *Sermo* 355, *PL* 39, 1573, § 6.

511–512 *Malo* ... *debilem quam mortuum* Voir *Sermo* 356, 14 (*PL* 39, 1580): "Malui habere vel claudos (ou: caecos vel claudos) quam

mortuum'. At qui nunc recedit a votis monasticis, non debilis est, sed plus quam mortuus est, et reuera mortuus est, qui non necessitatis causa, sed amore mundi recedit. Porro monasterium olim dicebatur omnis locus, siue in agris, siue in vrbibus, a populi frequentia semotus.

Sed vt ad rem, qui confinxit eos sermones Augustini titulo, non solum in
LB 962 medio vociferatur: *O, O, O*, sed frequenter sic exorditur: '*O fratres charissi|mi, quam timendus ille dies*', '*O fratres charissimi, O si sciretis quantum vobis in solitudine demorantibus necessaria sit obedientia*', '*O fratres charissimi, gaudium meum et corona in Domino*'. Extant tot orationes huius ad populum habitae, quando vnquam sic orsus est vir ille et sanus et sedati ingenii. Imo vbi sic temere exclamat, vel in medio sermone? Satyricis fortassis istud conuenit, quanquam Horatius omnium laudatissimus a moderata incipit admiratione: '*Qui fit, Moecenas*', ne nihil haberet veteris comoediae in cuius locum successit satyra. Sic Aristophanes: ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστίν. Sumit hoc interdum et noua comoedia: '*Quid igitur faciam? Occidi, perii*'. Id nimium bene imitatus Persius: '*O curas*, inquit, *hominum, o quantum rebus inane est*'. Aliquanto moderatius Iuuenalis qui tamen satyram corrupit et vertit in tragicam inuectiuam: '*Semper ego auditor tantum?*'.

Sunt et alia vitia, in quae quidam incidunt, infeliciter affectantes artis praeceptiones seu schemata, quae nunc referre non quidem inutile, sed perlongum fuerit ac fortassis etiam inuidiosum. Quanquam quae hactenus attigi, citra cuiusquam personae contumeliam, non debent quenquam offendere, si prosunt omnibus, laedunt neminem. Hactenus de prolatione vocis.

Superest distinctio, quae et ipsa iuxta sententiarum naturam varianda est. Ea seruatur et in scriptura. Breuissima respiratio habet hypostigmen. Paulo longior stigmen, quam nos duobus punctis signamus. Hac quoque longior, vnicum habet punctum. Longissima tale signum habet; inferiore puncto ad leuam inflexo. Tametsi de notis variant scriptores, nec magni refert. Hypostigme conuenit singulis asyndetis, quorum vnaquaeque vim habet articuli siue incisi, vt: 'Hic totas noctes editur, bibitur, vomitur, saltatur, luditur, subatur'. Item: 'Habes in vno multos quos imiteris, philosophum, sacerdotem, monachum, episcopum'. Haec amittunt gratiam, si continenter pronuncies. Parenthesis non solum respiratiuncula, verum etiam voce paulo depressiore a contextu separanda est, vt: 'Narrant Circen (vt aliquid e fabulis admisceam) veneficiis homines vertere solitam in sues aliasque brutorum species'. Idem fit post vocandi casum, vt: '*Tityre, tu patulae*'. Quae Fabius

516 vt ad rem *O*: vt ad rem redeam *BAS LB.*

plangere mortuos". Mais Aug. poursuit: "Qui enim hypocrita est, mortuus est" ce qui indique une interprétation allégorique; celle-ci a pu suggérer à Er. la sienne, un peu différente.

514 *amore mundi* Voir ci-dessous, pp. 186–190. *monasterium* Non confirmé par les dictionnaires contemporains, même pour le grec.

516 *rem* La voix de l'orateur sacré; voir p. 24, l. 371 sq.

517–518 *O fratres* ... *ille dies* Ps.-Aug. *Sermo* 251, *PL* 39, 2210: "O fratres charissimi, quam timendus est nobis dies ille"; Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 63, *PL* 40, 1347: "O fratres charissimi quam metuenda est illa dies".

518–519 *O fratres ... obedientia* Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 2, *PL* 40, 1237: "Fratres charissimi, o si sciretis quanta sit virtus pacis et quantum vobis in solitudine commorantibus necesse sit".

519–520 *O fratres ... Domino* Ps.-Aug. *Ad fratres, sermo* 1, *PL* 40, 1235: "Fratres mei et laetitia cordis mei, corona mea et gaudium meum".

520 *tot orationes* *PL* 39 en contient 396 considérés comme authentiques.

522 *Satyricis* Confusion avec *satiricis* ou *saturicis*.

523 Hor. *Serm*. I, 1, 1.

524 *veteris comoediae* En Grèce aux 5e et 4e siècles: Aristophane.
satyra A Rome: "Satura quidem tota nostra est" (Quint. *Inst*. X, 1, 93). Il est donc inexact de dire "successit", puisque ce ne fut pas dans le même pays; mais il est vrai que les deux genres critiquent les hommes politiques et les moeurs.

524–525 *Aristophanes* Aristoph. *Plut*. 1.

525 *noua comoedia* Là encore Er. mêle artificiellement latin et grec; la nouvelle comédie à Athènes (Ménandre) servit de modèle aux comiques latins, mais il n'y a pas à Rome deux sortes de comédies successives.

525–526 *Quid ... faciam* Ter. *Eun*. 46.

526 *Occidi, perii* Ter. *Eun*. 292 "Occidi"; Plaut. *Aul*. 713: "Perii, interii, occidi!".

526–527 Pers. *Sat*. 1, 1.

528 *inuectiuam* Le mot ne se rencontre, comme adjectif, qu'à basse époque (Amm. Marc., Prisc.); les dictionnaires ne disent pas quand le mot est employé pour la première fois comme substantif.
Semper ... tantum Iuv. 1, 1.

529 *affectantes* Non pas "cherchant à atteindre" (ce qui n'aurait aucun sens), mais "utilisant de façon artificielle".

530 *praeceptiones* Idée préconcue d'après Cic. *Part*. 123 (à éclairer par Cic. *Top*. 31).
schemata Voir ci-dessous, p. 98, l. 903: "figures".

531 *inuidiosum* La phrase suivante l'explique: ce sont les cibles de la satire érasmienne, les mauvais prédicateurs, qui ne pardonneraient pas à leur critique.

532 *citra ... contumeliam* Même idée développée avec véhémence dans la Lettre à Dorp de 1515, Ep. 337, Allen II, p. 95, l. 159 sqq. en particulier l. 170 où est cité Hier. *Epist*. 125, 5: "vbi generalis est de vitiis disputatio, ibi nullius esse personae iniuriam".

534 *distinctio* Les interruptions de la voix, les pauses et silences qui donnent un rythme à la prose oratoire; voir Cic. *De or*. III, 48, 186; Quint. *Inst*. IX, 3, 65; XI, 3, 35 sq.

535 *et in scriptura* C'est la ponctuation; voir J. Chomarat, *Note sur la ponctuation d'Erasme*, *Vita Latina* n° 54, juin 1974. Er. a déjà consacré à ces problèmes une page du *De pronunt*., *ASD* I, 4, pp. 775–808 (addition de l'édition d'octobre 1529).
hypostigmen Dion. Thrax *Ars gramm*., éd. Uhlig (Teubner, 1883), pp. 7–8, § 4, 630 b: ἡ μὲν τελεία στιγμή ἐστι διανοίας ἀπηρτισμένης σημεῖον, μέση δὲ σημεῖον πνεύματος ἕνεκεν παραλαμβανόμενον, ὑποστιγμὴ δὲ διανοίας μηδέπω ἀπηρτισμένης, ἀλλ' ἔτι ἐνδεούσης (la pause complète est le signe d'une pensée achevée, la moyenne le signe reçu pour le souffle, la sous-pause celui d'une pensée qui n'est pas encore achevée, mais incomplète); la différence entre stigme et hypostigme est de durée. Quint. *Inst*. XI, 3, 35, emploie ὑποστιγμή et lui donne comme équivalent ὑποδιαστολή, mais sans le définir.

539 *asyndetis* Absence de conjonction de coordination entre mots ou phrases: Quint. *Inst*. IX, 3, 50.

539–540 *vim ... articuli siue incisi* Ce dernier mot désigne la plus petite subdivision de la phrase, parfois réduite à un mot; l'incise est une division du "membrum", lui-même partie de la période; voir Cic. *Or*. 211 et 221 sq.; Quint. *Inst* IX, 4, 122. L'équivalence de *articulus* et *incisum* ressort de Quint. *Inst*. IX, 3, 98 et de *Rhet. Her*. IV, 19, 26. Voir ci-dessus, p. 24, l. 392.

540–541 *editur ... subatur* Cette phrase a sans doute été écrite par Er. lui-même, peut-être avec le souvenir de la 2e *Philippique*; en tout cas son dernier verbe prétend sans doute exprimer une action comme tous les précédents, alors que le mot latin exprime normalement un état ("être en chaleur", en parlant de la truie); cette impropriété pourrait être le fait d'Er.

541–542 *Habes in vno ... episcopum* Les deux derniers termes sont normalement incompatibles; peut-être Er. veut-il faire penser à Augustin?

543 *Parenthesis* Au sens de "parenthèse": Quint. *Inst*. IX, 3, 23 et 26.

544 *Circen* Hom. *Od*. X, 230–243, alors que d'autres sources (Verg. *Ecl*. 8, 71) prêtent à la magicienne des incantations (carmina), non des drogues.

546 Verg. *Ecl*. I, 1.
Fabius Quint. *Inst*. IX, 3 et 4 et surtout XI, 3, 35–39.

tradit hic subtilius ac minutius, grammaticis relinquam. Nobis cum ecclesiasta res est. Nec multo plus interualli postulant incisa, praesertim si absit coniunctio, quae omissa nonnihil addit acrimoniae, veluti: '*Patrimonium prodegit, pudicitiam prostituit, famam amisit, parentes offendit, amicos abalienauit*'. Membra paulo longiore respiratione distinguuntur, quale sit: 'Quum haec vita tota sit breuis, quum omnibus incerta, quum tot malis obnoxia, demiror esse tam multos, qui sic mortem horreant, congerant diuitias, differant vitae correctionem'. In his tamen est aliqua differentia. Principalius membrum paulo longius silentium requirit, hoc est ante 'demiror'. Fortassis hoc totum videbitur alicui vnum membrum, reliqua tantum esse commata. Verum esto vt lubet, quando eadem est ratio in incisis, in quibus est vnum caeteris principalius. Certe periodus requirit prolixius interuallum. Quod idem concedit frequenter et interrogatio, velut: 'Audistis inuolutam quaestionem. Sed quomodo difficultatem hanc explicabimus?'. Hac quoque in parte peccatur a multis, qui studio affectant vt oratio continuo tenore voluatur, quasi turpe sit vnquam silere, eo vsque continuantes vocem, donec defecerit spiritus, tubicinum more. Itaque crebro fit, vt illic respirent, vbi sententia non dat respirandi spatium. Nec leuius peccant qui, vt ante dicere coeperam, singulis aut binis fere verbis interponunt moras, non sine auditorum taedio. Quidam perorata sermonis parte, tussiunt expuuntue, quos citius probes quam eos qui ex praua consuetudine subinde tussiunt aut expuunt. Sunt qui in simili interuallo ex imo ventre ducunt clarum suspirium, quasi dicendo lassi. Atqui suspirare, vbi res nihil habet gemitu dignum, ineptum est. Notantur et ii qui spiritum non
LB 963 recipiunt, | sed resorbent per dentes. Quum oratio longam vocis continuationem exigit, prius est recipiendus spiritus. Idem tacite faciendum est, quoties commata et cola dant respirandi spatium.

De voce hactenus, veniam ad vultum in quo est tanta mentis significatio vt saepenumero pro sermone sit. Nam moto capite annuimus, renuimus, interdum et salutamus, minamur, aduocamus; erecto significamus fiduciam, depresso verecundiam aut dubitationem. Indecorum tamen est viro graui, crebro capitis motu loqui. Comam vero rotare phanaticum est.

Neque mediocris est in fronte mentis significatio, vnde prouerbiis quoque qui sunt hilariores frontem exporrigere dicuntur, qui tristes corrugare, et effrontes appellamus qui carent pudore.

Nec minus agunt supercilia: sublata declarant arrogantiam, vnde in superciliosos conuitium, demissa verecundiam, adducta toruitatem, inaequalia seueritatem cum lenitate coniunctam; quo habitu in comoediis inducuntur seueri patres, altero supercilio sublato, altero composito; qui tamen gestus ecclesiastae fuerit indecorus, quando M. Tullius Pisoni exprobrat, quod in senatu altero supercilio ad frontem sublato, altero in oculos depresso dixit sibi non placere crudelitatem.

Verum hic primas partes agunt oculi, in quibus animus dictus est habere sedem, eo quod nullus sit affectus, qui non exprimatur oculis, amor, odium,

gaudium, moeror, taedium, solicitudo, metus, spes, simplicitas, fraudulentia, suspicio. Frequenter et in Scripturis Diuinis exprimitur oculorum qualitas. Dominus in monte sedens, intuens turbam, requirit attentionem, quasi de rebus arduis dicturus. Adolescentis diuitis responso delectatus, intuitus est eum. A Petro ter abiuratus intuitu oculorum admonuit non praestiti promissi: '*Et si oportuerit me mori tecum, te non negabo*'. Idem Patri gratias agit, sublatis in coelum oculis. Petrus item in Actis, sedaturus confusam turbam, defigit in illam oculos, autoritatem ac fiduciam prae se ferens. De sancta Paula refert Hieronymus, si quam e grege virginum conspexisset segniorem ad officia aut lasciuius cultam, eam non obiurgatione, sed oculis ac vultus tristitia corrigebat. Ipse apud Italos interfui conuiuio vbi qui inuitarat, ne monendis aut obiurgandis famulis interrumperet sermonum hilaritatem, oculis omnia peragebat, siue vellet mutari tabellas, siue addi vinum, siue nouari cibum,

554 est aliqua *O*: aliqua est *BAS LB*.
556 tantum *O*: *om. BAS LB*.
595 te non *O*: non te *BAS LB*.
602 mutari *cett.*: mutare *C*.

554 *Principalius membrum* L'adjectif doit être emprunté aux analyses des dialecticiens, il fait penser à "proposition principale"; Er. a pu recevoir l'écho de telles analyses par son maître Sintheim (Synthen) (*Gramm. rhét.*, p. 278 sq.).

557 *ratio* Le rapport entre le silence principal et les autres; pour Er. peu importe que l'on parle de membres ou d'incises; il affirme l'équivalence de: plusieurs membres dont un membre principal; un membre et des incises; plusieurs incises dont une principale.

564 *dicere coeperam* Voir p. 20, ll. 277–279.

573 *vultum ... mentis significatio* Voir Quint. *Inst.* XI, 3, 72: "Dominatur autem maxime vultus, etc.".

574–576 *annuimus ... dubitationem* Voir Quint. *Inst.* XI, 3, 71: "praeter annuendi renuendi confirmandique motus, sunt et verecundiae et dubitationis et admirationis et indignationis, noti et communes omnibus".

576–577 *Indecorum ... phanaticum est* Quint. *Inst.* ibid.: "Solo tamen eo facere gestum scenici quoque doctores vitiosum putauerunt. Etiam frequens eius nutus non caret vitio; adeo iactare id et comas excutientem rotare fanaticum est".

578–584 *Neque mediocris est ... composito* Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 78–79 et 74; citons un passage de 74: "In comoediis ... interim concitatus, interim lenis est, altero erecto, altero composito est supercilio".

579 *frontem exporrigere* *Adag.* 748, *LB* II, 316 E–317 A, citant Ter. *Ad.* 839.

585–587 *M. Tullius ... crudelitatem* Cic. *Pis.* VI, 14: "respondes, altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio, crudelitatem tibi non placere"; partiellement cité sans indication de source par Quint. *Inst.* XI, 3, 74 (ci-dessus l. 584).

588 *primas ... oculi* Quint. *Inst.* XI, 3, 75: "Sed et in ipso vultu plurimum valent oculi, per quos maxime animus eminet, etc.".

589–591 *nullus sit ... suspicio* Plin. *Nat.* XI, 54, 145: "Neque vlla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, sed homini maxime, id est moderationis, clementiae, misericordiae, odii, amoris, tristitiae, laetitiae ... profecto in oculis animus habitat".

592–593 *Dominus ... dicturus* On songe au Sermon sur la montagne (*Mt.* 5, 1–2), mais le Christ regarde ses disciples, non la foule (cf. *Lc.* 6, 20).

593–594 *Adolescentis ... eum* *Mc.* 10, 21: "Jésus, le regardant, se prit à l'aimer" (trad. Osty); ni *Mt.* ni *Lc.* n'ont de verset correspondant.

594–595 *A Petro ... non negabo* *Mt.* 26, 35 et 75.

595–596 *Idem ... oculis* *Ioh.* 17, 1.

596–597 *Petrus ... prae se ferens* Pierre calme la foule à plusieurs reprises: *Act.* 2, 14 sq.; 3, 11 sq.; mais il n'est pas dit qu'il "fixe ses regards sur elle"; c'est l'inverse: "Pourquoi tenez-vous les yeux fixés sur nous" (3, 12, trad. Osty).

597–600 *De sancta Paula ... corrigebat* Hier. *Epist.* 108, 19.

intuebatur famulum, mox deflectebat oculos ad cyathum aut ad quadram aut aliud quod fieri volebat. Verum et hac in parte oportet quam minimum a natura recedere. Damnantur enim oculi rigidi, extenti, languidi, torpentes, stupentes, lasciui, mobiles ac veluti natantes, quasi quadam voluptate suffusi, quod in recitatore notat Persius: '*Patranti*, inquit, *fractus ocello*'; damnantur et limi, hoc est, semiclusi, quibus aspici sese indignantur leones. Item quos Fabius appellat Venereos. Nam prisci Venerem petis oculis fingebant, quod vitium et hodie in nonnullis deprehendas, qui quoties student videri blandiores, limos ac petos fingunt oculos. Contra nimium diducti stoliditatem arguunt. Nam quod Itali quidam, si quem videri volunt reuereri, eum oculis attonitis intuentur, nihil ad ecclesiasten. Indecore quidam in latus detorquent oculos. Sed indecentius faciunt qui, quum loquuntur, claudunt oculos; quales ipse nonnullos vidi, hoc pacto, vt opinor, pudori medentes, qui dicitur in oculis esse et, si immodicus est, caliginem offundit animo, modicus et gratiam et fidem addit dicenti, qualem fuisse ferunt in L. Crasso oratore. Is potissimum se prodit in genis et buccis suffundente se sanguine, qui refugiens inducit pallorem, quod in metu nonnullis et in vehementi ira solet accidere.

Iam est et in naribus aliqua affectuum significatio, vnde flatus emissus indicat iram. Hinc illud Theocriti de Pane: δρυμεῖα χολὴ ἐπὶ ῥινὶ κάθηται. Item Plautinum illud: *Fames et mora bilem in nasum conciunt*. Corrugantur ab
LB 964 irridentibus. Vnde Plinius hanc | vultus partem irrisioni dicatam dicit. Et Horatius: '*Naso suspendis adunco*'. Quidam ronchos aedunt irati aut comminantes. Verum in his nihil est quod deceat ecclesiasten.

Nec multo plus in buccis, quae inflatae declarant arrogantiam, demissae tristium sunt animumque despondentium. Vnde audit Cain: *Quare concidit vultus tuus?* Quin et risum oportet in concionatore esse rarum ac moderatum, multum a cachinno et ab eo quem Graeci vocant συγκρούσιον distantem. Nec minus dedecet risus Sardonius, qui nudat dentes. Quibusdam hoc vel natura vel praua consuetudo addidit, vt nihil dicant absque risu. Ipse noui virum omnibus numeris laudatum, in quo vix quicquam potuisses reprehendere, nisi quod ad singulas orationis clausulas adderet risum. Noui alterum quem arbitror adhuc in viuis esse, qui, noui quippiam dicturus in concione, ridere solet vt, qui morem illius obseruarant, expectarent aliquid insolitum.

In diductione aut contractione labiorum, quemadmodum et in rictu, ea moderatio est obseruanda, vt motus non sit maior quam exposcit explanata

635 obseruarant *erratum A cett.*: obseruarent *A*.

603 *quadram* Le pain (Hor. *Epist.* 1, 17, 49).

605–608 *oculi rigidi* ... *limi* Quint. *Inst.* XI, 3, 76: "Rigidi vero et extenti, aut languidi et torpentes, aut lasciui et mobiles, aut natantes et quadam voluptate suffusi, aut limi, et, vt sic dicam, venerei, aut poscentes aliquid pollicentesue numquam esse debebunt".

607 Pers. *Sat.* 1, 18.

608 *quibus ... leones* Plin. *Nat.* VIII, 19, 52: "[Leones] nec limis intuentur oculis, aspicique simili modo nolunt". Le sens de *limus* est: "oblique, de côté"; toutes les sources antiques s'accordent là-dessus; le sens qu'Er. donne à ce mot pourrait s'expliquer par une contamination avec celui du verbe "limare" (amoindrir, restreindre, diminuer: Cic. *De or.* III, 9, 36, etc.).

609 *Venerem petis oculis* Ov. *Ars* II, 659, etc.

611 *nimium diducti* Correspond pour le sens à "extenti" de Quint. (l. 605).

614 *claudunt oculos* Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 76: "Nam opertos compressosue eos in dicendo quis nisi plane rudus aut stultus habeat?".

617 *L. Crasso* Voir Cic. *De or.* I, 26, 122: "Fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen non modo non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset". Il s'agit de L. Crassus: ibid. I, 7, 24.
Is Sc. *pudor.* Voir Cic. *Tusc.* IV, 8, 19: "... ex quo fit vt pudorem rubor, terrorem pallor ... consequatur"; Quint. *Inst.* XI, 3, 78.

618 *genis et buccis* Les *genae* sont sous les yeux (Cic. *Nat.* II, 143), les *buccae* la partie extérieure de la cavité buccale. Cf. Plin. *Nat.* XI, 58, 157.

620 *naribus* Voir Quint. *Inst.* XI, 3, 80.

621 *Theocriti* Theocr. 1, 18; les vers 16–18 de ce poème décrivent la colère du dieu Pan; la graphie correcte δριμεῖα se trouve à l'*Adag.* 1760 (voir la n. suivante); les manuscrits ont soit ποτί soit ἐπί.

622 *Plautinum illud* Vers apocryphes insérés dans la lacune entre les vers authentiques 1034 et 1035 où un quaternion a disparu. "Vetu'st adagium: Fames et mora, etc."; on retrouve cette citation comme l'*Adag.* 1760 (Fames et mora bilem in nasum conciunt), *LB* II, 653 A (L'Index donne la référence inexacte 553 A; = *ASD* II, 4, pp. 186–188) où est fait le même rapprochement avec Theocr. avec ce commentaire: "Ducta est metaphora ab animantibus iram narium flatu significantibus. Vnde fabula de tauris ignem spirantibus. Quin hominibus etiam nonnullis ex naribus indicium iracundiae".

622–623 *Corrugantur ab irridentibus* Quint. *Inst.* XI, 3, 80: "Naribus ... derisus, contemptus, fastidium significari solent"; Hor. *Epist.* I, 5, 23: "ne sordida mappa / conruget naris" (fastidium) cité *Adag.* 1760.

623 *Plinius* Plin. *Nat.* XI, 59, 158: "... quem noui mores subdolae inrisioni dicauere, nasus".

624 *Horatius* Hor. *Serm.* I, 6, 5 qui exprime le dédain plutôt que la raillerie.
ronchos Mart. 4, 86, 7; mais il s'agit de sarcasmes plutôt que de menaces: "nec rhonchos metues maligniorum"; cf. id. 1, 3, 5–6.

627 *Cain* *Gn.* 4, 6.

628 *risum ... moderatum* Le Christ ne rit pas. Certains Pères de l'Eglise en ont tiré une condamnation du rire, qui serait d'origine diabolique. La sévérité de cette thèse a été atténuée par des scolastiques qui distinguent 'risus modicus', permis hors des lieux de culte sauf en temps de pénitence, et rire immodéré interdit en tout temps (voir J. Le Goff, *Annuaire de l'Ecole des hautes études, 6e section*, années 1988–1989 et 1989–1990; analyse dans A. Peyrefitte, *La Terre tourne*, dans: *Le Figaro*, 12–7–1991). On peut penser que le "risus modicus" est le sourire, car le mot latin a les deux acceptions. Er. va plus loin puisqu'il permet le *risus moderatus* pendant le sermon. Pour un écho de la thèse des Pères voir encore Baudelaire, *De l'essence du rire, Curiosités esthétiques*: "Le Sage ne rit qu'en tremblant".

629 *cachinno* "Eclat de rire, rire bruyant".
συγκρούσιον Voir Zenob. *Centuria* II, 100: Γέλως συγκρούσιος: ἄκοσμος καὶ ἄτακτος· παρόσον τινες γελῶντες τὰς χεῖρας ἢ τοὺς πόδας συγκρούουσιν (Leutsch-Schneidewin, t. 1, p. 57).

630 *risus Sardonius* *Adag.* 2401 (*ASD* II, 5, pp. 289–297): "De risu ficto, aut amarulento, aut insano denique" (ll. 3–4); "et sensus et origo prouerbii ... varie tractatur ab autoribus" (l. 4); Er. utilise Zénodote, Servius; l'explication "rire en montrant les dents" s'appuie sur Plaute, Apulée, Homère, Aristophane, etc.; une épigramme contenue dans les commentaires d'Hésiode; Pausanias: "itaque non absurde videtur accipi posse *risus Sardonius* pro risu demente, quoties instantibus malis insane ridetur"; Plut. *Vit. C. Gracch.* 12; Er.: "Postremo non omnino videbitur absurde *Sardonius risus* accommodari posse ad risum luctuosum ac tristem" (p. 296, ll. 199–200); Eudème; Suidas.

635 *solet* Au sens de "solebat"; voir livre I, *ASD* V, 4, p. 73, n.l. 810.

636 *diductione ... labiorum* Quint. *Inst.* XI, 3, 81: "Labra et porriguntur male et scinduntur et adstringuntur et diducuntur et dentes nudant et in latus ac paene ad aurem trahuntur et velut quodam fastidio replicantur et pendent et vocem tantum altera parte dimittunt".

verborum pronunciatio. Qua quidem in re quosdam vidi immodicos, qui longius aequo porrectis labris emugiebant literam *u*. Contra quidam e labiis semiclusis emittunt vocem, quod vitium deprehendas in Hollandis, iis duntaxat qui natiuam pronunciationem non dedidicerunt. Quidam toto vultu loquuntur, vnde et vultuosos dicimus, etiam auriculas moturi, nisi natura dedisset immobiles. Pleraque muta animantia aurium motu produnt affectus. Descendo nunc ad reliqui corporis gestus.

Attollere ceruicem modice si fiat in loco non dedecet, quemadmodum nec ad humeros demittere; in alterum humerum deflectere, ineptum est, licet hoc quidam pietatis indicium esse volunt; ineptius etiam nunc in dextram, nunc in leuam partem distorquere.

Brachiorum prolatio non improbatur, quoties id exigit sententia. Et notantur qui semper manum habent sub pallio, quod nunquam incalescant dicendo. Quosdam vidi qui subinde brachium vtrunque, quantum possent, in leuum ac dextrum extenderent vel proiicerent verius, manibus explicatis, mox eodem impetu adductis clarum sonum complosione palmarum aederent, voce interim clamosa ac totius corporis gesticulatione.

In gestibus corporis loquacissimae sunt manus, quorum aliquot sunt omnium gentium communes. Veluti dextra mota silentium poscimus. Item, quum de nobis loquentes, manum pectori admouemus; quum de aliis, ad eos de quibus verba facimus, velut in Euangelio Dominus de discipulis dicturus: '*Hi sunt fratres mei et mater et soror*', manum in eos extendit; et indice pronominum vice vtimur *hic*, *iste*, *ille*. Manu allicimus, manu auersamur aut depellimus. Digito ori appresso silentium indicimus. Commune forsitan et illud, quod in poenitentiae signum manu pectus tundimus, in admiratione percutimus femur. Iudicum xv legimus quod Philistaei stupentes suram imposuerint femori. Vetus est, quod hodie quidam manum osculando adorant. Sunt rursus olim vsitati gestus, nunc ignoti. Quis enim nunc agnoscit gestum, quem Fabius testatur fuisse aetate sua maxime communem omnium, quo medius digitus in pollicem contrahitur, explicitis reliquis tribus, quem ait conuenire exordiis, si leui motu modice in vtranque partem feratur, simul capite atque humeris sensim in id quo manus fertur obsecundantibus. Eundem conuenire ad fidem narrationis, si motus sit paulo productior; idem acer atque instans in exprobrando atque arguendo decet, si longius ac liberius exeratur. Sit vnum hoc exempli causa positum: nam Fabius innumeros manuum ac digitorum gestus immodica pene diligentia prosequitur, quos hic commemorare nihil refert. Constat olim fuisse vulgatissimum pollice presso fauorem indicare, quos testes ac memores esse volebant, eorum aurem

638–641 *quosdam* ... *non dedidicerunt* Cf. *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 54, ll. 346–353: "... Nonnulli labiis ad trium digitorum spatium indecore porrectis, nimirum Batauis contra-

rii ... Nostrates quum affectant Wesphalorum imitari mugitum, non possunt id perpetuo facere".

642 *vultuosos* Cic. *Or.* 18, 60: "In quo [sc. vultu] cum effeceris ne quid ineptum aut voltuosum sit, tum etc."; Quint. *Inst.* XI, 3, 183: "non immerito reprehenditur pronuntiatio et vultuosa et gesticulationibus molesta et vocis mutationibus resultans."

642–643 *auriculas ... immobiles* Plin. *Nat.* XI, 50, 136: "Aures homini tantum immobiles".

643 *muta ... affectus* Cf. Plin. *Nat.* XI, 50, 137: "In equis et omni iumentorum genere indicia animi praeferunt" (sc. aures); peut-être "iumentorum" est-il devenu "mutorum" dans le texte utilisé par Er.?

645 *ceruicem* Er. s'écarte de Quint. *Inst.* XI, 3, 82–83.

649 *Brachiorum prolatio* Quint. *Inst.* XI, 3, 84.

650 *manum ... sub pallio* Voir *Adag.* 1931 (*ASD* II, 4, p. 296, ll. 331–335): "Quintilianus libro duodecimo damnat eos, qui nunquam commouentur inter agendum semperque manum, quod aiunt, habent sub pallio. *Quapropter*, inquit, *mihi falli multum videntur qui solos esse Atticos credunt tenues et lucidos et significantes, sed quadam eloquentiae frugalitate contentos ac semper manum intra pallium continentes*" (*Inst.* XII, 10, 21). Malgré le "quod aiunt" l'expression "sub pallio" n'est pas de Quint. qui connaît seulement "intra pallium".

651–652 *brachium ... proiicerent* Cf. Cic. *De or.* III, 220: "bracchium procerius proiectum quasi quoddam telum orationis".

652 *manibus explicatis* Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 84: "explicantibus se in proferenda manu digitis".

653 *complosione* Néologisme; Hoven donne la référence: *ASD* I, 4, p. 321, l. 147. Pour le verbe "complodere" voir Valla *Eleg. ling. lat.* V, 9: "est complodere aduersas manus inuicem collidere, etc."; Quint. *Inst.* XI, 3, 123: "complodere manus scaenicum est". Le sens est ici évident: "applaudissement".

653–654 *voce ... clamosa* Cf. Quint. *Inst.* V, 13, 2: "recta ... atque, vt sic dixerim, clamosa est actio".

654 *gesticulatione* Quint. *Inst.* XI, 3, 183: "Quare non immerito reprehenditur pronuntiatio ... gesticulationibus molesta ...".

655 *loquacissimae ... manus* Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 85: "Manus vero ... Nam ceterae partes loquentem adiuuant, hae, prope est vt dicam, ipsae locuntur. An non his poscimus, etc.".

657–658 *quum de nobis ... verba facimus* Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 89: "Ergo vt ad se manum referre cum de se ipso loquatur et in eum quem demonstret intendere, etc.".

658–659 *in Euangelio ... extendit Mt.* 12, 49.

659–660 *indice ... ille* Quint. *Inst.* XI, 3, 87: "non in demonstrandis locis atque personis aduerbiorum atque pronominum optinent vicem?".

660–661 *Manu allicimus ... depellimus* Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 86: "... his ... vocamus, dimittimus, ...".

662 *in poenitentiae signum ... tundimus* Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 104: "compressam etiam manum in paenitentia vel ira pectori admouemus".

662–663 *in admiratione ... femur* Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 123: "Femur ferire ... et indignantes decet et excitat auditorem"; même si l'on prend *admiratio* au sens de "étonnement, surprise", le sens n'est pas exactement le même.

663–664 *Iudicum XV ... femori Iud.* 15, 8 (Vulg.); en fait l'expression hébraïque "cuisse par dessus hanche" avec le verbe "il les battit" équivaut à notre "à plate couture" (trad. Dhorme ou Osty).

664–665 *manum osculando adorant* Cf. Plin. *Nat.* XXVIII, 5, 25: "in adorando dexteram ad osculum referimus".

666–669 *Fabius ... obsecundantibus* Quint. *Inst.* XI, 3, 92: "Est autem gestus ille maxime communis quo medius digitus in pollicem contrahitur explicitis tribus, et principiis vtilis cum leni in vtramque partem motu modice prolatus, simul capite atque vmeris sensim ad id quo manus feratur obsecundantibus".

669–672 *Eundem ... exeratur* Ibid.: "et in narrando certus, sed tum paulo productior, et in exprobrando et coarguendo acer atque instans: longius enim partibus iis et liberius exeritur".

672 *innumeros* Non, il en compte sept (Quint. *Inst.* XI, 3, 105).

673 *immodica ... diligentia* Leur description occupe Quint. *Inst.* XI, 3, 92–105.

674 *pollice presso* Plin. *Nat.* XXVIII, 5, 25: "Pollices, cum faueamus, premere etiam prouerbio iubemur".

675–676 *aurem contingere* Voir Verg. *Ecl.* 6, 3–4: "Cynthius aurem / vellit" et le commentaire de Servius: "Aurem ideo quia Memoriae consecrata est, vt frons Genio, digiti Mineruae, genua Misericordiae".

LB 965 contingere, | quibus supplicabant genam ac genua contingere, quum nihil horum nunc sit ab hominum vsu remotius. Sed quemadmodum haec exoleuerunt, ita quaedam recepta sunt, quae nesciebat antiquitas, veluti quum manu dextra in crucis figuram contra faciem mota, miramur, abominamur; ad alios mota, bene precamur aut valere iubemus. Partiri in digitos causam, quod solet Hortensius, non semper dedecebat. Nam adorare aut inuocare Deum iunctis ac sublatis manibus, arbitror vetusti fuisse moris. Nec semper conueniet indicem in coelum tollere, quoties coelum nominatur, aut demittere, quoties terra; decebit tamen aliquando, quum id poscet affectus. Mimus quidam dictus est manu fecisse soloecismum, quod coelum nominans digito ostendit terram, terram nominans ostendit coelum. Illud indecorum, leua perfricare faciem, quasi pudorem abstergeas, aut resupinare nares, aut emungere citra necessitatem, aut scabere caput. Qui gestus ob hoc ipsum vitio dantur, quod sint ociosi ac supini et rem et auditorem contemnentis, cuiusmodi est spectare lacunar aut suspicere basilicae testudinem aut statuam aliquam et his similia quae singulorum fere sunt peculiaria, adeo vt vix quenquam reperias tam natura aut arte compositum, quin aliquem ceu neuum deprehendas, quo nonnihil offendaris. Quod autem Fabius ait quosdam subito nunc in tergum, nunc in latus proiicere brachia, vt tutum non sit proximum astare, ab eo periculo nunc ecclesiasten liberat suggestum editius. Illud ad ecclesiasten pertinet, quod praecipiunt, ne manus vltra sinum erigantur aut infra cingulum deiiciantur. Ipse tamen vidi quendam vtranque manum longe supra caput porrigentem in altum sublatis oculis, quum Deum testem eorum quae dicebat citaret, atque interim vestis defluens nudabat brachia. Quanquam nihil non decet, quoties vehemens ac tempestiuus affectus postulat. Manum dextram in altum porrectam vibrare in signum laetitiae, militare est.

Corporis motus qui sunt infra cingulum plerosque suggestum occultat, quod genus est immodica pedum diuaricatio aut venter contractior aut porrectior. Quosdam prohibet, velut ambulationes aut procursiones. Nec opus est hic linea, quam Cassius Seuerus poposcit aduersus eos qui calore immodico in aliena tribunalia procurrerent. Prohibet et ferire femur in indignatione aut dolore, quod primus apud Athenienses fecit Cleon referente Fabio. Id a Romanis receptum non improbatur eruditis. Qui gestus videtur ab Hebraeis profectus. Sic enim Hieremias capite XXXI: *Postquam conuertisti me, egi poenitentiam, et, postquam ostendisti mihi, percussi femur meum*. Decentius nunc pro femore verberant suggestum. Nam percutere frontem erat olim receptum, teste Cicerone, licet improbet Fabius.

676–677 nihil horum *O*: nihil *BAS LB*.

709 capite XXXI *O*: capite XXI *BAS LB*.

676 *genam ac genua* Pour les joues (ou le menton) et les genoux: Hom. *Il.* I, 500 (Thétis et Zeus); pour les genoux: Verg. *Aen.* III, 607 (un compagnon d'Ulysse et les Troyens d'Enée); Servius répète que les genoux sont consacrés à la pitié.

680 *solet* Voir ci-dessus, p. 36, l. 635 et la note.

681 *Hortensius* Quint. *Inst.* IV, 5, 24: "Multum ex diligentia partiendi tulit laudis Q. Hortensius, cuius tamen diuisionem in digitos diductam nonnunquam Cicero leuiter eludit" (allusion par ex. à Cic. *Div. in Caec.* 45).

684–686 *Mimus quidam ... ostendit coelum* L'épisode est mis au compte du sophiste Polémon par Philostrate *Vita Sophist.*, *Polemon*, ch. IX, 542: Οὗτος τῇ χειρὶ ἐσολοίκισεν. Quint. *Inst.* I, 5, 36 rapporte le mot sans indication de nom propre. Caelius Rhodiginus nomme Polémon (781 B, ed. Froben, 1556). Cf. *Anth. Pal.* XI, 148.

686–687 *perfricare faciem* Quint. *Inst.* XI, 3, 160: "Vitiosa enim sunt illa: ... perfricare faciem, etc.".

687 *resupinare nares* Quint. *Inst.* XI, 3, 80: "Nam et 'corrugare nares', vt Horatius ait, et ... diducere saepius et plana manu resupinare indecorum est, cum emunctio etiam frequentior non sine causa reprendatur".

687–688 *citra necessitatem* Est-ce à dire que "se moucher quand on en a besoin" soit plus élégant? Il semble bien en fait que ces deux mots soient une variation du "sine causa" de Quint. mais rapportés à *emungere* et non à "reprehendatur", et avec disparition de la négation (manuscrit différent, mauvaise lecture ou "correction" d'Er.).

688 *scabere caput* Hor. *Serm.* I, 10, 71: si Lucilius vivait aujourd'hui "in versu faciendo / saepe caput scaberet, viuos et roderet vnguis". Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 158: "In hac cunctatione sunt quaedam non indecentes, vt appellant scaenici, morae: caput mulcere ...".

689 *ociosi ac supini* "Lents et traînants"; Quint. *Inst.* X, 2, 17: "Ociosi et supini, si quid modo longius circumduxerunt, iurant ita Ciceronem locuturum fuisse".

689–690 *spectare lacunar* "Plafond à lambris, à panneaux"; Quint. *Inst.* XI, 3, 160: "intueri lacunaria" (vitiosa sunt illa).

690 *basilicae testudinem* Verg. *Aen.* I, 505: "media testudine templi"; Seruius ad loc.: "Camera obliqua quae secundum eos qui de ratione scripserunt templorum, ideo sic fit vt simulacro caeli imaginem reddat, quod constat esse conuexum"; Varro *Ling. lat.* V, 3, 161: "... In hoc locus si nullus relictus erat, sub diuo qui esset, dicebatur testudo ab testudinis similitudine, vt est in praetorio et castris": voûte, coupole.

692 *compositum* Ici: "bien préparé, soigné"; il ne s'agit pas du style, mais de l'art en général, de l'action en particulier.
neuum (ou naeuum) Cf. Hor. *Serm.* I, 6, 67: "... velut si / egregio inspersos reprehendas corpore naeuos".

693 *Fabius ait* Quint. *Inst.* XI, 3, 118: "At vt ... alius in quantum patet longitudo protendat [sc. manum] aut ad tectum erigat aut repetito vltra laeuum vmerum gestu ita in tergum flagellet vt consistere post eum parum tutum sit, etc.".

696 *praecipiunt* A pour sujet: les théoriciens de l'art oratoire, Quint. Cic. etc.
ne manus ... erigantur Quint. *Inst.* XI, 3, 118 début: "At vt brachio exerto introspiciatur latus, vt manum alius vltra sinum proferre non audeat ...".
infra cingulum Quint. *Inst.* XI, 3, 112: "Tolli autem manum artifices supra oculos, demitti infra pectus vetant: adeo a capite eam petere aut ad imum ventrem deducere vitiosum habetur".

699 *nudabat brachia* Cf. ci-dessus Quint. *Inst.* XI, 3, 118: "... brachio exerto ...".

701 *vibrare* "Brandir, agiter", terme du vocabulaire militaire.
militare est Donc inadapté à la chaire.

703 *pedum diuaricatio* Quint. *Inst.* XI, 3, 125: "Varicare supra modum et in stando deforme est et accedente motu prope obscenum".

703–704 *venter ... porrectior* Quint. *Inst.* XI, 3, 122: "Pectus ac venter ne proiiciantur obseruandum ...".

704 *prohibet* Sujet: "suggestum"; *ambulationes aut procursiones* condamnées quand elles sont excessives: Quint. *Inst.* XI, 3, 126: "Procursio opportuna breuis moderata rara conueniet: iam et ambulatio quaedam ... quamquam Cicero rarum incessum neque ita longum probat" (Cic. *Or.* 59).

705 *Cassius Seuerus* Voir Quint. *Inst.* XI, 3, 133: "Cassius Seuerus vrbane aduersus hoc facientem lineas poposcit ...".

706–708 *ferire femur ... Fabio* Voir ci-dessus, p. 38, l. 663; Quint. *Inst.* XI, 3, 123: "Femur ferire, quod Athenis primus fecisse creditur Cleon, etc.".

708 *Id a Romanis ... eruditis* Ibid.: "Idque in Calidio Cicero desiderat".

709–710 *Hieremias ... femur meum* *Ir.* 31, 19.

711–712 *percutere frontem ... Fabius* Quint. *Inst.* XI, 3, 123, cf. l. 708; Quint. continue: "Quanquam, si licet, de fronte dissentio", Quint. accepte que l'orateur se frappe la cuisse, mais non le front.

Interdum se in latus dextrum aut sinistrum vertit concionator, quo commodius ab omnibus audiatur et omnes reddat attentos. Verum id perpetuo facere dedecet. Nam quidam dum oratorios gestus affectant, in metentium habitum se componunt. Sentitur etiam a populo vacillatio corporis, nunc dextro pedi, nunc sinistro innitentis, quasi e lintre, vt ait quidam, concionarentur. Dedecet item immodica totius corporis erectio aut incuruatio. Neque enim necesse est vt, si sublimia loquimur, ipsi protinus fiamus sublimes aut, si quid narramus, quod corpore fit inflexo, statim ad eum habitum nos componamus. In vtroque tamen peccant quidam, quum vtrunque sit mimicum. Notatus est mimus qui, quum recitaret in carmine: '*Magnum illum Agamemnonem*', quantum potuit corpus erexit in summos pedum digitos. Cui praeceptor qui aderat in theatro reclamauit: '*Longum facis, non magnum*'. Is, populo flagitante vt ipse gestum accommodatiorem adderet, fecit Agamemnonem cogitabundum. Quanquam et hoc scenicum, neque enim conuenit ecclesiastae vt, si quem narret
LB 966 cogitabundum, ipse se fingat in habitum cogitabundi. At ipse vidi qui, re|gi blandientes, adulanter corpus inflecterent; in episcopos, quos videri volebant contemnere, aliquid dicentes, corpus attollerent. Quendam audiui qui quum narraret, quomodo Dominus onustus cruce incesserit, in gestum onus graue baiulantis corpus incuruauit, pedum quoque strepitu quantum potuit imitans ambulantem. Idem me audiente, quum exaggerasset verbis, quam horribilis fuisset ille totius populi strepitus, quum omnes vna voce clamarent: '*Crucifige, crucifige*', iussit vniuersam concionem quantum posset vociferari: '*Crucifige, crucifige*'. Cuidam ἱεροπρεπεῖ ridiculum quiddam accidit. Ipse grandi proceroque corpore dicebat e suggesto minus profundo, vnde alii solent dicere sedentes; cumque vehemens videri studeret erectoque in altum corpore iactaret brachia, superiore corporis parte, quoniam plus habebat ponderis, depressa, deuolutus in turbam vicinam, ostendit ea foeminarum ac virorum oculis, quae verecundius teguntur.

Inepta et indecora sunt et illa, quae quidam affectant ad mouendos affectus. De vitae contemptu deque mortalium fastu dicturi, duo mortuorum capita, e polyandrio sublata, sub veste in suggestum deferunt, quae, postquam incaluit oratio, proferunt magnoque fragore collidunt, vt excussi dentes in populum dissiliant, vociferantes: 'Quid vobis videmini? Hoc estis, miseri'. Et haec sane mouent affectus simplicibus, sed non quicquid quocunque modo mouet affectum, statim decet ecclesiasten. Tolerabilius quod quidam, exaggeratis Christi doloribus quo maiorem excitaret commiserationem, subito prompsit signum crucifixi. 'Ecce, inquit, Christum indigne tractatum'. Quanquam hoc et huius generis alia non conueniunt graui ecclesiastae. Alioqui probandum esset, si quis multa loquutus quam tetra belua sit diabolus, cuius imperio se mancipant peccatores, subito proferret hominem diaboli specie personatum, quales discurrunt in ludis vulgaribus. Ridetur is qui pupillum, cuius causam

713–715 *Interdum ... dedecet* N'a pas d'équivalent exact chez Quint.

716–717 *Sentitur ... concionarentur* Cf. Cic. *Brut.* 216: "Motus ... quem et Iulius in perpe-

tuum notauit, cum ex eo in vtramque partem tot corpore vacillante quaesiuit: 'Quis loqueretur e luntre?'"; anecdote reprise par Quint. *Inst.* XI, 3, 129 et par Val. Max. IX, 14, 5.

718 *erectio* Quint. *Inst.* XI, 3, 120: "quotiens aliquid ipsis placuit in vnguis eriguntur, sed vitiosum id faciunt".
incuruatio Quint. *Inst.* XI, 3, 160: "Vitiosa enim sunt illa ... stare diductum vel rigidum vel supinum vel incuruum, etc."; le substantif "incuruatio" est employé par Plin. *Nat.* XVII, 207 au sens concret: "action de plier le bois de la vigne". On trouve *incuruauit* l. 731.

718–721 *Neque ... mimicum* Quint. *Inst.* XI, 3, 88–91 qui se termine par: "adeo in illis quoque est aliqua vitiosa imitatio quorum ars omnis constat imitatio".

721–725 *Notatus est ... cogitabundum* Macr. *Sat.* II, 7, 13–14: "Populus deinde inter vtriusque suffragia diuisus est, et cum canticum quoddam saltaret Hylas cuius clausula erat τὸν μέγαν 'Αγαμέμνονα, sublimem ingentemque Hylas velut metiebatur. Non tulit Pylades et exclamauit e cauea: σὺ μακρὸν οὐ μέγαν ποιεῖς. Tunc eum populus coegit idem saltare canticum, cumque ad locum venisset quem reprehenderat, expressit cogitantem, nihil magis ratus magno duci conuenire quam pro omnibus cogitare." (source due à M. A.V.N. van Woerden). Les deux mimes, Hylas et Pylades, sont devenus chez Er. un mime et son professeur.

728 *adulanter* "Torquet etiam illos qui nobis adulanter arrident" (Aug. *Enarrat. in Ps.* 78, 13).
in episcopos Se rattache à *dicentes*: "en disant quelque chose contre les évêques, etc.".

730–731 *in gestum ... incuruauit Gestum* est l'acc. de *gestus*, -us, "attitude du corps, mimique"; construire: "incurva son corps de manière à lui donner l'attitude de qui porte un lourd fardeau". On a vu aux livres I et II, *ASD* V, 4, de nombreux exemples de participes substantivés comme ici *baiulantis*.

732 *ambulantem* Nouveau participe substantivé.

733 *omnes* Reprend l'idée exprimée par *populi*: c'est la foule de ceux qui regardent le Christ; voir *Mc.* 15, 13; *Lc.* 23, 21; *Ioh.* 19, 6.

735 ἱεροπρεπεῖ "Auguste, sacré" (Lucian. Xen. Plat.); supérieur d'ordre religieux ou prélat? souligne le comique de l'épisode.

739 *foeminarum* Précision destinée à rendre plus sensible l'indécence de la scène et son comique.

743 *polyandrio* "Fosse commune, charnier": Ael. *Var. hist.* 12, 21; autres références dans *PL* 5, 1176 D, à propos d'Arnob. *Adv. nat.* 6, 6.

747 *statim* Sens logique: "automatiquement, de ce seul fait".
decet C'est le concept majeur de l'art oratoire (*decorum, apte dicere*); voir déjà ci-dessus, p. 18, l. 267. Quint. *Inst.* XI, 3, 177, le formule ainsi à propos de l'action: "cum praecipue in actione spectetur decorum, saepe aliud alios decere". Dans le développement d'Er. sur les gestes on a rencontré *decet* (pp. ll. 38, 671; 40, 684; 40, 700), *dedecet* (38, 645; 40, 681; 42, 715; 42, 717), *decentius* (40, 710), *indecorum* (34, 576; 34, 585; 36, 613; 36, 614; 40, 686; 42, 741); on note aussi *conuenit* (38, 668; 38, 670; 40, 682; 42, 726), *ineptum* (38, 646; 38, 647; 42, 741); il faut encore relever le fréquent emploi de *modicus, modice, immodicus* (38, 638; 38, 645; 38, 673; 40, 703; 40, 706; 42, 718; 36, 616 deux fois) qui va dans le même sens.

748 *prompsit* "Tira de l'endroit où elle était cachée" (sous le rebord de la chaire, sous son vêtement, etc.). Le *signum* est évidemment un Crucifix. On comprend qu'Er. condamne ces pratiques propres à provoquer une émotion violente, instantanée et sans effet durable, alors que le but de la prédication est de transformer durablement et profondément le coeur et la vie; ci-dessous, pp. 86–88, ll. 639–666.

752 *personatum* "Portant un masque" (cornes, barbiche, oreilles pointues); le diable était souvent représenté sous l'aspect des satyres antiques.

753 *quales* Sous-entendre "talem" (en accord avec *hominem*).
ludis vulgaribus Er. critique ailleurs ces fêtes populaires fort peu pieuses parfois; voir livre I, *ASD* V, 4, p. 226, ll. 733–760; et pour les courses de taureaux à Rome: *Enarrat. in Ps.* 38, *ASD* V, 3, p. 230, ll. 225–230; *Resp. ad P. Cursii defens.* (*LB* X, 1754 C–D). On trouvera une critique des Fêtes des Fous et semblables qui se déroulaient dans les églises in *Conciliorum oecumenicorum decreta* (Bologne, 1973), Concile de Bâle, Session XXI "De spectaculis in ecclesia non faciendis", p. 492.

753–756 *Ridetur ... puerum suum* Quint. *Inst.* VI, 1, 38–39; Er. raconte de mémoire sans doute, car il déforme un peu le récit de

agebat, sublatum in vlnas deportauit in tribunal, quo iudicibus moueret misericordiam, verum idem admodum frigide nec sine populi risu reportauit puerum suum.

Est momenti nonnihil in cultu, de quo illud in genere praecipi potest, vt bono grauique concionatore dignus sit. Verum hoc decorum, pro loco, tempore, personis ac more variat. Audio nunc quosdam in veste lupina concionari apud populum, quo corrigant aliorum superstitionem. Atqui istuc non est corrigere vitium, sed mutare. Itali decentius vestiuntur quam Germani. Nonnulli religionem professi nolunt tegi vestem ordinis sui, quasi nulla sit sacratior, sed iidem tegunt in sacrificio. Quod si diaconus recte sumit vestem sacram, Euangelium recitaturus, quanto magis decet idem sacerdotem Euangelium enarraturum, praesertim quum olim Euangelii enarratio pars fuerit missae. Nec enim episcopus alia veste docebat populum quam qua peragebat mysteria. Neque vero nouum est in sacris functionibus vti sacris vestibus. Fluxit is mos ab ipso Mose in Ecclesiam, et ab huius primordiis ad nos vsque demanauit. Porro quemadmodum vestis modesta decensque commendat concionantem, ita dedecet indecora vestis iactatio, submissio, sublatio, reuolutio. Vidi ipse Romae primi nominis ecclesiasten, qui simul atque partem orationis absoluisset, vtraque manu in tergum reflexa, vestem a postica corporis parte in vtrunque latus reuoluebat, quo gestu quum nihil esse possit foedius, tamen arbitror hoc illum inscientem fecisse. Illud mirabar, neminem illi fuisse amicum a quo admoneretur. Nam mihi cum eo semel atque iterum duntaxat fuit colloquium, nondum intercesserat familiaritas.

De pronunciatione dicendi finem faciam, si illud adiecero, ante omnia spectandum quid quem deceat. Quibusdam enim natura peculiarem addidit gratiam, vt deceat quicquid agunt, quod de bonis viris prouerbio iactatum est; id nec arte tradi potest nec verbis enarrari. In his etiam vitia decent ac delectant, quae in aliis essent foedissima, quum contra quibusdam arcana |
LB 967 quaedam addita sit infelicitas, vt virtutes etiam displiceant. Oportet igitur ecclesiasten sibi notum esse, nec artem modo, verum etiam naturam suam in consilium adhibere. Ab eruditis probatur mora mediocris initio dictionis, quod ea res expectationem auditorum excitat: sed indecorum est quod in eo silentio quidam ter inflant buccas. Decet autem cogitantis habitus.

Redeo nunc ad illa quae paulisper distuli ac paucis ostendam quibus rationibus fit vt oratio sit vehemens, iucunda et copiosa. Ad vehementiam simul et copiam faciunt loci communes. Locos communes hic appello sententias frequenter incidentes, quae si per amplificationem adhibeantur siue in laudem, siue in vituperium, adiuuant ad persuadendum id quod destinauimus. Frequentius tamen incidunt in genere demonstratiuo. Veluti si quem principem laudes ob clementiam, per locum communem amplificabitur quam eximia virtus sit clementia, quam detestanda sit crudelitas. Rursus si quem episcopum laudes ob pudicitiam, exaggerandum erit, quanta virtus sit pudicitia, quantumque bonorum pariat in homine. Item si suadeas quempiam

accersendum ad episcopi munus, quod castus sit, quod pecuniarum contemptor, quod ad docendum propensus, amplificandum erit quanta virtus sit castitas, quantam infamiam sacerdoti conciliet impudicitia, quantam corrupte-

760 istuc *O BAS*: istud *LB*.

769 demanauit *O BAS*: dimanauit *LB*.

Quint.

757 *cultu* Quint. *Inst.* XI, 3, 137–149. Mais le costume s'étant profondément transformé depuis l'antiquité, Er. ne peut suivre Quint. dans le détail; il rappelle le grand principe, qui est toujours le *decorum* (l. 758); cf.: *decentius* (761), *decet* (764), *decens* (769), *dedecet* (770), *indecora* (770) non sans naïveté lorsqu'il déclare "dedecet indecora vestis iactatio, etc." (Monsieur de la Palisse!).

759 *veste lupina* "Habit en fourrure de peau de loup", c'est-à-dire quelque chose de plus que rustique, de grossier, de primitif, de sauvage, par opposition aux tissus précieux, broderies et dentelles des *aliorum* (l. 760) qui sont les autres prédicateurs plutôt que les auditeurs.

760 *superstitionem* S'entend sans doute des scrupules excessifs de costume des prédicateurs "raffinés" hors de propos; pour un tel emploi: Quint. *Inst.* IV, 1, 66; IV, 2, 85; IX, 4, 25.

762 *religionem professi* "Des hommes qui ont fait profession de vie religieuse", c'est-à-dire des moines.
ordinis "Ordre religieux" (Franciscains, Dominicains, etc.).

764 *Euangelium recitaturus* "Pour donner lecture publique" à haute voix de l'Evangile de la messe du jour.
sacerdotem Le moine est un prêtre.

765 *enarraturum* "Qui va donner une explication, un commentaire" de ce même Evangile dans son sermon; cf. p. 10, l. 94. On note l'insistance d'Er. à présenter le sermon comme une partie constituante de la messe.

768 *Mose* *Ex.* 28, 1–3, etc.

770 *iactatio* L'action de secouer.
submissio Action de baisser.

771 *sublatio* Action de soulever.
reuolutio Action de faire tourner. Cf. l. 773 *reuoluebat*. Er. donne à tous ces mots leur sens propre, concret.

778 *quid quem deceat* Les deux pronoms sont interrogatifs. Cf. l. 757.

779 *prouerbio* *Adag.* 1860 (Omnia bonos viros decent), *ASD* II, 4, p. 252, d'après Diogen.

780 *id nec ... enarrari* Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 177: "vt vere hoc dictum est, caput esse artis decere quod facias, ita id neque sine arte esse neque totum arte tradi potest".

780–782 *In his ... displiceant* Cf. Quint. *Inst.* XI, 3, 178: "In quibusdam virtutes non habent gratiam, in quibusdam vitia ipsa delectant".

783 *naturam suam* Quint. *Inst* XI, 3, 180 fin: "Quare norit se quisque, nec tantum ex communibus praeceptis sed etiam ex natura sua capiat consilium formandae actionis".

784–786 *Ab eruditis ... habitus* Quint. *Inst.* XI, 3, 157: "non protinus est erumpendum, sed danda breuis cogitationi mora, etc."; 158: "In hac cunctatione sunt quaedam non indecentes, vt appellant scaenici, morae, etc.".

786 *inflant buccas* "Gonflent les joues": Hor. *Serm.* I, 1, 21.

787 *Redeo ... distuli* A la fin du livre II Er. dit que le moment serait venu de parler des "affectus", mais qu'il préfère auparavant traiter "de amplificationibus et orationis iucunditate vehementiaque" (*ASD* V, 4, p. 470, l. 545); mais cela même il ne va le traiter que maintenant après les pages qu'on vient de lire sur l'"action".

788 *vehemens, iucunda* Correspondent à "mouere" et "delectare", deux des trois fonctions de la parole.
copiosa La "copia" est un moyen pour les deux fins précédentes.

789 *Locos communes* Voir au livre II la définition des différentes sortes de "lieux": *ASD* V, 4, p. 400, l. 851 sq.

790 *amplificationem* Voir ci-dessous, p. 48, l. 882 sq.

791 *vituperium* "Blâme, critique"; leçon de certains manuscrits de Cic. *Fin.* III, 12, 40 "vituperari" et *Leg.* III, 10, 23 "vituperabilis" (Forcellini).

792 *demonstratiuo* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 272, l. 550 sq.

793 *clementiam* On pensera à l'ouvrage de Sénèque. Cf. *ASD* I, 2, p. 488. ll. 17–21.

797–798 *quod* (Trois fois) causal: "pour la raison que".

lam secum adferat amor pecuniae, tum quam sublime munus sit, quam Deo gratum, ad pietatem erudire populum. Si quem a vindicta deterreas, locus communis erit neminem laedi nisi a seipso. Similiter in obiurgando et consolando. Si quem obiurges, quod obtrectationibus indulgeat, exaggerandum erit quantum crimen sit linguae virulentia proximi famam laedere, quod est homicidii genus. Si quem aegrotum consoleris, amplificandum erit quam haec vita sit breuis, incerta, malis innumeris obnoxia, breuiter quam non sit vita, si ad illam vitam, ad quam mors transmittit pios, conferatur; amplificandum quanta res sit fides, quae sola praestat vt nec mortem nec inferorum regnum timeamus.

Atque hi loci primum ab omnibus virtutum vitiorumque generibus ac partibus duci poterunt. Partes appello species, in quas virtutis genus diducitur. Vt iustitia genus est, cui subsunt variae partes. Nonnunquam genus generi aut species speciei adminiculatur. Prioris exemplum erit: 'Ad suscipienda pro Rep. discrimina, frequenter opus est prudentia, quae docet quid vere timendum, quid non; et ad constanter tuendam iustitiam aduersus potentes, frequenter opus est fortitudine'. Posterioris hoc: 'Pudicitiam alit vitae frugalitas, corrumpit luxus; igitur ad castitatem adhortanti profuerit amplificare laudem frugalitatis, et odium luxus'. Illud perpetuum est, quod contraria contrariis admotis illustrantur.

Deinde a sententiis hinc deriuatis et huc adiuuantibus. Quod genus sunt: 'Nemo laeditur nisi a seipso'; et: 'Grauius laeditur qui iniuriam facit quam qui patitur'; et: 'Fortior est qui negligit illatam iniuriam quam qui infert'; et: 'Lucrum facit non mediocre, qui perpeti mauult iacturam quam lite aut bello persequi'. 'Lucrum fraude partum, damnum est, non lucrum'. 'Nulla speciosior victoria quam si quis imperet affectibus'. 'Iram vincere speciosius est quam vrbem capere'. 'Nullum certius excelsae mentis argumentum quam iniuriam negligere'. 'Qui malum malo pensat, odio mali fit ipse malus et odio dignus'. 'Qui contemnit hostem, vir fortis et sapiens est; qui pro iniuria reponit beneficium, vir euangelicus est'. 'Quisquis vindictam meditatur, homicidio proximus est'. 'Nullo officio citius flectitur Deus ad ignoscendum nobis commissa nostra quam si in gratiam illius ignoscamus proximo'. 'Iniuriarum reciprocatio finem nescit'. 'Simultas optime finitur patientia'. 'Ira furor est, hoc tantum differens, quod breuior est'. 'Stultum est ab equo conspersum aut calce percussum ferre, ab homine stulto et improbo nil posse pati'. 'Ebrio nemo fidit, at quum irae temulentia multo periculosior sit quam vini, stulte
LB 968 facit qui sibi irato quic|quam credit'. 'Ebrio conuenit somnus, irae quies et mora'. 'Quod ira suadet, mox abit in poenitudinem, quod ratio suadet semper placet'. 'Beneficiorum oportet immortalem esse memoriam, iniuriarum breuissimam'. Haec aliaque quae innumera vel ex autoribus peti vel apte ad causam excogitari possunt, conueniunt hortanti ad poenitentiam et a vindicta deterrenti. Item: 'Dei est iuuare mortalem', 'Beneficium dando accepit, qui digno dedit'. 'Bis dat, qui cito et alacriter dat'. 'Liberalitatis est interdum et perdere

beneficium'. 'Qui dat male vsuro, non dat beneficium, sed noxam'. 'Nihil tutius deponitur quam quod confertur in bonos viros'. 'Serere ne dubites'.

808 quanta res sit *A*: quanta sit *cett.*

802 *neminem ... seipso* Cf. ci-dessous l. 821; l'*Enchir.* dit: "Nemo igitur Christianus laeditur nisi a semetipso" (Holborn, p. 132, ll. 4-5); la disparition de "Christianus" peut s'expliquer par l'exemple de Socrate: *Apophth.* III, XXIV et XXV (*LB* IV, 157 F-158 A), d'après Diog. Laert. II, 5, 6, 21 et 16, 36. Cette formule se retrouve dans l'*Adag.* 2534, *ASD* II, 6, p. 362, l. 332. Pensée voisine dans Plut. *De sera numinis vindicta* 5, *Mor.* 551 A-C.

804 *linguae virulentia* C'est l'un des thèmes de la *Lingua*.

805 *homicidii genus* Voir *Lingua*, *ASD* IV, 1A, p. 109, ll. 739–755.

805–807 *quam haec ... conferatur* Thème développé par exemple dans: *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 108, l. 656 sq.; *Adag.* 1248 'Homo bulla' (*LB* II, 500 A–503 A).

811–812 *species ... genus diducitur* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 410, l. 62 sq.

813 *adminiculatur* Sans doute passif comme dans Gell. II, 30, 6 avec la construction poétique (et impériale) de datifs comme compléments d'agents.

813–816 *Ad suscipienda ... fortitudine* Le courage doit être étayé par la prudence, la justice par le courage. Manque seulement la vertu fondamentale de "temperantia".

816–817 *Pudicitiam ... luxus* On a à la fois des "species" du "genus" "temperantia" (pudicitia, frugalitas, castitas qui apparaît comme un synonyme de pudicitia) et un contraire de "frugalitas" qui est "luxus".

819 *contraria ... illustrantur* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 420, l. 337 sq.; et *De cop. verb.* liber I, 24, *ASD* I, 6, p. 72.

820 *Deinde* Corrélatif de *primum* (l. 810).

829 *euangelicus* Les sentences précédentes n'avaient rien de proprement chrétien et pouvaient se rattacher à Socrate (voir l. 802).

830–831 *Nullo officio ... proximo* Paraphrase de la formule du "Notre Père"; *Mt.* 6, 12 (ou *Lc.* 11, 4): "et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimisimus debitoribus nostris".

832–833 *Ira ... breuior est* Cf. Plut. *De sera numinis vindicta, Mor.* 551 A–B; id. *De cohibenda ira*, *Mor.* 453 E–F; Sen. *De ira* I, 2: "Quidam itaque e sapientibus viris iram dixerunt breuem insaniam"; et surtout Hor. *Epist.* I, 2, 62: "ira furor breuis est"; le sens de *furor* en ressort: crise de folie.

833–834 *Stultum ... pati* Paraphrase de Socrate in Diog. Laert. II, 5, 6, 21 (voir l. 802 et n.).

835–836 *stulte facit ... quicquam credit* Voir Sen. *De ira* III, 12 où Platon se retient de punir son esclave parce qu'il est en colère contre lui.

836–837 *Ebrio ... quies et mora* La comparaison entre ivresse et colère chez Sénèque: *De ira* I, 13, 3–4; *Epist.* 83, 18, etc.
irae ... mora Sen. *De ira* II, 29, 1: "Maximum remedium irae mora est"; Publil. Syr. 628: "Rei nulli prodest mora nisi iracundiae".

837–838 *Quod ira ... semper placet* Cf. Sen. *De ira* I, 17–18.

837 *poenitudinem* Non. 152, 25 citant Pacuuius.

838 *Beneficiorum ... memoriam* Voir *Adag.* 1094 (Ne malorum memineris), *LB* II, 445 B–F; 2722 (Malorum obliuio), *ASD* II, 6, p. 491; 2968 (Benefactorum memoria), ibid., p. 572; le premier contient de nombreuses références ou citations relatives à Thrasybule qui après avoir délivré Athènes des Trente tyrans fit voter une loi d'amnistie. Voir aussi Nep. *Att.* 11, 5.

841 *Dei ... mortalem* Plin. *Nat.* II, 5, 18: "Deus est mortali iuuare mortalem"; Er. atténue la pensée évhémériste de Pline.

841–842 *Beneficium ... dedit* Publil. Syr. 68 (ed. J. Wight Duff et Arnold M. Duff, 1968, Loeb).

842 *Bis dat, qui cito ... dat* *Adag.* 791 (*LB* II, 330 C) renvoyant à Sen. "ni fallor", mais Er. cite deux vers de même sens: Publil. Syr. 57 (avec "est" au lieu de "fiet") et 274 (en inversant "inopi" et "beneficium").

843 *Qui dat ... noxam* Cf. Publil. Syr. 578: "Quam miserum auxilium est vbi nocet quod sustinet!" et 70: "Bonus animus numquam erranti obsequium commodat".

844 *Serere ne dubites* *Adag.* 141, *ASD* II, 1, p. 256; source: Colum. XI, 29 (Er. dit: XII); cela rapporte beaucoup et à peu de frais; Er. cite aussi Verg. *Georg.* II, 433 (citation légèrement faussée: "dubitamus adhuc" au lieu de "dubitant homines").

'Qui dat vt plus recipiat, non est beneficus, sed negociator'. 'Nihil tam perit quam quod confertur in ingratum, at qui in proximum amore Christi liberalis est, non fraudatur gratia'. 'Qui miseretur pauperis, Deo foenerat'. 'Nemo sibi natus est'. 'Indignus est qui habeat, qui quod habet sibi vni habet'. Haec omnia iuuabunt hortantem ad beneficentiam.

Tertium genus est, quod sumitur a communi vita, hoc est, ab his quae vulgo dicuntur aut quae accidunt, praesertim insignia. Nam quaedam et dicuntur et accidunt, vt: 'Nouercas male velle priuignis', 'Matrum indulgentia corrumpi liberos', 'Seruos heris clam obmurmurare'. Et: 'Cuique tot hostes esse, quot habet seruos'. 'Ex improbis nasci improbos, ex malo coruo malum ouum'. 'Male partum, male disperire'. 'Quae subito grandescunt, non esse durabilia'. 'Sat cito, si sat bene'. 'Magistratus arguit virum'. Quaedam dicuntur vt fiant aut vitentur. '*Ne quid nimis*'. 'Sponsori praesto est noxa'. '*Nosce teipsum*'. 'Praecipuum senectutis solatium est, bene vixisse in iuuentute'. 'Optimum senectuti viaticum eruditio'. 'Frustra sapit, qui sibi non sapit'. 'Obscurus est, qui nihil habet nobilitatis praeter imagines'. 'Turpiter pauper est, qui nihil habet virtutis'. 'Plus vident oculi quam oculus', etc. Insigniter et paucis accidentium sint haec exempla: Insignis longeuitas, viuida viridisque senectus, senilis iuuenta, admiranda foecunditas. Rara felicitas, insigne corporis robur, insignis memoria aut obliuio. Rara facundia, insignis opulentia aut paupertas. Varia et insignis vtriusque fortunae experientia, subita fortunae commutatio. Formae praestantia, deformitas insignis. Egregius animus in deformi corpore. Deformis animus in specioso corpore. Insignis polygamia, insignis πολυγλωττία. Magnae prosperitatis, tristis exitus. Vitam plus aloes habere quam mellis. Mors subita, mors spontanea, mors praematura. Nihil est horum quod non ad vehementiam et copiam orationis possit accommodari. Veluti si quis consoletur senem aut aegrotum, ad huius vitae contemptum, ex loco de praematura aut subita morte arripiet: 'Quot infantes pereunt inter latebras vteri materni, quot in ipso exortu, quot in cunis! Tum quot adulti subita morte pereunt, et quam paucis contingit ad senectae limen peruenire!'. Ex insigni longeuitate sumet: 'Iam vt contingat longeuitas, quanta contigit Matusalem, quid habet haec vita, quur quisquam optet eam esse longam, quum multi fuerint qui taedio malorum mortem asciuerint?'. Aut: 'Quid est aetas centum annorum ad aeternitatem, nisi punctum temporis?'. Hoc exempli causa positum esto, ad cuius imitationem lector de caeteris facile iudicabit.

Huiusmodi sententiae, per amplificationem tractatae, adiuuant id quod agimus et orationem accessione non inani locupletant.

Quibus autem rationibus constet amplificatio, a vetustis rhetoribus abunde explanatum est nec ea res nostram desiderat operam, nisi vt forte quaedam crassiore, vt aiunt, Minerua declaremus. Non minima pars eloquentiae sita est

862 exempla *erratum A cett.*: exemplo *A*. 874 contingit *erratum A cett.*: contingat *A*.

in augendo ac diminuendo, praesertim ecclesiastae, cui fere dicendum est

845–847 *Nihil tam perit ... non fraudatur gratia* Donner à son prochain pour être récompensé par le Christ, n'est-ce pas être *negociator*, et non pas *beneficus*, comme le dit la précédente maxime? Er. ne semble pas conscient de la difficulté.

847 *Qui miseretur ... foenerat* *Prv.* 19, 17. Cf. Cypr. *De Dominica oratione* 33; d'où le vers de Hugo: "Qui donne aux pauvres prête à Dieu".

847–848 *Nemo sibi natus est* Cf. *Adag.* 3584 (*LB* II, 1094 E) donnant pour source Plat. *Epist.* ad Archytam (IX, 358 a).

850 *Tertium genus* Sc. "locorum communium" après *primum* (p. 46, l. 810) et *Deinde* (l. 820).

852 *Nouercas* Thème traditionnel; cf. Plin. *Nat.* VII, 1; Quint. *Inst.* XII, 1, 2.

853–854 *Cuique ... seruos* Rapporté comme un proverbe par Festus (ed. Lindsay, p. 367) et d'abord par Sen. *Epist.* 47, 5. Dans l'*Adag.* 1231 'Quot seruos habemus, totidem habemus hostes' (*LB* II, 493 D), Er. cite aussi Macr. *Sat.*, Plat. *Leg.* VI (776 e-777 a).

854–855 *ex malo coruo ... ouum* Voir *Adag.* 825 'Mali corui malum ouum' (*LB* II, 343 E–344 E) où Er. rapporte l'anecdote du rhéteur Corax (= le corbeau) et de son élève Tisias qu'il traîna en justice; Er. cite Aulu-Gelle V, 10 et mentionne Apul. *Flor.*

855 *Male partum ... disperire* Voir *Adag.* 682 'Male parta male dilabuntur' (*LB* II, 294 F), cité sans indication de source par Cic. *Phil.* II; Er. indique aussi Naeuius d'après Festus; mais sous la forme ici présente la source donnée par Er. est Plaut. *Poen.* 844.

855–856 *Quae subito ... durabilia* Voir l'*Adag.* 1001 'Festina lente', en particulier *LB* II, 407 C: "Solent enim praecocia subito flaccescere. Quod autem paulatim accrescit, durabile est".

856 *Sat cito, si sat bene* Voir au même *Adag.* 682, où cette formule est attribuée à Caton sur l'autorité de saint Jérôme qui le cite *Epist.* 66, 9.

Magistratus arguit virum Voir *Adag.* 976 qui traduit par "Magistratus virum indicat" le même proverbe grec qu'il explique ainsi (*LB* II, 390 B): "Sensus est, in vita priuata vix satis perspici posse mores et ingenium hominis. Verum si committas imperium, vt quod libeat, tum demum apparere, quo sit animo".

857 *Ne quid nimis* *Adag.* 596 (*LB* II, 259 E) avec de nombreuses références, la première rapportée à l'*Adag.* précédent (*LB* II, 258 D): Plat. *Charm.* 165 a.

Sponsori ... noxa *Adag.* 597 'Sponde, noxa praesto est' (*LB* II, 260 E); même source que le précédent.

858 *Nosce teipsum* *Adag.* 595; même source que les précédents.

Praecipuum ... iuuentute Cf. Cic. *Cato* 9: "... conscientia bene actae vitae multorumque bene factorum recordatio iucundissima est"; cf. aussi 62 début.

859 *Optimum ... eruditio* Ibid. 13 (exemples de Platon, Isocrate, Gorgias).

Frustra ... sapit Voir *Adag.* 520 (Nequiquam sapit qui sibi non sapit), *LB* II, 229 B, avec renvois à Plat. *Hipp. mai.* (283 b); Cic. *Fam.* VII, 6, 2 et XIII, 15, 2 (citant Euripide), etc.

860 *Obscurus ... imagines* C'est le thème du discours de Marius dans Sall. *Iug.* 85, 10 et 14; et aussi Iuv. 8, 19–20.

860–861 *Turpiter ... virtutis* A rapprocher de l'*Adag.* 422 'Paupertas sapientiam sortita est' (*ASD* II, 1, p. 494).

861 *Plus vident oculi quam oculus* Voir Walther 19710 a.

862–869 *Insignis longeuitas ... mors praematura* Cf. *De cop. verb.*, *ASD* I, 6, p. 260, ll. 551–556: "'Insignis longaeuitas', 'viuida senectus', 'senilis iuuenta', 'insignis felicitas', 'insignis memoria', 'subita rerum commutatio', 'subita mors', 'mors spontanea', 'mors prodigiosa', 'partus prodigiosi', 'insignis eloquentia', 'insignis opulentia', etc.".

867 *polygamia* Plusieurs mariages successifs après veuvages.

868 πολυγλωττία Mot absent des dictionnaires de grec ancien (Liddell-Scott, Bailly) qui connaissent seulement πολύγλωττος.

868–869 *Vitam ... mellis* Iuv. 6, 181: "plus aloes quam mellis habet", mais le sujet est "rari summique voluptas ... boni". Cf. *Adag.* 766 (*LB* II, 323 C–F).

876 *Matusalem* *Gn.* 5, 27.

880 *amplificationem* Va être aussitôt expliquée.

882 *vetustis rhetoribus* Voir *Rhet. Her.* II, 30, 47; Cic. *Part.* 52–58; *De or.* III, 104–105, etc.; Quint. *Inst.* VIII, 4 en entier. Voir aussi Er. lui-même *De cop. verb.*, *ASD* I, 6, pp. 218–220: 'Nona dilatandi ratio'.

884 *crassiore ... Minerua* Amalgame des *Adag.* 37 'Crassa Minerua' (*ASD* II, 1, p. 152; Hor. *Serm.* II, 2, 3) et 38 'Crassiore Musa' (*ASD* II, 1, p. 153; Quint. *Inst.* I, 10, 28); le sens est: "de façon simplifiée, grossière, élémentaire".

apud imperitam et oscitantem multitudinem. Hoc tantum interest, quod forensis orator amplificando conatur efficere, vt res maior appareat quam est; eleuando, vt minor quam est. Vtrunque praestigii et imposturae genus est. LB 969 Ecclesiastae satis est effice|re, vt res tanta videatur quanta est, maior aut minor quam multis videtur. Nam vulgi de rebus fere praeposterum est iudicium, pessima pro optimis eligit, leuissima bona pro maximis amplectens, rursus summa veraque bona pro minimis negligens. Quis enim est qui non pluris faciat bona corporis quam animi, temporaria quam aeterna? Tum odium, dolor et ira facit, vt aliena mala nobis grauiora videantur quam re vera sunt. Contra amor saepe facit vt quae mala sunt nobis bona videantur, et quae bona sunt, maiora videantur quam re vera sunt. Id magis accidit in nobis ipsis. Quotum enim quemque reperias qui sibi non sit adulator, vitia sua extenuans, virtutes plus aequo attollens? Omnis autem amplificatio ac diminutio petitur aut ex rebus aut ex verbis. Ex rebus petuntur affectus, ex verbis modi quos nunc proponemus.

Prima augendi aut extenuandi ratio consistit in commutando rei vocabulo, quod atrocius addimus in augendo, mitius in diminuendo. Prioris exemplum erit si occisum dicamus qui caesus sit; si pro improbo appellemus latronem, si pro impudica meretricem, si pro fure sacrilegum. Si splendidius viuentem vocemus ebrium, si iratum furentem. Si iocis assuetum scurram, si violentum carnificem, si obtrectatorem veneficum, si scelestum scelus etc. Nam vulgatissimum est vt, qui molestior est, occidere aut enecare dicatur, qui dicto silentium imposuit, iugulasse, qui discruciauit exanimasse dicatur. Praeterea quum delicatius viuentes, semiuiros, euiratos et effoeminatos dicimus. Huius generis est, quod Saul Ionathae matrem pro adultera appellat, mulierem vltro virum rapientem, significans eum non esse legitimum filium, sed supposititium. Posterioris exemplum erit si, qui pulsauit attigisse dicatur, qui vulnerauit laesisse, qui aegrotat sibi displicere; in summa, quoties vitium vicinae virtutis nomine eleuamus. Veluti quum crudelem appellamus paulo seueriorem, imprudentem simpliciorem, adulatorem comem et affabilem, corruptam licentia ciuitatem liberam appellamus. Haec species affinitatem habet cum loco qui est a fine. Commutatur enim rei vocabulum, nec id tamen falso veluti, si quis omne bellum quod Christiani gerunt cum Christianis appellet bellum ciuile, quod omnes inter se fratres sint et ciues. Aut si quis omne stuprum quod Christianus cum Christiana committit vocet incestum, quod omnes sint dicati Christo. Aut si quis omnem quaestum non expertem fraudis appellet furtum aut peculatum aut sacrilegium. Item si quis quemuis errorem haereticum appellet blasphemiam, quod aduersetur Christo qui est summa veritas, aut si quis cum Paulo auariciam vocet idololatriam.

Atque hoc fit vehementius, acriusque ferit animos, si per correctionem ampliora verba cum his pro quibus ponuntur, conferantur. Exemplo est illud Ciceronis in Verrem: '*Non enim furem, sed raptorem, non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae, non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque, non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium sociorumque in vestrum iudicium adduximus*'.

Huic generi affinia sunt illa, si quis testimonii pondus amplificare volens, ita adaugeat. Non haec verba sunt hominum fabulis iactata, sed literis prodita, nec quibuslibet literis, sed totius orbis consensu comprobatis, nec sunt cuiusuis hominis, sed ecclesiastici doctoris, nec cuiusuis theologi, sed apostoli, nec cuiuslibet apostoli, sed omnium excellentissimi Pauli, imo non Pauli, sed

886 *imperitam ... multitudinem* Voir *Introduction, ASD* V, 4, pp. 6–7, d'autres formules ou développements sur le même thème.

887 *forensis orator* Cf. Sen. *Epist.* 14, 11; l'avocat.

888 *praestigii* Le latin classique connaît seulement "praestigia, -ae"; mais "praestigium" est chez Hier. *Epist.* 57, 2.
imposturae Le mot est chez Ulpien, mais aussi chez les auteurs ecclésiastiques. C'est à dessein qu'Er. recourt à deux termes chrétiens car ce sont des motifs religieux qui font rejeter ces formes de mensonge qu'utilise l'orateur civil.

890 *multis videtur* Cf. (entre autres) *Epist. ad fratr. Infer. Germ., ASD* IX, 1, p. 386, ll. 288–289: "Pro nobis, inquient, stetit maior populi pars. Et maxima populi pars in Christum clamauit: crucifige. Et maior episcoporum pars damnauit Athanasium. Non statim melior quae maior".
praeposterum La source de ces jugements à l'envers est toujours la préférence accordée à ce monde-ci, matériel et temporel, sur l'au-delà, spirituel et éternel, à la vie terrestre sur la vie en Dieu, comme il est dit dans les lignes suivantes.

893 *Tum* Deuxième source de la perversion des jugements: les passions.

896 *in nobis ipsis* C'est la philautie: *Moria, ASD* IV, 3, passim; *Adag.* 292 (*ASD* II, 1, p. 398) avec renvoi à Plat. *Leg.* (V, 731 d).

898–899 *Omnis ... verbis* Cf. Quint. *Inst.* VIII, 3, 89.

903 *occisum ... caesus sit* Voir Quint. *Inst.* VIII, 4, 1.
pro improbo ... latronem Quint. *Inst.* VIII, 4, 1; *De cop. verb.* I, 27 (*ASD* I, 6, p. 73, l. 995).

904 *pro impudica meretricem* Quint. *Inst.* VIII, 4, 2.
pro fure sacrilegum Amalgame deux passages de Quint. *Inst.* VIII, 4, 2: "non enim furem sed ereptorem" et "non sacrilegum sed hostem sacrorum religionumque" (citations de Cic. *Verr.* I, 9, 28).

906 *carnificem* Provient du même passage de Cic. cité par Quint.
scelus Appliqué par injure à une personne est fréquent chez les Comiques et se trouve aussi chez Cic. Voir *De cop. verb.* I, 27, loc. cit., l. 1000.

906–907 *vulgatissimum* En particulier chez les Comiques.

910–911 *Saul ... rapientem* 1. *Sm.* 20, 30.

912–913 *qui pulsauit ... laesisse* Citation littérale de Quint. *Inst.* VIII, 4, 1. Cité aussi: *De cop. verb.* I, 29 (*ASD* I, 6, p. 74, l. 11).

913 *qui ... displicere* Par ex. Cic. *Phil.* I, 12: "cum e via languerem et mihimet displicerem, ...".

916–917 *loco ... a fine* Cf. livre II, *ASD* V, 4, p. 402, l. 906: "primum locum obtinet ὅρος, quem quidam finem aut finitionem, alii definitionem appellare maluerunt" et la note ad loc.

918–919 *bellum ciuile* Cf. *Inst. princ. christ., ASD* IV, 1, p. 214, l. 500 sq. avec allusion à Plat. *Rep.* V, 470 cd.

920 *incestum* Voir plus loin, p. 198, ll. 958–963.

921 *dicati Christo* Voir p. 198, ll. 942 sq.

921–922 *si quis ... sacrilegium* Voir p. 198, ll. 969 sq.

923 *blasphemiam* "Parole impie"; par ex. *Mt.* 15, 19: "cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae"; Er. veut dire que toute erreur hérétique n'est pas en tant que telle impie. La traiter de "blasphème" est une "amplification".
summa veritas *Ioh.* 14, 6; 1. *Ioh.* 5, 6.

924 *cum Paulo* *Col.* 3, 5; Er. conserve ici le mot grec que la Vulg. traduit par "simulacrorum seruitus", et lui-même par "simulachrorum cultus" (*LB* VI, 894 A–B).

925 *correctionem* Figure de rhétorique consistant à supprimer le mot qu'on vient d'employer pour le remplacer par un autre censé plus approprié (*Rhet. Her.* IV, 36; Cic. *De or.* III, 203; Quint. *Inst.* IX, 3, 89). Plus loin p. 106, ll. 45 sq.

927–929 *Non enim furem ... adduximus* Cic. *Verr.* I, 9, 28 cité par Quint. *Inst.* VIII, 4, 2 et déjà utilisé par Er. ci-dessus (p. 50, ll. 904–906).

Spiritus Sancti ore Pauli nobis loquentis. Item si quis obtrectationis crimen exaggeret hunc in modum: 'Non spoliasti illum pecunia, sed fama, quae charior est vniuersis opibus, nec hostem traduxisti, sed fratrem et amicum, bene de te meritum, imo non traduxisti, sed occidisti'. Fama enim vita est hominis. 'Nec occidisti gladio, sed linguae veneno', vt iam veneficium sit, non simplex homicidium. 'Nec vnum hominem occidisti, sed omnes in quibus LB 970 linguae | tuae veneno fraternam extinxisti charitatem'. Postremo: 'Non hominem occidisti, sed ipsum Christum in membris suis, quod quidem in te est, occidisti'.

Ab hac specie non abhorret hyperbole, quae plus dicit quam res habet. Nec hoc statim mendacium est quum sacri doctores toties in libris canonicis indicent hyperbolen. Nullus enim hic decipitur, sed omnes intelligunt exaggerandae minuendaeue rei causa dictum quod fidem excedat vt, si quis de rabula clamoso dicat: 'Hic sua loquacitate postes et marmora posset rumpere', auditor nihil aliud intelligit, nisi loquacitatem insigniter immodicam. Aut si quis de homine praeter modum sibi placente dicat: 'Hic sibi videtur coelum digito attingere', auditor nihil aliud animo concipit quam vix enarrabilem hominis arrogantiam. Itidem quum Psalmus dicit, *fluctus ascendisse vsque ad coelos ac descendisse vsque ad abyssum* (hoc est: inferos), nihil aliud intelligimus quam immanem tempestatem. Item quum Paulus Philippensibus scribit se *omnia habuisse pro stercoribus, vt Christum lucrifaceret*, nihil aliud accipimus significatum quam extremum rerum humanarum contemptum. Sed de hoc in sequentibus plura dicendi occurret opportunitas.

Est alia augendi species per incrementum, quum exaggeratis inferioribus per gradum vnum aut plures peruenitur ad summum. Vehementer enim increscit extremum, si inferiora quoque videntur egregie magna. Praesto est euidens exemplum e Cicerone in Verrem: '*Facinus est vincire ciuem Romanum, scelus verberare, parricidium necare. Quid dicam in crucem tollere?*'. Duobus gradibus auxit parricidium, quo, quum nullum atrocius verbum posset inueniri, extremum gradum auditoris cogitationi reliquit.

Est alter incrementi modus, quum summo aliquid additur praestantius. Velut apud Vergilium:

Quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

Summum erat: '*Quo pulchrior alter non fuit*'. Vltra summum est: '*excepto Laurentis corpore Turni*'. Simile fuerit: 'Sallustius omnium facile eloquentissimus, vnum excipio Ciceronem'. 'Diomedes Graecorum omnium longe fortissimus, Achillem semper excipio'. 'Inter vniuersos homines nihil Ioanne Baptista sanctius, Christum semper excipio'.

Tertius modus est, quum non per gradus itur ad id quod est plus quam maximum, sed ad id tantum, quo nihil maius dici possit. Velut: 'Matrem tuam occidisti. Quid dicam amplius? matrem tuam occidisti'.

Quartus incrementi modus est, quum citra distinctionem in orationis contextu et cursu semper aliquid priore maius additur, et ad summum peruenitur non nixu, sed impetu. Velut Cicero in Antonii vomitum: '*In coetu vero populi Romani, negocium publicum gerens, magister equitum*'. Singula habent augmentum. Per se foedum erat etiam non in coetu vomere, in coetu etiam non populi, etiam non Romani, etiam si nullum negotium ageret, etiam si non publicum, etiam si non id faceret magister equitum. Ad hanc formam haud

938–939 *Fama ... vita est hominis* Cf. *Lingua*, *ASD* IV, 1A, pp. 113–114, ll. 869–873: "Sicarii vocantur qui ferro perimunt hominem; qui idem faciunt linguae gladio, sicarii non vocantur, sed tamen sunt omnibus sicariis sceleratiores. *Venite*, inquiunt, *percutiamus eum lingua*. Quid aufert percussor, nisi corporis vitam? Crudelius est bonam famam eripere quam vitam"; on a reconnu la citation: *Ir.* 18, 18.

939 *linguae veneno* Voir plus loin, p. 142, ll. 750–751.

942 *in membris suis* C'est-à-dire les chrétiens: 1. *Cor.* 6, 15; 12, 27, etc.; calomnier un chrétien c'est le tuer, c'est tuer un membre du Christ, c'est tuer le Christ.

942–943 *quod quidem in te est* "Autant du moins qu'il est en ton pouvoir"; cf. Ter. *Ad.* 692: "Prodidisti gnatum, quod quidem in te fuit, etc.".

944 *hyperbole* Voir Quint. *Inst.* VIII, 4, 29 et surtout 6, 67–76; elle est appelée "superlatio" dans *Rhet. Her.* IV, 33, 44: "oratio superans veritatem alicuius augendi minuendiue causa". Voir aussi *De cop. verb.* I, 28, *ASD* I, 6, p. 74, l. 4; ci-dessous, p. 112, ll. 182 sq.

945–946 *sacri doctores ... hyperbolen* Le problème est repris et amplement traité plus loin, pp. 114–118.

948 *Hic sua loquacitate ... rumpere* Cf. *De cop. verb.*, loc. cit., ll. 6–7: "hic vel saxa sua loquacitate possit rumpere" (*CWE* 24, p. 344, n. 15), et *Adag. prolegom.* xiii (*ASD* II, 1, p. 72, l. 588): "saxa clamore rumpit". Voir aussi *Adag.* 3277 (*LB* II, 1020 C), citant Iuv. 1, 12.

950–951 *coelum digito attingere* *Adag.* 3267 (*LB* II, 1018 D) citant Cic. *Att.* II, 1, 7; cité aussi dans *De cop. verb.* I, 28, *ASD* I, 6, p. 74, l. 7.

952 *Psalmus* 106, 26.

954–955 *Phil.* 3, 8.

956 *sequentibus* Cf. p. 114 sq.

958 *incrementum* Quint. *Inst.* VIII, 4, 3: "Incrementum est potentissimum cum magna videntur etiam quae inferiora sunt. Id aut vno gradu fit aut pluribus, et peruenit non modo ad summum sed interim quodam modo supra summum".

961–962 Cic. *Verr.* V, 70 cité par Quint. *Inst.* VIII, 4, 4, mais entre "verberare" et "parricidium" Quint. a "prope".

962–964 *Duobus gradibus ... reliquit* Cf. Quint. loc. cit.: "cum id quod maximum est occupasset necesse erat in eo quod vltra est verba deficere".

965 *Est alter ... praestantius* Cf. Quint. *Inst.* VIII, 4, 6: "Fit et aliter supra summum adiectio, vt apud Vergilium de Lauso".

967–968 Verg. *Aen.* VII, 649–650, cité par Quint. aussitôt après la phrase ci-dessus.

969–970 *Summum ... Turni* Quint. loc. cit.: "Summum est enim 'quo pulchrior alter non fuit', huic deinde aliquid superpositum".

971–973 *vnum excipio ... semper excipio* Cf. Cic. *Tusc.* I, 10, 22: "Aristoteles, longe omnibus (Platonem semper excipio) praestans ...".

972–973 *Inter vniuersos ... sanctius* Voir *Mt.* 11, 11: "non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista".

974–976 *Tertius modus ... occidisti* Définition et exemple empruntés presque mot pour mot à Quint. *Inst.* VIII, 4, 7 (qui a "cecidisti", non "occidisti").

977–979 *Quartus ... impetu* Quint. *Inst.* VIII, 4, 8: "Crescit oratio minus aperte, sed nescio an hoc ipso efficacius, cum citra distinctionem in contextu et cursu semper aliquid priore maius insequitur".

979 *Velut Cicero ... vomitum* Quint. loc. cit.: "vt de vomitu in Antonium".

979–980 Cic. *Phil.* II, 25, 63 cité par Quint. loc. cit.

980–983 *Singula ... equitum* Cf. Quint. *Inst.* VIII, 4, 8: "Singula incrementum habent. Per se deforme vel non in coetu vomere, in coetu etiam, non populi, populi etiam, non Romani, vel si nullum negotium ageret vel si non publicum vel si non magister equitum".

quaquam difficile fuerit similia fingere, velut illa: ‘Non puduit illum aleam ludere, cum scurris in popina publica, sacerdotem, pastorem, theologum, monachum’. ‘Non erubuit insigniter mentiri, in sacra concione, frequentissimo auditorio, senem, Euangelii praeconem, theologiae professorem, candido pallio venerabilem’.

Est aliud amplificandi genus quod constat comparatione et petit augmentum ab inferioribus, quae si magna sunt omnium opinione, maximum appareat necesse est, quod amplificatum volumus. Id plerunque fit per fictionem, de qua superius dictum est. Interdum vno gradu, interdum pluribus. Nec refert, quod fictionem et comparationem inter locos argumentorum commemorauimus. Nihil enim vetat ex iisdem locis peti amplificationem aut ornatum, ex quibus petitur probatio. Neque nouum est res easdem ad diuersos vsus accommodari. Velut ex omnibus circunstantiis tum rei tum personae ducuntur argumenta, sed ex iisdem petuntur affectus, siue exaggera-
LB 971 tiones, | quod manifestum est in genere demonstratiuo. Velut quum in iuuene laudamus pudicitiam, non hoc agimus vt persuadeamus eum fuisse pudicum, sed vt ea virtus maior appareat in florente aetate. In eundem vsum adhibentur interdum et genus et species et differentia et proprium et similia et exempla et causae et definitio et euenta et consequentia et repugnantia et contraria. Quod genus est illud apud Esaiam: *Cognouit bos possessorem suum, et asinus praesepe domini sui. Israel autem me non cognouit.* Bouis et asini exemplum non in hoc adhibetur, vt probet Hebraeos non agnoscere Deum suum, sed vt amplificetur illius gentis impietas ac stoliditas. Ad probationem hoc ipsum accommodari poterat, hoc modo: ‘Si bos et asinus agnoscunt dominos suos a quibus aluntur iisque inseruiunt, quanto magis conuenit vt homo agnoscat Deum conditorem et altorem suum, eique corpore pariter atque animo inseruiat’. Contra, Paulus quum ait: ‘*Nemo militans implicatur secularibus negotiis*’, a simili probat non decere vt, qui militant Euangelio, cogantur esse soliciti de victu. Ad amplificandum accommodasset si sic proposuisset: ‘Qui militant homini duci, non sunt soliciti de victu, sed ab imperatore expectantes alimoniam tantum hoc student, vt illi fidelem ac strenuam nauent operam’, quanto turpius est quosdam, qui Christo militiam professi sunt in Euangelio, de tali imperatore diffidere et congerendis opibus incumbere. Simile est illud quod ex M. Tullio refert Fabius de vomitu Antonii: ‘*Si hoc tibi inter coenam et in immanibus illis poculis tuis accidisset, quis non turpe duceret? In coetu vero populi Romani*’, etc. Hic a minore captata est amplificatio, quemadmodum et in illo quod dixit in Catilinam: ‘*Serui me Hercule mei, si me isto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, domum meam mihi relinquendam putarem*’. Et hoc a minore ductum est. Pauci serui comparantur vniuersis ciuibus, et liberis non liberi, et herus Catilinae, qui ciuium suorum non erat dominus, et domus comparatur ciuitati. Hactenus vno tantum gradu increuit oratio.

Plurium illud erit exemplum: ‘Si quis homo gratis tibi donaret in singulos annos censum mille drachmarum, non hunc ex animo diligeres ac pro virili

tua gratiam referre studeres? Si quis hospes te suo aere redemisset e misera seruitute barbarorum aut e tetro carcere liberasset, an non eum virum adamares ac per omnem vitam coleres? Si quis in praelio aut in naufragio periturum sua virtute seruasset, an non eum hominem numinis loco coleres, professus nullam vnquam parem illi gratiam abs te referri posse? Quae igitur ingratitudo est, Christum Deum et hominem, qui te condidit nobilissimam secundum angelos creaturam, cui totum debes quicquid habes, qui tibi praeter corporis alimoniam gratis donauit iustitiam, gratis impartit sui spiritus dona, qui pro te cum Satana depugnauit, qui te captum non aere, sed suo sanguine redemit, qui super haec omnia ad coelestis regni consortium inuitat, sic negligere, auersari, sic quotidie criminibus offendere ac pro tanta beneuolentia tantam contumeliam reponere?'. Hic pluribus gradibus increuit oratio a minoribus.

26 censum *O*: reditus *BAS LB*.
34 impartit *O BAS*: impertit *LB*.
35 captum *erratum A cett.*: totum *A*.

988 *pallio* Pièce de laine blanche portée autour du cou par le pape, les patriarches, les primats et les archevêques. Er. vise donc haut, voire très haut.
989–991 *Est aliud ... volumus* Quint. *Inst.* VIII, 4, 9: "Verum vt haec amplificatio in superiora tendit, ita quae fit per comparationem incrementum ex minoribus petit. Augendo enim quod est infra necesse est extollat id quod superpositum est".
992 *fictionem ... dictum est* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 414, l. 167 et la note; ex. de "fictio", ibid., l. 175 sq.
992–993 *Interdum vno ... pluribus* Cf. Quint. *Inst.* VIII, 4, 3: "Id aut vno gradu fit aut pluribus".
993 *comparationem* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 424, l. 413: "fit ex pari, maiore et minore".
995 *nouum* "Etrange, extraordinaire".
996 *circumstantiis* Voir livre II, *ASD* V, 4, pp. 370–388.
997–998 *affectus, siue exaggerationes* Voir plus loin, pp. 68–94; l'*exaggeratio* (synonyme d'"amplificatio") est un moyen de faire naître les "affectus".
998 *genere demonstratiuo* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 272, l. 550 sq.
999–1000 *non hoc agimus ... aetate* Autrement dit le but n'est pas la *probatio*, mais de faire naître l'admiration.
1 *genus ... proprium* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 404, l. 919 sq.; p. 410, l. 62 ("genus et species"), p. 412, l. 104 ("differentia et proprium").
similia Ibid., p. 414, l. 165 sq.
exempla Ibid., p. 417, l. 236.
2 *causae* Ibid., p. 422, l. 380.
definitio Ibid., p. 402, l. 905 sq.
euenta Ibid., p. 424, l. 399.
consequentia Ibid., p. 422, l. 372.
repugnantia Ibid., p. 422, l. 367.
contraria Ibid., p. 420, l. 337.
3–4 *Is.* 1, 3 déjà cité au livre II, *ASD* V, 4, p. 457, ll. 188–189 comme échantillon d'"impar exemplum".
5 *vt probet ... amplificetur* Cf. ll. 994 et 998–1000.
10 2. *Tim.* 2, 4 (Vulg. à l'exception du verbe).
17 *Fabius* Quint. *Inst.* VIII, 4, 8 cite à partir de "In coetu"; ci-dessus p. 53, l. 979 sq.
20–21 Cic. *Cat.* 1, 17 cité par Quint. *Inst.* VIII, 4, 10.
21 *a minore* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 424, ll. 418–422.
26–27 *pro virili tua* Sc. "parte": "selon ta part", "suivant tes moyens".
33 *secundum* "Au second rang après", sens non-cicéronien bien attesté chez Er.: Ep. 844, Allen III, p. 334, ll. 135–138; *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 112, l. 749; *Ciceron.*, *ASD* I, 2, p. 618, ll. 2–3; *Eccles.* livre III, ci-dessous, p. 208, l. 174 et p. 80, l. 562.
34 *iustitiam* Non pas au sens actif de "vertu que l'on pratique", mais au sens passif de "état d'être juste" par opposition à "état de péché".

Interdum et paria comparantur, sed tum verbis efficiendum est, vt quod exaggeramus maius esse videatur quam prima fronte apparet. Paria videntur, si mulier accepta pecunia procurauit abortum, et alium dedisse pharmacum quod cieret abortum. Atqui hoc posterius Cicero facit atrocius hoc modo: '*Quanto est Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus! Siquidem illa, cum suo corpori vim attulisset, seipsam excruciauit. Hic idem illud fecit per alieni corporis vim atque cruciatum*'. Paria videbantur quod fecit mulier et quod fecit Oppianicus, nisi Cicero verbis effecisset inaequalia.

Inaequalitas autem sumitur ex omnibus locis ac circunstantiis. Hic frequenter incidet vt qui dicit abutatur opinione vulgi. Quis enim non existimat turpe facinus furto tollere pecuniam alienam? Aut quis tam patiens est vt ferat furis
LB 972 conuitium? | Sed obtrectatio aut non habetur pro crimine aut pro culpa leui habetur. Ecclesiastes igitur hic abutetur opinione populari et, ordinem inuertens, declarabit longe sceleratius esse obtrectare famae alienae quam alienam pecuniam furto tollere. Id efficiet variis circunstantiis et argumentis. Primum a loco definitionis ostendet et obtrectationem esse furtum et obtrectatorem esse furem aut praedonem. Vterque tollit alienum. Mox addet obtrectationem quouis furti genere deteriorem esse. Primum hoc argumento, quod bona fama multis partibus melior sit pecunia. Deinde quod pecuniae damnum facile recuperabile est, famae damnum non ita. Quin ipsi furi in manu est quod eripuit reddere. At obtrectatori in manu non est famam quam eripuit restituere. Ad haec qui furatur vestem aut pecuniam, vnum tantum hominem laedit; at obtrectator omnium animos inficit, ad quos dimanat malus rumor ab ipso sparsus. Item aduersus furem cautio est, aduersus obtrectatorem nulla est. Ea porro facinora legibus puniuntur atrocius, quae clam peraguntur ac dolo. Veluti veneno occidisse grauius est quam ferro; et per insidias occidisse grauius est quam aperta vi. Ab instrumento siue modo sumetur augmentum. Fur manu peragit scelus, obtrectator lingua, telo muliebri.

Praeterea omnium consensu turpe facinus est veneficium, sed qui prauis consiliis inficiunt animos principum, turpius venefici sunt, quippe qui idem faciunt, quod solent qui fontem vnde hauriunt omnes veneno corrumpunt. Iam grauius est animum inficere quam corpus.

Vulgare est nec habetur pro scelere vina infecta pro synceris vendere, quum in vno facto multa sint atrocia crimina. Furtum: nihil enim refert manu an dolo tollas alienam pecuniam, nisi quod turpius est fidentem fallere. Veneficium: siquidem eiusmodi vina plurimos homines in graues morbos coniiciunt, valetudinarios autem et senes etiam in mortem; vnde et homicidium est longe crudelissimum vel quia multorum vel quia saepe tollit eos quibus debetur honor et pietas.

Nonnunquam haec comparatio fit inter ea quae prorsus eadem videntur. Veluti coitus soluti cum soluta, quemadmodum loquuntur iureconsulti, stuprum appellatur. Verum circunstantiae faciunt vt huius stuprum sit grauius alterius incestu: si vnus per occasionem lapsus est in impudicam, alter

blanditiis, muneribus, vino, denique per lenas insidiatus est simplicitati pudicae virginis. Siquidem hoc etiam veneficii genus est.

Ad hanc amplificandi speciem pertinet, quum contraria inter se componuntur, quo fit vt vtrunque maius appareat aut euidentius, veluti, si purpuram insignem admoueas purpurae deterioris tincturae, et illa videbitur ardentior et haec languidior; aut si puellae insigniter formosae iungas deformem, et illa videbitur formosior et haec deformior. Ita si ecclesiastes cupiens attollere frugalitatem, ex aduerso subiiciat oculis quam foeda res sit luxus ac temulentia, mox vitii deformitas exaggerata virtutis decus augebit. Item si, adhortans ad placabilitatem, amplificarit iracundiae ac truculentiae vitium. Ad liberalita-

81 sit *O*: fiat *BAS LB*.
88 iungas *A*: adiungas *B–D BAS LB*.
90 luxus ac *O*: luxus et *BAS LB*.

42 *alium* Au masculin: "un autre humain (un homme)" sujet de *dedisse*.
44–46 Cic. *Cluent.* 11, 32 cité par Quint. *Inst.* VIII, 4, 11.
48 *ex ... ac circumstantiis* Voir livre II, *ASD* V, 4, pp. 368–460.
49 *abutatur* "Faire un emploi détourné, faire servir à son usage".
55 *loco definitionis* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 402, l. 906 sq.
59 *recuperabile* Terme inconnu du latin ancien, sans doute une création scolastique; *v.* Hoven.
in manu "En son pouvoir"; en réalité l'argument est très faible: le voleur peut avoir consommé ou dépensé ce qu'il a volé.
62 *omnium ... inficit* Là encore argument faible: la souillure (morale) n'est que dans l'âme du calomniateur.
66 *aperta vi* Opposé à "furtim": Liv. 25, 24, 3.
instrumento Cf. livre II, *ASD* V, 4, pp. 398–400, ll. 780–827.
modo Ibid., p. 400, ll. 828–850. Ici Er. identifie les deux lieux; au livre II il écrit: "instrumentum, cui tam vicinus est modus, vt prope sit idem".
67 *lingua* Traditionnellement opposée à "manus" (ex. gr. Cic. *Catil.* 3, 16); voir *Adag.* 1947 'Lingua bellare' (*ASD* II, 4, pp. 304–306).
telo muliebri Car les femmes ne peuvent lutter ou faire la guerre faute de force physique.
69 *inficiunt animos principum* Thème fréquent chez Er.: *Inst. princ. christ.*, *ASD* IV, 1, p. 175 sq. en particulier l. 278: "Habet haec pestis blandum quoddam venenum, sed adeo praesentaneum, etc."; *Adag.* 201 'Aut regem aut fatuum nasci oportere' (*ASD* II, 1, pp. 303–314); l'image du poison (ll. 178–179): "illud venenatissimum 'euge'"; *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 114, ll. 835–837.
77–78 *quibus debetur ... pietas* Les vieillards; dans la structure de l'expression il y a sans doute une réminiscence de Iuv. 14, 47: "maxima puero debetur reuerentia".
80 *soluti ... soluta* "Libre, non marié(e)", voir Du Cange, s.v.
iureconsulti Les spécialistes en droit canon, cf. le rescrit de Jules II publié par Allen, *The English Historical Review*, 25, 1910, pp. 123–125: "de soluto genitus et vidua".
82 *incestu* Non pas au sens d'"inceste", mais d'union entre personnes ayant fait voeu religieux de chasteté (prêtre, religieuse, moine) comme le père d'Er. lui-même (Ep. 517, Allen II, p. 434, l. 8: "ex illicito et ... incesto damnatoque coitu genitus"); cf. R. Naz, *Dictionnaire de Droit Canonique*, art. "Bâtard" par A. Bernard, t. 2 (1937), col. 252 sq.
vnus L'auteur de l'*incestus*.
alter L'auteur du *stuprum*.
85 *contraria* Cf. livre II, *ASD* V, 4, p. 420, l. 337.
90 *luxus* Le contexte impose le sens de "luxe de la table", de chère raffinée et abondante, comme dans le *Coll.* 'Conuiuium profanum', *ASD* I, 3, p. 197, l. 2325; *Eccles.* livre II, *ASD* V, 4, p. 214, l. 528 (malgré la note); pp. 281, ll. 765; 388, 522; 420, 338; et ci-dessous, pp. 66, l. 286; 112, 157; 144, 800; 344, 639.
92 *placabilitatem* "Disposition à pardonner"; ce mot ne se rencontre qu'une fois chez Cic. *Off.* 1, 88.
truculentiae "Apreté, caractère farouche", Apul. *Met.* IX, 36.

tem inuitans, ostendet quam deforme vitium sit auaritia. Ad studia literarum extimulans, e regione demonstrabit quam miserum sit animal homo, imo quam homo non sit homo et vita non sit vita absque literis. Similiter ad pacem exhortans, ostendet quam foeda, quam misera, quam scelerata res sit bellum.

Idem fit in conferendis similibus, exemplis ac personis, quae virtute quapiam aut huic contrario vitio nobiles sunt. Velut imago constantiae est in sole, palma, quadrato lapide; inconstantiae, in luna, arundine et Euripo mari. Rursus in ciconiis est exemplum pietatis erga parentes, in viperis exemplum impietatis. In gallinis exemplum solicitae educationis, quo vsus est et Dominus in Euangelio; in aquilis diuersum, quae oua protrudunt e nido, si plura sunt tribus, idque taedio nutricationis. Itidem in Iacob exemplum est |
LB 973 mansueti et patientis ingenii, in Esau ferocis ac violenti.

Ad comparationem mihi quidem pertinere videtur et illud quod subiiciam. Paulo ante ostendi quaedam increscere, quum quae paria videntur aut etiam inferiora demonstrantur esse maiora. Cui diuersum est, quum quae omnium opinione grauia sunt et a nobis exaggerata rursus extenuantur, collata cum eo quod augemus. Ad huius rei intellectum nullum exemplum accommodatius confingi potest quam quod adfertur e Cicerone in Verrem: '*Leuia sunt haec in hoc reo. Metum virgarum nauarchus nobilissimae ciuitatis pretio redemit: humanum est. Alius ne feriretur pecuniam dedit: vsitatum est*'. Atrox quoddam et immane facinus expectat auditor, ad quod collata quae per se sunt crudelissima humana dicuntur et vsitata.

De personis hoc erit exemplum. Omnium iudicio laudatissimus imperator fuit Traianus, laudatior Antoninus philosophus, quorum virtutes non sunt extenuandae (nam id est inuidum laudandi genus, quae clara sunt obscurare, vt clarius appareat quod admoueris, quod solent pictores) sed attollendae potius, tum eum quem ornandum suscepisti facere illis superiorem. Domitius Nero omnium consensu princeps sceleratissimus fuit; at plus quam sceleratissimus videbitur, cui collatum Neronem dicas bonum principem posse videri.

Eadem ratio valet in amplificandis virtutibus ac vitiis. Velut si quis ad pietatem adhortetur, posteaquam extulit caetera commoda, quae pietatem comitantur, tranquillitatem mentis sibi bene consciae, libertatem spiritus, habere pacem cum Deo, communionem cum omnibus sanctis, pro seruo diaboli factum esse filium Dei, solatium spiritus, quod propheta negat ab homine posse concipi, subiiciat: 'Quid his maius? quid honorificentius? quid felicius cogitari optariue potest? Et tamen haec leuia videri possunt, si conferantur ad illam beatam immortalis vitae haereditatem, quae certo manet omnes qui hic pietatem colunt'. Eadem ratione poterit augeri impietas, imo quicquid est fugiendum aut expetendum.

Est rursus alia amplificandi ratio, quam Fabius appellat ratiocinationem, quum ex his quae sequuntur ac antecedunt aut coniuncta sunt, colligit auditor quantum sit hoc quod amplificatum volumus. Ex antecedentibus est, quum

102 et *O*: *om*. *BAS LB*.

120–121 Domitius Nero *BAS LB*: Nero sextus *O*.

94 *e regione* "A l'opposé, par contraste"; cf. Cic. *Top*. 47: "occurrunt tamquam e regione quaedam contraria, vt celeritati tarditas".

94–95 *quam miserum ... absque literis* Cela est à prendre à la lettre si les *literae* sont nécessaires à la formation de l'orateur et si l'orateur, celui qui sait bien parler, est l'homme par excellence. Voir *Gramm. rhét*., pp. 66–71 et p. 183, n.

97 *bellum* C'est un thème constant d'Er.: *Querela pacis, Adag*. 3001 'Dulce bellum inexpertis', *Inst. princ. christ*., *Coll*. 'Confessio militis' et 'Charon', etc.

100 *sole* A cause de son aspect alors considéré comme immuable; les taches du soleil ne seront découvertes que par Galilée.

palma Le palmier reste toujours à l'endroit où il est planté!

quadrato lapide Elle ne peut tomber ni rouler.

inconstantiae Thème longuement illustré dans le *De cop. verb*., *ASD* I, 6, pp. 265–269.

luna A cause de ses phases, ibid., p. 266, ll. 748–751.

arundine Ibid., p. 266, l. 760: "arundinem ad omnem auram facile mobilem".

Euripo mari Entre l'île d'Eubée et le continent le courant marin change de direction sept fois par jour, ibid., p. 266, ll. 753–754; voir aussi *Adag*. 862 "Euripus homo" (*LB* II, 357 A–D).

101 *ciconiis* Voir Ael. *Nat. an*. III, 23: "Les cicognes nourrissent spontanément et très soigneusement leurs parents devenus vieux; aucune loi humaine ne les y oblige, la cause en est leur nature".

101–102 *viperis ... impietatis* Impiété envers le conjoint ou les parents; Ael. *Nat. an*. I, 24: la femelle au cours de l'union coupe la tête au mâle qui meurt tandis qu'elle devient grosse; mais les petits dévorent le ventre de leur mère avant même de naître, vengeant ainsi leur père: "Que sont à côté de cela les Orestes et les Alcméons, chers Tragiques?". Cf. Plin. *Nat*. IX, 170.

102–103 *gallinis ... Euangelio Mt*. 23, 37: "quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas" (Vulg. et Er.).

103–104 *aquilis ... nutricationis* Plin. *Nat*. X, 13: "pariunt et oua terna, excludunt [font éclore] pullos binos; visi sunt et tres aliquando. Alterum expellunt taedio nutriendi".

104 *nutricationis* Le mot vient de Gell. XII, 1, 5 où Favorinus conseille aux femmes d'allaiter elles-mêmes leurs enfants, thème plusieurs fois repris par Er. par ex. *Coll*. 'Puerpera', *ASD* I, 3, p. 457, ll. 143–144.

104–105 *Iacob ... violenti* A vrai dire la Bible dit: 1° qu'Isaac aimait Esau, chasseur et cultivateur, mais que Rebecca aimait Jacob, "homme simple, habitant sous les tentes" (= nomade); 2° que Dieu aimait Jacob, mais détestait Esau (*Gn*. 25, 27–28; *Ml*. 1, 2–3 repris dans *Rom*. 9, 13); c'est pour expliquer l'attitude de Dieu qu'Er. trace un tel portrait des jumeaux.

107 *Paulo ante* Cf. p. 56, l. 40 sq.

111–113 Cic. *Verr*. 2, V, 44, 117 cité par Quint. *Inst*. VIII, 4, 19 (avec *feriretur*) et présenté ainsi: "Quid cum res atrocissimas quasque in summam ipsi extulimus inuidiam eleuamus consulto, quo grauiora videantur quae secutura sunt, vt a Cicerone factum est cum illa diceret, etc.".

116 *personis* Quint. *Inst*. VIII, 4, 20 utilise comme exemple des hommes de guerre: "Hannibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis"; il est significatif qu'Er. leur substitue des exemples de princes justes.

117 *Antoninus philosophus* Marc-Aurèle.

118–119 *clara, obscurare, clarius* Er. joue sur les sens figuré et propre de ces mots, ce qui amène la comparaison avec les peintres. Cf. *De lib. arbitr*., *LB* IX, 1246 C.

120 *facere* Anacoluthe; peut-être faut-il sousentendre "debes"?

126 *habere ... Deo* Hardiesse grammaticale, est sur le même plan syntaxique que les substantifs *tranquillitatem*, *libertatem*, *communionem* et *solatium*, tous en apposition à *caetera commoda* (l. 124).

126–127 *pro seruo ... filium Dei* Même remarque; de plus cet infinitif passif a un attribut, mais pas de sujet.

127 *propheta negat* Sans doute Osée assez librement transposé: "consolatio abscondita est ab oculis meis" (13, 14)?

133–135 *alia ... volumus* Quint. *Inst*. VIII, 4, 3 et 15–20: "Ergo, si ex alio colligitur aliud, nec improprium nec inusitatum nomen est ratiocinationis"; le mot s'emploie aussi pour l'argumentation (Cic. *Inv*. I, 34, 57).

Homerus in bellum armat Achillem, Hectorem ac Martem, ex quo apparatu ratiocinamur quam atrox sit futura pugna. Quod genus est illud Maronis de ventis ab Aeolo emissis:

Ac venti velut agmine facto,
Qua data porta ruunt ac terras turbine perflant.

Ex tam violenta omnium ventorum eruptione colligimus quam saeua sit futura tempestas in mari.

Ex insequentibus est, quod est apud M. Tullium de vomitu Antonii: '*Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate*'. Videntur haec ociose dicta, quum fauces, latera, et gladiatoria corporis firmitas nihil faciant ad ebrietatem, sed nequaquam ociose sunt addita. Siquidem hinc ratiocinamur, quanto vino se ingurgitauerit in Hippiae nuptiis Antonius, quod illa totius corporis firmitate non potuerit concoquere, sed vbi minime decuit vomitu coactus sit reiicere, idque postridie. Nam recentem cibum aut potum erumpere, non vsque adeo rarum est.

Ex coniunctis videtur illud Maronis de Polyphemo: *Trunca manum pinus regit.* Hinc enim colligimus animo quanta fuerit totius corporis magnitudo, quum manus pro scipione haberet pinum arborem.

Quod si quem magis delectant exempla ecclesiastica, vnum illud erit: ad genus humanum a Satanae tyrannide liberandum Deoque vindicandum, Dei Filius factus homo crucis supplicium pertulit. Hinc enim ratiocinamur quam horrenda res sit peccatum, quam misera seruitus mancipium esse Satanae, quam metuenda ira Dei, quanta Dei charitas erga genus humanum, quod tam
LB 974 admirabili ratione seruare volue|rit. Verum hoc exemplum si referatur ad nos, est ex antecedentibus; si ad eos qui praecesserunt aduentum Seruatoris, erit ex consequentibus. Velut illud quum exaggeramus gehennae supplicia nunquam habitura finem, auditor non imprudens animo colligit quam tetra res sit peccatum, quod Deus natura clementissimus tam acriter punit.

Ex coniunctis erit, quod euangelica peccatrix inuocata irruperit in conuiuium superborum Pharisaeorum, illisque spectantibus, vnxerit pedes Iesu ac lachrymis rigatos capillis suis exterserit. Hinc aestimamus quanta fuerit illius poenitentia, quae pudorem ac metum omnem excusserit foeminae.

Ex insequentibus erit, quod Dauid tam dolenter defleuit interitum Absalonis. Hinc ratiocinamur quanta fuerit illius erga filium pietas, quem impium et patri exitium molientem sic desiderauerit.

Est ratiocinationis species, qua aliud ex alio augetur hoc pacto. Homerus attollit in immensum virtutem Hectoris, vt maiorem faciat Achillem, qui solus illum potuerit occidere. Et Vergilius amplificat virtutem Turni, quo fiat illustrior virtus Aeneae victoris. Et historici dum exaggerant quantus in rebus bellicis fuerit Annibal, attollunt Scipionis gloriam, qui illum deuicit.

Interdum augmentum petitur ex aliis per ratiocinationem, hoc pacto, veluti si Bassum dicas ventris onus excipere auro, vnde colligitur quanta fuerit in

conuiuiis caeterisque rebus luxuries, aut si quem dicas in soleis calcare gemmas. Tale est illud Ciceronis in luxum Antonii, quum ait *in huius seruorum cellis lectos stratos conchyliatis peristromatis Cn. Pompeii.* Hic protinus auditor colligit quam prodigiosa fuerit Antonii luxuries in rebus caeteris, quum in cellis, et in cellis seruorum, non mensae, sed lecti strati essent peristromatis, non quibuslibet, sed conchyliatis, iisque Cn. Pompeii tanti principis, quem omnia eximia decebant. Singula faciunt ad augmentum, et quae diminuuntur, et quae augentur.

Iam si recipimus et illas amplificandi formas, quoties ab instrumento et occasione et persona petitur augmentum, vereor ne eatur in infinitum.

Ab instrumento, vt quum ex Aiacis clypeo, quem narrant septem boum

151 manum *BAS LB*: manus *O*.
164 irruperit *BAS LB*: irrupit *O*.
166 capillis *BAS LB*: capellis *O*.
168–169 Absalonis *O*: Absolonis *BAS LB*.
170 desiderauerit *O BAS*: desiderauit *LB*.
173 Vergilius *cett.*: Virgilius *LB*.

136 *Achillem* Hom. *Il.* XIX, 369 sq.
Hectorem Ibid. XIII, 802 sq. ou XVII, 188 sq.
Martem Ibid. V, 594 ou XV, 110 sq. (mais Athéna le désarme aussitôt).
139–140 Verg. *Aen.* I, 82–83; Quint. *Inst.* VIII, 4, 18 cite 81–82 (avec le verbe ruunt seulement du v. 83).
143 *Ex insequentibus* Quint. *Inst.* VIII, 4, 17.
143–144 Cic. *Phil.* II, 25, 63; cité par Quint. *Inst.* VIII, 4, 16.
147 *quanto vino se ingurgitauerit* Er. donne au verbe le sens de "remplir" "gorger" comme dans Cic. *Fin.* 2, 23, et non de "plonger" comme dans *Phil.* II, 27, 65, pourtant fort proche de la citation empruntée à Quint.
quod Relatif ayant pour antécédent *quanto vino.*
147–148 *illa ... firmitate* Ablatif instrumental, mais avec une nuance concessive: "avec cette robustesse", "malgré cette robustesse".
148 *vbi minime decuit* "In populi Romani conspectu", "in coetu populi Romani" (Cic. loc. cit.), Antoine étant alors maître de la cavalerie du dictateur César.
151–152 *Ex coniunctis ... regit* Le même exemple (Verg. *Aen.* III, 659) est présenté par Quint. *Inst.* VIII, 4, 24 comme amplification "ex instrumento" sur quoi voir *ASD* V, 4, p. 398, l. 780 sq.
155 *Deoque vindicandum* "Le réclamer pour Dieu comme sa propriété", vocabulaire non pas biblique, mais juridique et romain.
160 *antecedentibus* Cf. Quint. *Inst.* VIII, 4, 18: "Idem hoc praestant quae antecesserunt".
164 *euangelica peccatrix* *Lc.* 7, 36 sq.
168–169 *Dauid ... Absalonis* 2. *Sm.* 19, 4.
172 *virtutem Hectoris* On pourrait citer maints passages de l'*Iliade*, il suffit du combat contre Patrocle XVI, 712–867.
173 *virtutem Turni* Par ex. Verg. *Aen.* IX, 503–818.
174 *historici* Tite-Live, en particulier XXI, 4; cet exemple est indiqué Quint. *Inst.* VIII, 4, 20.
177 *Bassum ... auro* Exemple sans doute forgé par Er. sur le modèle de la "matella argentea" de Trimalcion (Petron. 27, 3 et 5).
178–179 *calcare gemmas* Cf. Sen. *Epist.* 86, 7; mais il s'agit chez Sénèque des pièces et des bains d'une villa, chez Er. ce sont les chaussures qu'ornent des pierres précieuses.
179–180 Cic. *Phil.* II, 27, 67: "conchyliatis Cn. Pompei peristromatis seruorum in cellis lectos stratos".
183 *principis* Quelque peu impropre, mais cela contribue à l'effet de grandissement: ce luxe était légitime chez un "princeps", il est usurpé chez Antoine.
184 *quae diminuuntur* "In cellis", "in cellis seruorum", "non mensae, sed lecti".
185 *quae augentur* "Peristromatis", "peristromatis conchyliatis". Cet exemple est analysé par Quint. *Inst.* VIII, 4, 25.
188 *Aiacis clypeo* Hom. *Il.* VII, 219 sq. C'est aussi chez Quint. *Inst.* VIII, 4, 24 le premier exemple d'amplification à partir de l'instrument: "ex instrumento quoque heroum illorum magnitudo aestimanda nobis datur".

tergoribus fuisse contextum, et ex hasta Achillis, quam nemo Graecorum ferre potuit praeter vnum Patroclum, colligimus quantarum virium fuerit ipse. Ex arcu, quem nemo procorum tendere potuit, colligitur robur Vlyssis. Sic in libris Regum, describitur pondus loricae Goliath et clypeus aereus et pondus ferri, quod additum erat hastae, ex quibus animo concipimus quanti roboris fuerit vir ille, quem deiecit Dauid. Et rursus Dauidis victoria fit illustrior diminuendo, quod adolescens fuerit, quod non assuetus gestandis armis, quod modica statura, quod nulla re instructus, nisi funda et quinque lapillis.

Ab occasione, vt quum Socratis inuicta continentia colligitur, quod tam obuia voluptate, quam plerique ambiebant, flecti non potuerit.

A persona, vt quum quam insignis fuerit Helenae forma, ex eo coniicimus, quod Priamus apud Homerum appellat eam filiam, negans illam sibi causam tam funesti belli. Nec hoc dixit Paris aut alius iuuenis, sed Priamus senex tot afflictus cladibus, tot liberis orbatus.

Sic a loco sumi poterit augmentum, veluti si quis dicatur Athenis fuisse probus et in aula principis frugaliter vixisse. A tempore, si quis dicatur triginta annis in Sacris Literis feruenti studio versatus, quod de se scribit Hieronymus, vnde coniicimus quanta fuerit illius in Diuinis Voluminibus experientia. Ab aetate, quod admirabilior est in iuuene pudicitia quam in sene. A sexu, plausibilior est in foemina fortitudo quam in viro. A conditione, admirabilior est in seruo fidelitas erga dominum quam in amico erga amicum, et laus ab inimico profecta plus habet ponderis. A difficultate, exaggeramus quam difficile sit in carne angelorum more viuere, quo speciosior appareat
LB 975 virginitas. A raritate, quem|admodum M. Tullius hinc colligit quanta res sit eloquentia, quod, quum in caeteris disciplinis tam multi extitissent absoluti, in hac tam pauci excelluissent.

Breuiter ab omnibus circunstantiis peti poterit amplificatio, de quibus antea dictum est aut si quae praeterea reperientur. Velut illustrius est praeclarum facinus, quod quis solus peregit aut primus aut cum paucis aut in quo praecipuas egit partes aut quod idem crebro cum laude gessit. Tum enim eo magnum videbitur, quod non casu, sed virtute prudentiaque gestum est. Speciosius omnino est, quod non tam fortunae fauore quam consilio animique praesentia geritur. Laudatur Enos, quod primus inuocauerit nomen Domini. Laudatur Christus, quod solus ab omni labe fuit immunis. Praedicatur Noe, quod cum paucis seruatus sit. Praedicantur Lacedaemonii, quod trecenti infinitam Xerxis multitudinem apud Thermopylas remorati sint. Auget Pauli gloriam, quod toties grauissimis casibus afflictus nihil refrixerit in promouendo Euangelio.

Iam in contrariis eadem est ratio. Abominabilior est Cain, quod primus induxerit exemplum parricidii, quemadmodum notatur Lamech, quod primus violarit monogamiam. Et Paulus crimen eius, qui patris vxorem duxerat, hac nota exaggerat, quod solus tale flagitium perpetrasset, quale nec inter gentes audiretur, quanquam hic et a personae qualitate αὔξησις est. Grauius punitus

212 raritate *O*: varietate *BAS LB*.
222 Noe *erratum A cett.*: Enoch *A*.
229 violarit *A*: violauit *B–D BAS LB*.

189 *hasta Achillis* Hom. *Il.* XVI, 141–142; Quint. loc. cit. dit "pelias Achillis" car le bois dont était faite la lance d'Achille venait du mont Pélion en Thessalie.

190–191 *Ex arcu ... robur Vlyssis* Hom. *Od.* XXI, 143–185, 245–255, 276–434; l'exemple n'est pas chez Quint.

192 *libris Regum* 1. *Sm.* 17, 5–6.

195 *adolescens* Il est le plus jeune des huit fils d'Isai (1. *Sm.* 17, 12 et 14) et Saul l'appelle "puer" (17, 33); "adulescens": 17, 42.
non assuetus ... armis Ibid. 17, 39.

196 *funda et ... lapillis* Ibid. 17, 40.

197 *occasione* Synonyme de "opportunitas" (opportunité, circonstance favorable); cf. livre II, *ASD* V, 4, p. 392, l. 610 sq.

197–198 *Socratis ... non potuerit* Plat. *Symp.* 218 b sq.; mais Er. suit Quint. *Inst.* VIII, 4, 23: "Nec mihi videtur in symposio Plato, cum Alcibiaden confitentem de se quid a Socrate pati voluerit narrat, vt illum culparet haec tradidisse, sed vt Socratis inuictam continentiam ostenderet, quae corrumpi speciosissimi hominis tam obuia voluptate non posset" ("voluptate" est la leçon de certains manuscrits, les autres, suivis par les éditeurs modernes, ont "voluntate").

199 *persona* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 372 sq.

199–202 *quam insignis ... liberis orbatus* Hom. *Il.* III, 156 sq.; Er. suit Quint. *Inst.* VIII, 4, 21–22, en l'abrégeant beaucoup.

203 *loco* Circonstance de "chose", livre II, *ASD* V, 4, p. 392, l. 612 sq.

203–204 *Athenis ... probus* Voir *Adag.* 3053 'Qui probus Atheniensis' (*LB* II, 981 F) fondé sur Plat. *Leg.* I, 642 c: "on dit communément des Athéniens que lorsqu'ils sont honnêtes ils le sont supérieurement, ce qui est tout à fait vrai"; l'*Adag.* ajoute entre autres: "On peut dire la même chose de la ville de Rome: ne pas y être corrompu est la preuve d'une exceptionnelle honnêteté".

204 *aula principis* Le luxe, les excès de table et de boisson, sont le moindre des vices de cour; voir Ulrich von Hutten, *Aula* (Augsburg, 1518).
tempore Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 392, l. 650 sq.

205–206 *scribit Hieronymus* Peut-être sous un aspect impersonnel dans *Comm. in Ezechielem prophetam liber primus*, *PL* 25, 17 A.

207 *aetate* Voir livre II, *ASD* V, 4, pp. 176–177, ll. 215–261.

208 *sexu* Rien ou presque, ibid., p. 372, ll. 138–139: "Sexus differentia nulli incognita est".
conditione Ibid., ll. 145–147 et pp. 380–382, ll. 336–386.

212–214 *M. Tullius ... excelluissent* Cic. *De or.* I, 2–6, 6–22, en particulier 16: "Quibus de causis quis non iure miretur ex omni memoria aetatum, temporum, ciuitatum tam exiguum oratorum numerum inueniri? Sed enim maius est hoc quiddam quam homines opinantur, et pluribus ex artibus studiisque collectum".

215 *omnibus circunstantiis* Livre II, *ASD* V, 4, p. 370, l. 109 sq. jusqu'au tableau-résumé p. 426, ll. 448–469.

218 *idem* Au neutre, apposé à *quod*.

221 *Enos* *Gn.* 4, 26.

222 *solus ... immunis* Cette affirmation n'est pas tirée de l'Ecriture, elle apparaît d'abord dans des symboles locaux d'Eglises orientales au IVe siècle (Voir Denzinger-Schönmetzer, section E 1 bb). D'autre part aujourd'hui un catholique ne devrait-il pas y ajouter la Vierge-Mère, exempte du péché originel et donc de péché?

222–223 *Noe ... cum paucis* *Gn.* 8, 18: "Egressus est ergo Noe et filii eius, vxor illius et vxores filiorum eius cum eo".

223–224 *Lacedaemonii ... Thermopylas* Hdt. VII, 205–228.

225 *grauissimis casibus* Il les énumère lui-même 2. *Cor.* 11, 23–33.

227 *Cain* *Gn.* 4, 8.

228 *parricidii* "Meurtre d'un parent ou d'un proche".
Lamech *Gn.* 4, 19: "qui accepit vxores duas, nomen vni Ada et nomen alteri Sella".

229 *crimen ... vxorem duxerat* 1. *Cor.* 5, 1: "omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio qualis nec inter gentes ita vt vxorem patris aliquis habeat".

231 *et a personae qualitate* Non seulement la rareté (p. 62, l. 212), mais aussi (*et* adverbial) la qualité de chrétien, qui aggrave la faute.
αὔξησις Nom grec de l'amplification: Aristot. *Rhet.* I, 1368 a 10–27; II, 1393 a 9–19; III, 1417 a 31–33; 1419 b 19–24.

est Ananias cum vxore Sapphira, quod e discipulorum numero ausus sit mentiri Spiritui Sancto.

Nec e circunstantiis solum, verum etiam e locis, nisi quod ipsae circunstantiae loci sunt. Velut Cato senior quadragies scribitur vocatus in ius, et semper iudicum sententia absolutus. Ab hoc euentu duo colligimus: et quam incorrupti fuerint Catonis mores et quantae inuidiae fuerit obnoxia illius seueritas.

Augmentum addit et emphasis, quod fit verbis significantibus, quae plus tradunt cogitationi quam si res simplicibus verbis exprimeretur. Qua quidem in re regnat metaphora et quae hinc constant schemata, parabola, allegoria, abusus, imago. Quum enim audimus: '*frendebat homo*', plus animo concipimus quam si dixisset: 'indignabatur'. Et quum audimus: '*Hic nulli bono non oblatrat*', plus intelligimus quam si dictum esset 'obtrectat'. Emphasis est in illo Vergiliano: *dum Caesar ad altum / fulminat Euphraten.* Plus enim animo concipimus quam si dixisset 'bellat'. Rursus Hieremias exprobrans Iudaeis adulteria non sine emphasi dixit: '*Emissarii facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat*'. Et Paulus quum ait: '*Quorum deus venter est*', significantius loquutus est quam si dixisset: 'qui seruiunt suo quaestui'. Verum de his et supra diximus nonnihil, et post incidet dicendi locus, quandoquidem haec schemata fere primas tenent in omni virtute dictionis, siue copiam spectes, siue euidentiam, siue probabilitatem, siue vehementiam, siue splendorem et amplitudinem, siue iucunditatem et gratiam.

Fabius addit συναθροισμὸν siue congeriem, quam tamen distinguit ab eiusdem nominis figura. Est autem hic congeries, multiplicatio verborum aut sententiarum rem eandem velut inculcantium, hoc differens ab incremento, quod illic per gradus increscit oratio, hic velut aceruo, qua forma mirifice vsus est M. Tullius in oratione quam apud Caesarem habuit pro Ligario: '*Quid enim tuus ille, Tubero, districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? Qui sensus erat armorum tuorum? Quae tua mens, oculi, manus, ardor animi? Quid cupiebas? Quid optabas?*'. Ad hanc orationis partem tradunt Caesarem immutasse colorem. Quam multae voces hic sunt idem significantes, 'gladius', 'mucro', 'arma'; 'sensus', 'mens', 'animus'; 'cupiebas', 'optabas'. Tum quot sententiae eodem spectantes, 'distringere in acie gladium', 'latus petere', 'sensus armorum'. Mitius est, sed tamen eiusdem generis, quod est apud Vergilium: |

LB 976 *Quid puer Ascanius, superatne et vescitur aura*
Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat vmbris?

Nihil aliud quaerit, nisi an adhuc supersit Ascanius, sed affectus est quod rem eandem ter expressit. *Superatne* satis erat, sed addit: *et vescitur aura aetherea.* Nec hoc contentus adiicit: *nec adhuc crudelibus occubat vmbris.* Hoc genus amplificandi frequenter vsui erit ecclesiastae, quoties res poscit affectum. Non moror lectorem exemplis, quod ad hanc formam sibi quisque facile confinget similia. Et frigent hoc genus exempla, nisi praecedant, quae auditorem affectui

praeparent. Consimile quiddam nobis euenit in praeceptis, quod aliis in declamando. Siquidem ambulatio, procursio, dextri brachii rotatio, aliaque quae in causis agendis decebant, in declamatione speciem habebant insaniae et ridebantur. Quicquid autem hactenus dictum est de augendo, idem valet ad diminuendum.

240 constant *O*: constabant *BAS LB*.

232–233 *Ananias ... Spiritui Sancto* *Act.* 5, 1–5.
234–235 *ipsae circunstantiae ... sunt* *ASD* V, 4, p. 370, l. 108 sq. et p. 402, l. 875 n.
235–237 *Cato ... seueritas* Voir *ASD* V, 4, p. 424, ll. 403–404 et n. (Plut., Val. Max.).
238 *emphasis* "Sens non exprimé, mais suggéré, et qui donne à la phrase son énergie", voir *Gramm. rhét.*, pp. 803–815; Quint. *Inst.* VIII, 4, 26.
240–241 *metaphora ... imago* Voir ci-dessous, pp. 154, ll. 22 sq.; 159, ll. 129 sq.; déjà le livre II parle de la *similitudo*, *ASD* V, 4, p. 414, l. 165 sq.
240 *schemata* Ou "figurae"; ci-dessous, p. 98, l. 903 sq.
241 *abusus* Catachrèse p. 160, l. 135 (*abusio*!).
frendebat Cf. Liv. XXX, 20, 1; Hannibal quitte sa patrie "frendens gemensque ac vix lachrymis temperans".
242 *oblatrat* Sen. *De ira* III, 43, 1: "Quid illum oblatrantem tibi ... exterere viribus tuis temptas?". Il est probable qu'Er. applique sa phrase à un prédicateur.
244 Verg. *Georg.* IV, 561 sq.; *fulminat* suggère une comparaison avec Jupiter.
245–247 *Hieremias ... hinniebat* *Ir.* 5, 8: "Ils sont devenus espions et chacun hennissait vers la femme de son prochain"; on lit "admissarii" dans certains manuscrits, leçon adoptée par l'édition de Stuttgart.
247 *Paulus ... venter est* *Phil.* 3, 19 suggère plutôt la goinfrerie que la cupidité, comme le comprend Er.
250–252 *copiam ... gratiam* Comparer cette énumération des vertus du discours avec celle de la p. 98, ll. 904–905 où manquent *copiam* et *amplitudinem* et *gratiam*, ces deux derniers étant de simples doublets respectivement de *splendorem* et de *iucunditatem*; ici fait défaut *perspicuitas* doublet d'*euidentia*.
253 *Fabius addit* Il y a, dit-il (Quint. *Inst.* VIII, 4, 3) quatre sortes d'amplification: "incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie" (chez Er. pp. 52, ll. 958; 54, 989; 58, 133) cette dernière étant expliquée §§ 26–28.
συναθροισμὸν *siue congeriem* Quint. *Inst.* VIII, 4, 27: "Simile est hoc figurae quam συναθροισμὸν vocant, sed illic plurium rerum est congeries, hic vnius multiplicatio" (c'est à dire: plusieurs expressions désignant la même *res*, tandis que la *congeries* accumule des *res* différentes); Er. fausse donc légèrement sa source.
256 *illic ... velut aceruo* En fait Quint. *Inst.* VIII, 4, 26 dit de la *congeries* seule: "etiam si [verba ac sententia] non per gradus ascendant, tamen velut aceruo quodam adleuantur"; et de la figure appelée συναθροισμός: "Haec etiam crescere solet verbis omnibus altius atque altius insurgentibus" (loc. cit. 27).
258–260 Cic. *Lig.* 3, 9 cité par Quint. *Inst.* VIII, 4, 27.
260–261 *tradunt ... colorem* Plut. *Vit. Cic.* 39, 3.
265–267 *Vergilium ... vmbris* En réalité Er. combine deux passages de l'*Aen.*: III, 339 et I, 547; les v. III, 339 et I, 546 se terminent tous deux par "vescitur aura", d'où l'amalgame; mais si III, 339 concerne bien Ascagne, I, 547 s'applique à Enée.
273–274 *auditorem affectui praeparent* Pour la construction cf. Plin. *Epist.* V, 14, 8: "itineri me praeparare".
274 *nobis* C'est-à-dire Er. lui-même qui prend conscience que ses exemples séparés de leur contexte paraîtront sans vie, comme une gesticulation de déclamateur.
275 *ambulatio* Quint. *Inst.* XI, 3, 126.
procursio Quint. ibid. 125.
dextri ... rotatio Quint. ibid. 84 parle de "bracchii ... proiectio" et le mot *rotatio* ne se rencontre que chez Vitr. et Apul. *Apol.* 45.
276 *declamatione* Exercice scolaire, discours fictif dans l'antiquité, sur un sujet fort éloigné de la vie courante.
insaniae On n'a pas trouvé de passage correspondant à l'idée ici exprimée, mais Quint. *Inst.* X, 7, 21 s'en rapproche: parlant de "declamatores": "tam contumeliosos in se ridet inuicem eloquentia, vt qui stultis videri eruditi volunt stulti eruditis iudicantur".
278 *diminuendum* Quint. *Inst.* VIII, 4, 1 (minuendi) et 28 (ratio minuendi).

Efficacissimum vero amplificandi genus est, quum aucta ac diminuta inter se componuntur seque vicissim illustrant. Veluti si, amplificatis Dei in nos beneficiis, extenuemus nostrum in illum cultum. Quanquam omnis fere diminutio secum adfert incrementum, licet non eiusdem rei. Velut eleuatus cultus noster erga Deum, auget ingratitudinem atque idem efficit amplificata erga nos Dei beneficentia.

Est alius vsus contrariorum ad vehementiam faciens, veluti si quis malos sacerdotes taxans, quod viuant in ocio luxuque, quod concubinas alant, quod aleam ludant, quod venentur ac belligerentur, quod auaritiae seruiant, idem faciet acrius si his adiungat contraria: 'Pro studio pietatis ac sobrietate illis est luxus; pro maceratione carnis, concubinae; pro nocturnis precibus, alea; pro concionibus, venatus et arma; pro scrutinio Scripturarum, auaritia'. Huius formae est illud Esaiae III: *Et erit pro suaui odore foetor, et pro zona funiculus, et pro crispante crine caluitium, et pro fascia pectorali cilicium.*

Ad haec e verbis pariter atque rebus petitur diminutio, quemadmodum amplificatio. Vtriusque exemplum vno Ciceronis sermone potest ostendi. De oratione Rulli ita loquitur: '*Pauci tamen qui proximi astiterant, nescio quid illum de lege agraria voluisse dicere, suspicabantur*'. Quod ait *pauci* et *proxime astantes*, e rebus petit diminutionem. Rursus quod ait *nescio quid* et *voluisse dicere* et *suspicabantur*, e verbis petita est diminutio. Atque eadem diminutio auget obscuritatem orationis.

Sunt et aliae figurae complures quae faciunt ad augmentum aut diminutionem, sed id tempestiuius fiet, quum breuiter ostendemus quae schemata, ad quas orationis virtutes conducunt.

Nunc ipsa rerum vicinia monet vt de affectibus aliquid dicamus, de quibus et quomodo distinguantur et quibus modis moueantur, quoniam accurate copioseque tum a Graecis, tum a Latinis praeceptum est, non est consilium huc vulgata repetere; tantum per summa rerum capita decurrentes admonebimus, quod ecclesiastae nostro conducat.

Rhetores huic parti palmam tribuunt: posse dicendi viribus iudicibus vim facere eosque sibi ipsis eripere, vt lachrymis totoque vultu iam de causa pronuncient, antequam pronuncient. Hoc in iudiciis Aristoteli non probatur, pronunciaturo tenebras offundere, praesertim quum qui dicit raro vir bonus sit, hoc vnum spectans, vt causam vincat. Atqui apud rudem et imperitam multitudinem dicenti haec facultas pene necessaria est. Primum quod crassam et oscitantem turbam citius inflammes quam doceas, trahas quam ducas. Deinde quod bona pars vulgi magis peccet affectu corrupto quam ignorantia veri. Velut ebrietatem, adulterium, lucrum fraude partum, esse crimina nemo nescit, sed prauae cupiditates transuersos rapiunt ad ea quae non probant. Hic conueniet affectus affectibus, veluti clauum clauo pellere. Praeterea plurimi sunt, qui suis vitiis blandiuntur et pro leuibus culpis ducunt, quibus assueuerunt. Hic erit vsui amplificatio. Postremo nonnulli vix dociles | sunt, ad
LB 977
omnia dormitantes, nisi velut excitentur affectu. Vnde non absurdum est quod

scripsit ille Peripateticus: '*Affectuum stimulos ceu paedagogos a natura nobis additos ad virtutem, velut iram ad fortitudinem, amorem et misericordiam ad beneficentiam, pudorem ac metum ad innocentiam*'. Hinc est quod patronus, si modo vir bonus est, statim initio sibi reoque comparat beneuolentiam, non vt fallat iudicem, sed vt affectus veluti lenocinio reddat eum ad causam magis attentum ac docilem. Hac ratione Ioannes Baptista terrore praeparauit Iudaeorum animos: '*Progenies viperarum, quis vos submonuit fugere a ventura ira?*'. Et: '*Iam securis ad radicem arboris posita est*'. Similiter exorsi sunt discipuli: '*Poenitentiam agite,*

279–280 *aucta ... illustrant* Pour l'expression cf. p. 57, ll. 85 sq.
281 *Quanquam* Adverbe.
282 *eleuatus* "Amoindri, diminué".
285 *vehementiam* Cf. p. 44, l. 788.
286 *luxuque* Voir p. 57, l. 90; le sens "luxe de la table" est confirmé par l'antithèse avec *sobrietas* (l. 288).
290 *scrutinio* Apul. *Met.* 9, 41. Pour l'ensemble de la phrase *Pro studio ... auaritia* comparer avec *Moria, ASD* IV, 3, pp. 172–174, ll. 788–797 ou p. 174, ll. 812–814.
291–292 *Is.* 3, 24.
294–296 *Ciceronis ... suspicabantur* Cic. *Leg. agr.* II, 5, 13 cité par Quint. *Inst.* VIII, 4, 28 avec ce simple commentaire: "Quod si ad intellectum referas, minutio est, si ad obscuritatem, incrementum".
301–302 *quae schemata ... conducunt* Cet indicatif n'est pas conforme à la syntaxe classique des interrogations indirectes; c'est la syntaxe de Plaute. Pour l'idée voir p. 98, l. 903 sq.
303 *ipsa rerum vicinia* Car l'amplification est un moyen pour "mouere" c'est-à-dire toucher les "affectus". Ceux-ci sont traités par Quint. *Inst.* VI, 2 et par Aristot. *Rhet.* II, 1–11; voir aussi Cic. *De or.* II, 185–216.
308–310 *Rhetores ... pronuncient* Quint. *Inst.* VI, 2, 5: "vbi vero animis iudicum vis adferenda est et ab ipsa veri contemplatione abducenda mens, ibi proprium orationis opus est" et 7: "An cum ille qui plerisque perorationibus petitur fletus erupit, non palam dicta sententia est?".
310–312 *Hoc in iudiciis ... vincat* Aristot. *Rhet.* I, 1354 a 24–26: "car il ne faut pas pervertir le juge, en le portant à la colère, la crainte ou la haine; ce serait fausser la règle dont on doit se servir" (trad. Dufour); voir aussi 1356 a 14–17 et II, 1377 b 20–1378 a 21.
312–313 *rudem et imperitam multitudinem* La structure de la formule est une réminiscence de "rudis indigestaque moles" (Ov. *Met.* I, 7). Pour l'idée se reporter *Introduction, ASD* V, 4, pp. 6–7.
314 *inflammes* Amplification par métaphore de "moueas".
trahas quam ducas Souvenir de Cleanth. traduit dans Sen. *Epist.* 107, 11: "Ducunt volentem fata, nolentem trahunt". L'idée est que la masse attachée à ses passions terrestres résiste à la prédication.
317 *prauae ... rapiunt* Cf. Val. Max. V, 1, 3: "quo te praua cupiditas transuersum rapit?".
318 *clauum clauo pellere* *Adag.* 104 (*ASD* II, 1, p. 218), c'est-à-dire: "chasser un mal par un autre", citant Lucian. *Philops.*, *Apol.*, Aristot. *Pol.* V, 11, Synes., Hier., Cic. *Tusc.* IV; s'emploie aussi "quoties rem vtcumque molestam diuersa molestia profligamus, vt cum libidinum incitamenta laboribus obruimus".
319 *blandiuntur* "Favorisent, encouragent", cf. Quint. *Inst.* IV, 2, 90.
322 *ille Peripateticus* Par ce refus du nom propre Er. exprime une distance avec le Maître des scolastiques.
322–324 *Affectuum ... innocentiam* En dépit des apparences ce n'est sans doute pas une traduction d'Aristote, mais un condensé de Cic. *Tusc.* IV, 19–20, 43 (colère), 46 (pitié et crainte). Cf. *Moria, ASD* IV, 3, p. 106, ll. 628–630.
324 *vir bonus* Allusion à la formule de Caton qui définit l'orateur "vir bonus dicendi peritus"; voir Quint. *Inst.* XII, 1.
326 *lenocinio* Mot surprenant car il signifie "artifice pour séduire" et implique "tromperie", contredisant les mots *non vt fallat.*
328 *Progenies ... ira* *Mt.* 3, 7; Vulg.: "... demonstrauit vobis fugere a futura ira"; Er. "... vobis submonstrauit vt fugeretis a ventura ira" (*LB* VI, 20 A).
328–329 *Iam securis ... est* *Mt.* 3, 10; Vulg.: "... arborum ..."; Er. id. (*LB* VI, 20 A–B).
329–330 *Poenitentiam ... coelorum* *Mt.* 3, 2; Vulg.: "poenitentiam agite; adpropinquauit enim regnum caelorum"; Er.: "Poenitentiam agite *vitae prioris*: in propinquo est

quoniam appropinquat regnum coelorum'. Et Dominus: '*Omnis arbor quae non fecerit fructus bonos excidetur et in ignem mittetur*'. Hinc est quod pueros primum dolore, gaudio, pudore, laude, spe metuque ad virtutem instituimus. Docendo consequimur vt auditor intelligat, affectu vt amet aut oderit; verum iuxta beatum Paulum: *Scientia inflat, charitas aedificat*. Intelligentia si nihil accedat, ad nihil aliud valet, nisi vt homo sciens nec faciens voluntatem Domini, plagis vapulet pluribus. Adde huc quod ad iudicandum nemo constituitur, nisi mediocriter peritus legum ac negociorum. Sed apud quos dicendum est concionatori? Non iam loquor de turba vicanorum et agricolarum, sed de ciuili concione, e pueris, senibus, virginibus ac meretricibus, nautis, aurigis et sutoribus permixta, inter quos sunt qui quod ad docilitatem attinet, non ita multum absunt a pecudibus. Ad hos corrigendos aut erudiendos plurimum momenti adferent adfectus.

Constat autem imprimis duplex esse affectuum genus, alterum mitius et quasi comicum, alterum vehementius ac tragicum. Nec quicquam vetat inter hos collocare medium, quod a Fabio factum video. Prius illud Graeci vocant ἤθη, Latini mores. Posterius hoc Graeci πάθη vocant, Latini quoniam propriam vocem non inueniunt, alii generali nomine abutentes pro specie vocant 'affectus', alii 'perturbationes' aut 'motus animorum', alii 'cupiditates', alii 'morbos'. Quanquam nec ἦθος Graecis, nec mores Latinis hoc proprie sonant, quod hic sentimus. Siquidem ἤθη Graecis mores sunt, a quibus boni maliue dicimur et sumus. Sed ea vox vt illis ita et nobis deflexa est docendi gratia, vt declaret affectus communes ac moderatiores, quibus nemo non afficitur, quod sint secundum naturam et ab omnibus agnoscantur ac delectent verius quam perturbent. Mouent tamen interdum vel vsque ad lachrymas. Huius generis sunt, quod parentes amant liberos, matres tamen indulgentius, vt et auiae

345 hos *O*: hoc *BAS LB*.

enim regnum coelorum" (*LB* VI, 18 A). La même formule se trouve en *Mt*. 4, 17; Er. la traduit différemment: "Resipiscite: instat enim regnum coelorum".

330–331 *Omnis arbor ... mittetur* *Mt*. 3, 10b; Vulg.: "omnis ergo arbor quae non facit fructum bonum exciditur et in ignem mittitur"; Er. traduit comme Vulg. (avec seulement "igitur" au lieu de "ergo").

332 *dolore ... instituimus* Les termes *dolore*, *pudore* (= sentiment de honte) et *metu* définissent l'éducation traditionnelle qu'Er. dénonce dans le *De pueris* en particulier; le résultat en est la haine: *oderit*.

332–333 *Docendo ... affectu* Pour conserver le terme *affectus* (ll. 303, 315, 318, 321, 322, 326) Er. n'hésite pas devant cette petite bizarrerie syntaxique, alors qu'il pouvait dire: *mouendo*.

334 1. *Cor*. 8, 1.

Intelligentia Equivaut ici à *scientia*.

335 *faciens voluntatem Domini* C'est en quelque sorte une définition de *caritas*.

335–336 *plagis ... pluribus* Il est puni plus sévèrement par le juge car il n'a pas l'excuse de l'ignorance; il a commis le mal en connaissance de cause.

336 *ad iudicandum* Cela définit l'auditoire de l'avocat, ceux qu'il doit persuader et qui ont donc un minimum de compétence.

337–341 *Sed apud quos ... pecudibus* Voir *Introduction*, *ASD* V, 4, pp. 6–7; ci-dessus, p. 66, ll. 312–313.

339 *ciuili concione* Synonyme ici de "vrbana": une assemblée de citadins.

pueris ... meretricibus Ces deux couples

d'opposés expriment le caractère disparate de l'auditoire, donc la difficulté accrue pour le prédicateur.

339–340 *nautis* ... *sutoribus* C'est-à-dire de travailleurs manuels dépourvus d'instruction. Il est possible qu'en choisissant *sutoribus* Er. ait pensé à un jeu de mots: l'un de ses adversaires le Chartreux Pierre Couturier avait pour nom latin Sutor; voir Allen, Epp. 2016 et 2197, le *Coll.* 'Synodus grammaticorum', *ASD* I, 3, p. 585 et l'*Apolog. adv. debacch. Petri Sutor.* (*LB* IX, 739–804). En effet les mots qui suivent, *quod ad docilitatem* ... *pecudibus*, pourraient s'appliquer à cet ennemi des trois langues (voir *LB* IX, 780 D sq.).

340 *docilitatem* "Aptitude à être instruit".

343 *duplex* ... *genus* Cf. livre II, *ASD* V, 4, p. 265, l. 424 et p. 286, l. 908. Cf. *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 187, ll. 13–15: "de geminis affectibus ... de quibus nemo diligentius scripsit Aristotele". Voir aussi *Adag.* 3240 'Tragicum malum' (*LB* II, 1014 C-D), avec référence à Quint. (*Inst.* VI, 2, 8).

345 *medium* ... *a Fabio factum* Quint. *Inst.* VI, 2, 17: "Ille iam paene medius adfectus est ex amoribus, ex desideriis amicorum et necessariorum; nam et hoc maior est et illo minor" ("hoc" et "illo" représentent respectivement ἦθος et πάθος).
Graeci Aristot. *Rhet.* II, 1, 1378 a 19 sq. (πάθη); *Poet.* 15 (ἤθη).

346 *Latini mores* Voir cependant Quint. *Inst.* VI, 2, 9: "Sed ipsam rei naturam spectanti mihi non tam mores significari videntur quam morum quaedam proprietas; nam ipsis quidem omnis habitus mentis continetur".

347–348 *alii* ... *affectus* Quint. *Inst.* VI, 2, 8: "πάθος quod nos vertentes recte ac proprie adfectum dicimus".

348 *perturbationes* (Avec ou sans "animi") Cic. *Tusc.* IV, 10–11: "Quae Graeci πάθη vocant, nobis perturbationes appellari magis placet quam morbos". Plus loin: "motus turbidos cum irae, tum cupiditatis, contrarios inimicosque rationi".
motus animorum Cic. *Off.* I, 136: "perturbationes ... id est motus animi nimios rationi non obtemperantes".
cupiditates Cic. *Inv.* 1, 2; *Verr.* 1, 62.

349 *morbos* Cic. *Tusc.* III, 9: "Omnes autem perturbationes animi morbos philosophi appellant". Les philosophes en question sont les stoïciens.

350–351 ἤθη ... *sumus* Définition non pas psychologique, mais morale. Voir Aristot. *Rhet.* I, 2, 1356 a 5: "On persuade par l'ἦθος quand le discours est dit de façon à rendre crédible celui qui le tient; car nous avons une confiance plus grande et plus prompte dans les honnêtes gens". Cf. Quint. *Inst.* VI, 2, 11: "quidquid de honestis et vtilibus, denique faciendis ac non faciendis dicitur".

351 *illis* Les Grecs; il s'agit du mot ἦθος.
nobis Les Latins; c'est donc le mot *mores*.
docendi gratia "Pour enseigner" sc. la rhétorique (et la poétique). La source est Quint. *Inst.* VI, 2, 13: "Ἦθος quod intellegimus quodque a dicentibus desideramus, id erit etc." si on lit "discentibus" au lieu de "dicentibus", leçon qu'Er. a pu trouver dans un manuscrit ou une édition imprimée, ou qui résulterait d'une correction d'Er. supposant qu'ici Quint. parle en professeur et explique ce qu'il attend de ses étudiants.

352–354 *affectus* ... *perturbent* Adaptation de la suite du passage de Quint. *Inst.* VI, 2, 13: "... id erit quod ante omnia bonitate commendabitur, non solum mite ac placidum, sed plerumque blandum et humanum et audientibus amabile atque iucundum, in quo exprimendo summa virtus ea est, vt fluere omnia ex natura rerum hominumque videantur, quo mores dicentis ex oratione perluceant et quodam modo agnoscantur". Cependant il y a une certaine différence de sens: Quint. parle du caractère de l'orateur, Er. des sentiments communs; il est probable que cette interprétation faussée est due en partie à des expressions telles que "humanum" (qu'Er. prendrait au sens de: "commun à tous les hommes"), "ex natura ... hominum" (devenu: "secundum naturam") et "agnoscantur".

353–354 *delectent* ... *perturbent* Ce dernier mot définit le rôle des πάθη; l'antithèse reprend les termes rhétoriques: "delectare" "mouere".

354 *lachrymas* Quint. *Inst.* VI, 2, 7: "... fletus erumpit ...".

355–356 *quod parentes* ... *nepotes* Cette énumération des sentiments entre personnes apparentées dérive sans doute encore de Quint. *Inst.* VI, 2, 14: "Quod est ... inter coniunctas maxime personas ... Alia patris aduersus filium, tutoris aduersus pupillum, mariti aduersus vxorem moderatio, etc.".
auiae nepotes Peut-être y a-t-il ici un élément autobiographique voilé: "Puer alitus est apud auiam" ('Compendium vitae', Allen I, p. 47, l. 18).

nepotes, vnde delicatius educati vulgo dicti sunt 'mammaethrepti'. Patrui seueriores in nepotes, socrus iniquiores in generos quam soceri, nouercae in priuignos. Foeminei sexus inconstantia, futilitas et infirmitas, in virili ferocia, in meretrice rapacitas et blandicies, in seruis furacitas et odium in dominos. Fauor omnium erga pubescentem aetatem. Senum morositas, parsimonia et in reprehendendis iuuenum moribus censoria seueritas, in milite profusio et iactantia, in lenone periurium, in Italo ciuilitas et eruditio, in Germano belli studium atque item de caeteris, quae sunt infinita. Tales affectus commode aspersi quum reliquis orationis partibus, tum praecipue narrationibus, reddunt eam et probabilem et iucundam et, si minus concitatam, tamen nec languidam. Non enim in tragoediis tantum, verum et in comoediis, si bene moratae sint, videmus interdum spectatoribus erumpere lachrymas. Quod si accidit in argumentis quae scimus arte conficta, quanto magis id vsu veniet in veris et indubitatis atque adeo ad nos pertinentibus. Hoc affectuum genus plane regnat in comoediis, tametsi frequenter incidit et in tragoediis, Graecorum praesertim; in quo tractando felix est Homerus nominatim in Odyssea, vnde
LB 978 putant nouam comoediam esse desumptam. Hu|ius tamen non leues aculeos agnoscas et in Sacris Voluminibus, velut in historia quae refertur Geneseos cap. XLII et aliquot sequentibus. Similiter in parabola filii prodigi resipiscentis apud Lucam. Ex quo quidem argumento posset non inelegans texi comoedia.

Ad declarandam ἠθῶν καὶ παθῶν differentiam, charitatem Fabius ponit inter ἤθη, qualis est inter parentes ac liberos, inter amicos et affines; amorem inter πάθη, qua voce putat declarari vehementem affectum, qui nos discruciet ac

356 *mammaethrepti* Le mot grec μαμμόθρεπτος figure dans Scholie à Aristoph. *Ran.* 990 (et non 1021 comme dit Liddell-Scott) avec le sens évident de "qui tète encore", "nourrisson"; la forme latine "mammothreptus" est dans Aug. *Psalmus contra partem Donati* 30; enfin "Mammotrectus" (déformation du précédent) est le titre d'un lexique pieux du Franciscain Marchesini ainsi expliqué: "Et, quia morem gerit talis decursus pedagogi qui gressus dirigit paruulorum, Mammotrectus poterit appellari" (*Gramm. rhét.*, p. 202). Dans tous ces mots le préfixe "mammo-" signifie "le sein"; "mamma" employé par Er. signifie 1. le sein; 2. la maman; 3. la grand'maman (Martial. I, 100) et le contexte indique qu'Er. le prend en ce troisième sens.

356–357 *Patrui seueriores* L'oncle paternel est moins aveuglé par l'amour que le père envers les défauts ou les fautes de ses neveux; c'est pourquoi "patruus" a pris le sens de "critique sévère", "enclin à blâmer". Voir Cic. *Cael.* 25; Catull. 74, 1; Hor. *Carm.* III, 12, 4; *Serm.* II, 2, 97; II, 3, 88; Pers. 1, 11; ces références sont données dans l'*Adag.* 1339 'Ne sis patruus mihi. Sapere patruos' (*LB* II, 535 D).

357 *iniquiores* "Plus défavorables"; cf. Allen I, p. 120, l. 36; p. 218, l. 57; p. 330, l. 28; p. 483, l. 38; II, p. 106, l. 602; p. 110, l. 765; *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 284, l. 26; *Apolog. c. Iac. Latomi dialog.*, *LB* IX, 83 F et 103 D, etc. Ailleurs le mot a d'autres sens et peut même signifier "partial", "favorable à": *De lib. arbitr.*, *LB* IX, 1244 A.
socrus ... soceri Source non identifiée.

357–358 *nouercae ... priuignos* Voir *Adag.* 1195 'Odium nouercale' (*LB* II, 481 D) avec une épigramme attribuée à Callimaque et deux vers d'Eur. *Alc.* 309–310.

358 *Foeminei ... inconstantia* L'*Adag.* 2551 'Mulieris animus' (*ASD* II, 6, p. 370) cite Ennius et Ter.: "Noui ingenium mulierum. / Nolunt vbi velis, vbi nolis, cupiunt vltro" (*Eun.* 812–813). Voir *De cop. verb.* II (*ASD* I, 6, p. 266, l. 758): "mulieris peculiarem inconstantiam".

futilitas Cf. *Adag.* 2550 'Mulieris podex' (*ASD* II, 6, p. 369, ll. 498–499): "Ignauum animal mulier et quo minus habet mentis, hoc inhonestis voluptatibus est addictius. Amat ocium, etc.".
ferocia Le contexte invite à prendre ce mot dans son sens péjoratif "naturel violent et emporté".
359 *meretrice* Er. a ici à l'esprit les comédies de Plaut. et Ter.
seruis ... dominos L'*Adag.* 1231 'Quot seruos habemus, totidem habemus hostes' (*LB* II, 493 D–494 A) cite Macr. *Sat.* I, 11, 13 où ce proverbe est rapporté avec cette correction "non habemus illos hostes, sed facimus, etc.", souvenir de Sen. *Epist.* 47, 5. Er. cite aussi Plat. *Leg.* VI, 776 e-777 a, et Festus qui rapporte le proverbe inverse.
360 *Fauor ... aetatem* Cf. *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 82, l. 191 sq.: "Deinde quae succedit huic adolescentia, quam est apud omnes gratiosa, quam illi candide fauent omnes, etc.".
360–361 *Senum ... seueritas* Cf. Hor. *Ars* 173–174: "Difficilis, querulus, laudator temporis acti / se puero, castigator censorque minorum".
361–362 *in milite ... iactantia* Cf. Plaut. *Mil.* Bien sûr pour ce qui précède aussi Plaut. et Ter. fournissent des modèles. Pour la *profusio* voir *Adag.* 3358 'Bello parta', ou 'Ex hostium regione' (*LB* II, 1038 D): "Solemus enim celerius ac temere profundere si quid hostibus sit ereptum".
362 *in lenone periurium* Cf. *Adag.* 2614 'Lucrum pudori praestat' (*ASD* II, 6, p. 433) où est rapportée la sentence d'un "leno" dans Plaut. *Pseud.* 281.
in Italo ... eruditio Cf. *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 128, ll. 64–66: "Itali bonas litteras et eloquentiam asserant atque hoc nomine sibi suauissime blandiantur omnes, quod soli mortalium barbari non sint". Mais Moria affirme que la "morum ciuilitatem" est revendiquée par les Français.
362–363 *in Germano belli studium* Mais Moria dit que ce sont les Espagnols qui se disent les premiers par la 'bellica gloria'; ce changement d'opinion s'explique par les événements écoulés depuis 1508; voir le *Coll.* 'Ementita nobilitas', *ASD* I, 3, p. 612 ainsi commenté dans le *De vtilitate Coll.*: "depingo genus hominum qui sub vmbra nobilitatis existimant sibi nihil non licere, quae praecipua pestis est Germaniae".
365 *probabilem* "Plausible, vraisemblable"; cela relève du "docere" comme *iucundam* du "delectare".
si minus "Sinon"; *minus* a la valeur d'une négation.
366 *bene moratae* "Si les caractères (des personnages) sont conformes à la morale"; Er. revient d'un sens de *mores* qu'il vient de développer à celui qu'il a chez Quint. *Inst.* VI, 2, 13; ci-dessus, p. 69, n.ll. 352–354. Voir aussi *Hyperasp.* II, 190 (*LB* X, 1463 C–E).
367 *spectatoribus ... lachrymas* Cf. ci-dessus p. 68, l. 354 et *Hyperasp.*, loc. cit., 1463 E: "Dices: facile est applaudere aut obsibilare. Sed vnde lachrymae, quas viris etiam excutiunt insignia virtutum exempla? An non ista declarant homini penitus insita virtutum exempla?".
368 *argumentis* Au sens: "Argumentum est ficta res, quae tamen fieri potuit, velut argumenta comoediarum" (*Rhet. Her.* I, 8, 13).
371 *felix est Homerus ... Odyssea* Voir *De cop. verb.* II, 'De exemplo fabuloso' en particulier (*ASD* I, 6, pp. 235 et 256, ll. 965–981).
371–372 *Odyssea ... desumptam* Pseud.-Plut. *De vita et poesi Homeri* CCXIV, dit que la comédie (mais sans distinction entre l'ancienne et la nouvelle) tire son origine d'Hom. *Il.* et *Od.* (ed. Dübner, t. V, 161–162). Peut-être y a-t-il un autre texte plus proche de l'affirmation d'Er.?
372 *Huius* Sc. "Hoc affectuum genus" (l. 369).
aculeos Cf. Cic. *De or.* III, 138: "... vt in eorum mentibus qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret"; voir *Gramm. rhét.*, pp. 1104–1105.
373–374 *Geneseos ... sequentibus* C'est l'histoire des voyages des fils de Jacob en Egypte, ou si l'on préfère de Joseph et ses frères.
374–375 *filii prodigi ... Lucam* *Lc.* 15, 11 sq.
375 *texi comoedia* Au sens sans doute de "pièce de théâtre à dénouement heureux"; le *Dictionnaire des Oeuvres Laffont-Bompiani* nomme une anonyme *Rappresentazione del figliuol prodigo* souvent jouée au XVIe s., des œuvres d'humanistes allemands Waldis (1527) et Wickram (1540), de Lope de Vega, d'André Gide (1909), de Jacinto Grau (début du 20e s.), sans compter plusieurs compositions musicales dont une cantate de Debussy.
376 *Fabius* Quint. *Inst.* VI, 2, 12: "πάθος atque ἦθος esse ... ex eadem natura, ita vt illud maius sit, hoc minus, vt amor πάθος, caritas ἦθος" et un peu plus haut VI, 2, 9: "hoc concitatos, illos mites atque compositos ...: in altero vehementes motus, in altero lenes, etc.".

iudicium mentisque tranquillitatem eripiat, qualem fingunt Phaedrae in Hippolytum, Medeae in Iasonem, Didonis in Aeneam. Quod figmentum quum D. Augustinus sciret falso a Vergilio de muliere pudica compositum, tamen fatetur se iuuenem, absque lachrymis non potuisse legere. Huius generis affectus praecipui sunt misericordia, indignatio, amor et odium.

Vtriusque generis affectus plerunque petuntur ex iisdem locis, de quibus ante per occasionem nonnulla diximus, hoc est, ex omnibus circunstantiis tum rei, tum personae. Nec ex his modo, vnde petuntur probationes, verum simpliciter ex omnibus. Nam sunt circunstantiae quae, quum nihil faciant ad probationem, ad affectus tamen conducunt. Velut indignior est contumelia in bene meritum quam in nihil promeritum, et miserabilior est afflictio innocentis quam nocentis, et detestabilius est fallere simpliciter fidentem quam fallere cautum ac diffidentem, quum tamen meritum esse aut innocentem esse aut confidere non faciant ad probationem. Horum omnium si quis requiret exempla, petat e rhetorum libris, praecipue ex Macrobio, qui libro Saturnaliorum quarto ea diligenter exequitur, quum ex aliorum monumentis, tum Vergilii Maronis; quem locum vnde Macrobius hauserit demiror, nisi forte e libris quos de rhetorica scripsit Plinius maior. Nam Macrobio mos est, quum nihil adferat ex sese, tamen miro studio celare autores. Constat illum multa ad verbum decerpsisse ex Noctibus Atticis A. Gellii, sed citra nomenclaturam vt omnia.

Porro quemadmodum vtilius est ecclesiastae solicitare affectus auditorum quam patronis, ita non paulo facilius est eo quod pleraeque res, de quibus illi dicendum est, primum sint indubitatae veritatis, his quoque certiores, quae oculis et omnibus sensibus percepta tenemus; deinde tam magnae, vt prae his omnia quae vel accidunt in rebus humanis vel a facundis hominibus in hoc ipsum conficta sunt, vt moueant affectus, frigeant meraeque nugae videantur.

Primum quae de diis Ethnicorum prodidit theologia, quid aliud sunt quam somnia, si ad euidentem Sacrae Triadis cognitionem diuinitus nobis patefactam conferantur. Ad Christum vero generis humani seruandi gratia factum hominem, natum ex virgine, mortuum in cruce, sepultum, a mortuis rediuiuum, ascendentem in coelum, sedentem ad dextram Dei Patris, quid illa sunt nisi anicularum fabulae? Iuppiter Amphitryonis specie cum Alcmena concumbens et fabulosum gignens Herculem, supparasitante Mercurio, aut hominis falsa imagine tectus, apud Lycaonem diuersans.

Illorum vero mysteria quid sunt nisi impia deliramenta, si ad Ecclesiae sacramenta ritusque conferantur, velut ad baptismum aut ad coenam Dominicam. Quid Cereri aut Baccho initiandis praescribebatur, nonne mera superstitio? Quid autem in illis mysteriis peragebatur, nonne praestat silere? In nostris vero praescribitur superioris vitae poenitentia, et per fidem confertur innocentia, adduntur varia dona Spiritus, non alio spectantia quam ad gloriam Dei et salutem hominum. Quid Pythius Apollo suis vatibus insaniam immittens ad coelitus emissum Spiritum Sanctum, qui discipulos non in furorem

393 petat e *O*: petat a *BAS LB*.

379–380 *Phaedrae* ... *Aeneam* Exemples de passion amoureuse mortelle tirés d'Eur. et Sen. (Phèdre et Médée) et de Verg.

380–381 *D. Augustinus* (Diuus Aug.) *Conf.* I, 13, 21–22; cf. G. Boccace, *Genealogia deorum gentilium* (mentionné *De rat. stud.*, *ASD* I, 2, p. 123, ll. 8–10), XIV, 13, 149 b d, ed. Romano, Bari, 1951, pp. 721, 26–723, 26. L'histoire "véritable" de Didon, où Enée ne joue aucun rôle, est narrée par Justin, XVIII, cap. 5–6.

383 *misericordia* Voir Quint. *Inst.* VI, 1, 22–23 (misericordia – miseratio).
adamante durius Le diamant, Plin. *Nat.* XXXVII, 4, 15, 55 sq.

629–630 *adamas ... vincitur* Plin. *Nat.* XXXVII, 4, 15, 59: "illa inuicta vis, duarum violentissimarum naturae rerum, ferri ignisque, contemptrix, hircino rumpitur sanguine, etc.".

631 *lachrymulam* Ce diminutif est chez Ter. et Cic.

632–633 *porrecta dextra* "La main droite tendue", sc. vers le vicaire. Cf. *Adag.* 3808 'Porrigere manus' (*LB* II, 1146 B–C).

633 *sub persona Dei* Car l'apostrophe est censée provenir de Dieu: *Dei nomine* (l. 628).

633–634 *quod ... essent* "Parce que (croyait-il)".

epinicio, quum Robertus iactaret suam victoriam, non inscite tergiuersatus est vicarius. 'Non tua, inquit, facundia mihi excussit lachrymas, sed mea misericordia, reputanti quam indignum esset, quod tam felix natura mundo seruiret potius quam Christo'. |

LB 983 Hos affectus temporarios qui mox refrigescunt non captat ecclesiastes. Non enim est histrio aut patronus forensis. Histrioni satis est si stet actio et auferat populi plausum. Patrono sufficit, si tantisper commotum habeat iudicem, donec pronunciarit, minime solicito quid animi postea sumat ponatue domi. At pius ecclesiastes illud spectat, vt tenaces aculeos relinquat in animis auditorum et in eos velut in bonam terram bonum semen inspergat, quod paulatim vim suam exerat, donec erumpat in fructum pietatis. Hoc citius efficiet incondita, sed ab animo flagranti proficiscens oratio, quam omnibus rhetorum machinis instructa, sed e labiis non e corde profluens.

Fortasse non absurdum fuerit hic referre quod narratur in Historia ecclesiastica. Aliquot episcopi pulchre docti conferebant cum quodam insigniter erudito, hoc agentes vt illi persuaderent baptismum. Quumque in longum proferretur disputatio, nec philosophicis illis et acutis rationibus quicquam proficeretur aduersus hominem iisdem armis instructum, quidam ex episcopis vir pius sed imperitus assurgens, sermone indocto breuique flexit hominem. 'Quid? inquit, credisne Dominum Iesum pro nobis factum hominem et crucifixum?'. Quum respondisset se credere: 'Quid igitur hic, inquit, terimus tempus superuacaneis cauillationibus. Quin potius imus ad basilicam et illic accipis insignia Principis ac Redemptoris tui'. Assensus est, itum est ad baptismum, et disputatio versa est in professionem. Post rogatus quomodo tam facile cessisset vni imperito, qui a tam multis eruditis flecti non poterat: 'Donec, inquit, audiebam rationes humanas, humanis rationibus repugnabam. Caeterum simul atque audiui Spiritum loquentem, cessi Spiritui'. Proinde nihil potentius ad excitandos bonos affectus quam piorum affectuum fontem habere in pectore. Expedit tamen interdum mentis habitum veluti dormitantem expergefacere, quo maior sit orationis energia, quandoquidem qui Spiri-

635 *epinicio* "Qui suit la victoire"; se dit d'une fête ou d'un chant pour célébrer la victoire guerrière. Er. en fait un emploi ironique (*victus* l. 621).
non inscite Négation de l'opposé (*De cop. verb.* 24, *ASD* I, 6, p. 72) qui équivaut à un superlatif de "scite" (avec art, habileté, finesse).
tergiuersatus est "User d'un faux fuyant" pour mettre en doute la victoire de Roberto (combattre en tournant le dos).

637 *reputanti* Apposé à "mihi" qui se tire de *mea*; explique le motif de la pitié (*misericordia*) du vicaire pour Roberto.
indignum "Indécent, honteux".
felix natura Cf. ll. 609–610: *miris naturae dotibus ad dicendum instructus*.
seruire mundo C'est la négation de la "philosophia Christi".

639 *temporarios* "Passager, qui ne dure qu'un temps"; cf. Quint. *Inst.* V, 10, 28: "His adiiciunt quidam commotionem: hanc accipi volunt temporarium animi motum, sicut iram, pauorem".
refrigescunt Pour ce sens figuré voir par ex. Ter. *Ad.* 233.
captat "Cherche à faire naître"; Cic. l'emploie avec des compléments tels que "be-

neuolentiam" (*Inv.* I, 15, 21), "misericordiam" (*Inv.* II, 6, 9).

640 *patronus forensis* "Avocat devant un tribunal", l'adjectif est destiné à éviter toute équivoque ou obscurité.
stet actio L'acteur marque un temps d'arrêt pour permettre aux spectateurs émus d'applaudir après une tirade pathétique.

641 *commotum habeat* "Maintient dans l'émotion"; pour *commotum* voir la citation de Quint. n.l. 639.

641–642 *tantisper* ... *donec* "Jusqu'au moment où".

642 *pronunciarit* Subjonctif parfait "il a prononcé (son jugement)".
solicito En accord avec *patrono.*
quid animi "Quel état d'âme", c'est-à-dire: "quel jugement" (au sens moral plutôt que juridique, puisque la sentence a été prononcée).
sumat ponatue "Il choisit (adopte) ou dépose (abandonne)"; pour ce sens de "ponere" avec "librum, arma, tunicam" voir Cic.
domi Place ironiquement expressive, en rejet.

643–644 *tenaces* ... *auditorum* Cf. *Paracl.*, Holborn, p. 139, ll. 22–25: "quae tenaces aculeos relinquat in animis auditorum, quae rapiat, quae transformet, quae multo alium dimittat auditorem quam acceperit"; l'image des *aculeos* vient de Cic. *De or.* III, 138 (à propos de Périclès qui savait) "in eorum mentibus qui audissent quasi aculeos quosdam relinquere".

644 *bonam terram bonum semen* Cf. *Mt.* 13, 23–24 (parabole du semeur puis parabole du bon grain et de l'ivraie).

645 *exerat* (Ou *exserat*) "manifeste au dehors, montre".
erumpat "Jaillisse, éclate" (soudaineté et intensité).
fructum pietatis Achève la métaphore et rappelle le but de la prédication.

646 *incondita* "Informe, sans art".

647 *machinis* "Artifices, procédés"; cf. Quint. *Inst.* XI, 1, 44: "omnes ad amplificandam orationem quasi machinae".
profluens "Qui coule en abondance"; Cic. *De or.* II, 159: "genus sermonis fusum ac profluens"; III, 185: "loquacitas perennis ac profluens".

648–649 *Historia ecclesiastica* Cassiod. *Hist. tripartita* II, 3 (*PL* 69, 923) rapporte d'après Sozomène I, 17 (éd. Valois 18) une anecdote du temps du Concile de Nicée: "Un philosophe éloquent raillait les prêtres; un vieillard simple et innocent lui dit: 'Au nom de Jésus-Christ, philosophe, écoute les dogmes de la vérité [suit un bref exposé]. Qu'il en soit ainsi, nous le croyons sans examen approfondi. Donc ne te fatigue pas en cherchant à détruire ce que nous avons reçu par la foi. Ne fais pas d'enquête sur la manière dont ces choses ont pu s'accomplir ou ne pas s'accomplir. Si tu crois en mon conseil, réponds à cela'. Le philosophe, stupéfait: 'Je crois, fit-il'. Alors rendant grâces pour sa défaite il professait les mêmes choses que le vieillard et cherchait à persuader ses précédents partisans de faire comme lui, jurant qu'il n'avait pas changé d'avis inconsidérément, mais qu'il avait été amené soudain au christianisme par une certaine force ('virtute') ineffable". C'est seulement au chapitre suivant qu'il est question d'un évêque. Er. a modifié l'épisode, fait un amalgame des deux chapitres, mais conservé les traits essentiels.

649–650 *pulchre docti* ... *eruditio* Exemple de "varietas".

650 *hoc agentes vt* "Entreprenant de": Cic. *Verr.* 4, 137; *Lael.* 4.

651 *philosophicis* ... *rationibus* Pointe contre les scolastiques; cf. *Coll.* 'Conuiuium religiosum', *ASD* I, 3, pp. 251–252, ll. 620–630.

656 *cauillationibus* Mot cher à Er. pour désigner les sophismes, les argumentations compliquées et obscures, propices aux disputes; ce sens se rencontre chez Quint. *Inst.* X, 7, 14 et Sen. *Epist.* 111, 1: "Quid vocentur Latine sophismata quaesisti a me ... Aptissimum videtur mihi quo Cicero vsus est: 'cauillationes' vocat. Quibus quisquis se tradidit quaestiunculas quidem vafras nectit, ceterum ad vitam nihil proficit: neque fortior fit neque temperantior neque elatior".

658 *professionem* Profession de foi qui est au centre du baptême.

660 *humanis rationibus* Datif ou ablatif? plus probablement ce dernier; le chiasme (*rationes humanae*, *humanis rationibus*) détache *humanis*.

663 *mentis habitum* "La disposition d'esprit" de l'orateur sacré.

664 *energia* Graphie latine de ἐνέργεια; voir Quint. *Inst.* VIII, 3, 89: "'Ενέργεια confinis his (est enim ab agendo ducta) et cuius propria sit virtus non esse quae dicuntur otiosa"; la forme latine est chez Hier. *Epist.* 53, 2. C'est un synonyme de "effectus" (puissance, efficacité); cf. ci-dessous, livre IV, p. 330, l. 383: "confirmatur effectu siue energia".

tus dono afflati sunt, habent quidem preciosum thesaurum, sed in vasis fictilibus. Id tribus potissimum modis effici poterit.

Primum per imaginationem siue phantasiam, qua sibi rerum, de quibus verba facturus est, imagines attenta cogitatione repraesentat. Vehementius nos commouent quae spectamus oculis quam quae tantum audimus. Quis enim non acrius animo perturbetur, si conspiciat hostem ardentibus oculis, districto gladio, immani clamore irruentem, supplici ac pauitanti ferrum in pectus impingere, collabi saucium et magno gemitu efflare animam, quam si tantum audiat hominem crudeliter occisum?

Scio esse virtutem orationis quam Graeci hypotyposin, siue enargiam, M. Tullius euidentiam appellat, quae totam rei speciem ita subiicit auditoris animo, vt geri sub oculis, non narrari videatur; sed plurimum interest inter visa dormientium et conspectum vigilantium, vt dissimulem, quod haec ipsa virtus euidentiae ab imaginatione proficiscitur. Nec opus hic est, vt ecclesiastes sibi fingat quae fieri potuerint, etiam si facta non sint, quod solent causarum patroni, sed ipsa Scripturarum propior ac fixior inspectio veras species abunde suppeditabit. In historiis tamen humanis, velut in martyrum agonibus explicandis, vt licet sermones aptos affingere personis, modo id fiat verecunde, ita non est nefas quasdam circunstantias addere quas verisimile est in negocio gerendo adfuisse.

In vtroque mirus est artifex Chrysostomus. Siquidem Scriptura similis est insigni picturae, quam quo diutius contemplere, hoc plus videas quod admireris. Ad hanc qui artifices et exercitatos admouerit oculos, longe alia videbit quam videret imperitus aliquis parum attente contemplans. Proinde concionator vbi singulas partes attenta cogitatione lustrarit, et ipse magis commouebitur et alios vehementius inflammabit. *Ante quorum oculos Christus crucifixus est*, ait Paulus. Atqui Galatae nunquam viderant Christum in cruce, sed ex euidenti praedicatione Pauli, sic erat repraesentatus animis illorum,
LB 984 quasi vidissent quod audierunt. | Sic Chrysostomus ex omnibus circunstantiis amplificat hospitalitatem Abrahae, mansuetudinem Dauidis erga Saulem, aliaque fere omnia quae tractat. Atqui isthuc non est affingere nostra phantasmata Scripturae, sed ipsam Scripturam, velut insigne peristroma explicare et oculis subiicere.

Plusculum veniae datur humana narrantibus. Velut Basilius non sat habet narrare quadraginta martyres frigore interfectos, sed ob oculos ponit quid accidat talibus qui frigore pereunt. Neque quicquam omnino praetermittit, quod vel ad euidentiam vel ad amplificationem facit. Milites erant et iuuenes erant, hic protinus personae qualitas admirabiliorem reddit ardorem fidei. Nec vnius regionis omnes, sed vt in delectibus alii aliunde asciti, atque hoc mirabilior erat tantus in professione Christianismi consensus. Eodem facit, quod non erant duo tresue, sed numero quadraginta, vno ore, eademque mente. Erant in rebus bellicis eximii, suaque virtute primos honores promeruerant apud imperatorem. Nec protracti sunt ad professionem, sed vltro sese

695 isthuc *cett.*: istud *LB*.

665–666 *thesaurum* ... *fictilibus* Citation de 2. *Cor.* 4, 7.

667 *imaginationem siue phantasiam* Quint. *Inst.* VI, 2, 29: "At quo modo fiet vt adficiamur? Neque enim sunt motus in nostra potestate. ... Quas φαντασίας Graeci vocant (nos sane visiones appellemus), per quas imagines rerum absentium ita repraesentantur animo vt eas cernere oculis ac praesentes habere videamur, has quisquis bene ceperit is erit in adfectibus potentissimus".

670–673 *hostem* ... *occisum* Evidemment Er. n'a jamais vu de telles scènes, il se souvient d'Hom. et de Verg. (mort de Priam, *Aen.* II, 506–558). La différence entre les deux descriptions est donc moins celle qui sépare la scène vue (*si conspiciat*) et la scène connue par récit (*si audiat*) que celle qui sépare récit détaillé et récit synthétique.

674 *hypotyposin* Graphie latine de ὑποτύπωσις; Quint. *Inst.* IX, 2, 40: "Illa vero, vt ait Cicero [*De or.* III, 202; *Or.* 139], sub oculos subiectio tum fieri solet cum res non gesta indicatur, sed vt sit gesta ostenditur, nec vniuersa, sed partes: quem locum proximo libro [VIII, 3, 61] subiecimus euidentiae. Et Celsus hoc nomen isti figurae dedit: ab aliis ὑποτύπωσις dicitur, proposita quaedam forma rerum ita expressa verbis vt cerni potius videantur quam audiri: 'ipse inflammatus scelere et furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat' [Cic. *Verr.* 2, 5, 161]"; cette dernière description a pu suggérer à Er. celle des ll. 668–669.
enargiam Encore une graphie latine du mot grec ἐνάργεια, équivalent de "euidentia" (Quint. *Inst.* IV, 2, 63); "Insequetur ἐνάργεια quae a Cicerone inlustratio et euidentia nominatur, quae non tam dicere videtur quam ostendere, et adfectus non aliter quam si rebus ipsis intersimus sequentur" (Quint. *Inst.* VI, 2, 32).

676–677 *plurimum* ... *vigilantium* Cette remarque prend son sens si l'on se reporte ll. 667–668 à *imaginationem* et *imagines* car "visa" ou "visiones" signifient tantôt ce qui est perçu, tantôt ce qui est imaginaire.

680 *causarum patroni* Cf. *patronus forensis* (p. 86, l. 640).
propior ... *inspectio* Il faut regarder chaque détail du récit ou de la description biblique, et s'attarder sur chacun. Cf. ll. 686–688.

681 *historiis* ... *humanis* Les récits faits par des hommes, non sous l'inspiration divine.

682 *agonibus* "Luttes, combats", mot des auteurs ecclésiastiques (Tert., Cypr.).
sermones ... *personis* Imaginer des propos tenus par les personnages, un peu comme les historiens profanes inventent des discours.

683 *non est nefas* Equivalent de *licet* (l. 682) par négation de l'opposé. Cf. p. 86, l. 635. Moyen de varier l'expression.
addere Correspond à *affingere* (l. 682); nouvelle forme de "varietas".

683–684 *verisimile* ... *adfuisse* Correspond à *aptos* (l. 682): "adaptés", "appropriés", c'est-à-dire: vraisemblables.

685 *Chrysostomus* Voir *ASD* V, 4, p. 266, n.l. 435.

686 *hoc plus* Au lieu de l'usuel "eo plus", corrélatif de *quo diutius*. Er. a parlé de la peinture: *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 40, ll. 875–905. Voir aussi livre II, *ASD* V, 4, p. 254, ll. 187–190.

689 *singulas partes* Les détails du récit biblique.
attenta cogitatione L'épithète répète *attente* (l. 688) pour mieux souligner l'identité entre regarder un tableau et réfléchir sur un texte.

690–691 *Gal.* 3, 1. Paul modèle donc du prédicateur par l'efficacité de sa parole due à la sincérité de son émotion.

693 *circunstantiis* Cf. l. 683.

694 *hospitalitatem Abrahae* Chrys. *Hom. in Gn.* 41, 4–5 (*PG* 53, 379 sq.) d'après *Gn.* 18, 1–8.
mansuetudinem ... *Saulem* Chrys. *Hom. de Dav. et Saule* 1, 1–2 (*PG* 54, 675 sq.) et 2 (688 sq.) d'après 1. *Sm.* 24 et 26.

695 *affingere* Cf. l. 682. A ici pour complément au datif *Scripturae* (l. 696).

696 *phantasmata* Apparences imaginaires, cf. ci-dessus, l. 667.

698–699 *Basilius* ... *interfectos* Basil. *Hom.* 19 *In sanctos XL martyres* (*PG* 31, 507–526).

701 *euidentiam* Equivaut à ἐνάργεια (Quint. *Inst.* IV, 2, 63), à "illustratio" (VI, 2, 32), à "sub oculos subiectio" ou encore ὑποτύπωσις (IX, 2, 40). Voir ci-dessus, l. 674.
amplificationem Voir p. 48, l. 882 sq.

702 *personae qualitas* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 372, l. 114 sq.; l. 139; ll. 151–152.

703 *delectibus* Au sens militaire: "levées de troupes".
alii aliunde asciti Basil. *Hom.* 19, 2 (*PG* 31, 509 B).

705 *non erant* ... *quadraginta* Ibid. 1 (508 B).

706–707 *Erant* ... *imperatorem* Ibid. 2 (509 C).

Christianos esse professi sunt; nec vnus loquebatur pro omnibus, velut ex conspiratione, sed singuli suum nomen professi sunt, idque quum viderent ad terribile Caesaris aedictum, paratos ignes, gladios, cruces, foueas, rotas, flagella. Quorum terrore complures profugerant, quod est abnegandi genus, nonnulli perstiterunt in professione. Aliquam multi certamen ingressi, quum impares essent perferendis cruciatibus, coronam amiserunt ac iam portui vicini fecere naufragium. Nihil horum deterruit egregios iuuenes atque adeo nec blandis praefecti dictis nec splendidis promissis flecti potuerunt. Spreta, vt fit, praefecti humanitas in furorem versa est. Excogitauit immane mortis genus. Regio erat natura frigida, tum Boreae exposita, ad haec praecipitiis ac rupibus inaequalis. Electa nox est, qua vt quum maxime saeuiebat Boreas. Inter praecipitia lacus erat in media ciuitate, adeo gelu concretus, vt tutum esset super glaciem non aliter quam in terrae solo ambulare atque etiam equos et plaustra agere. In eum lacum iussi sunt milites descendere, ibique nudi totam noctem sub dio agere. Quo cruciatu nihil horribilius. Corpus enim congelascens rigore, primum fit totum liuidum, videlicet concrescente sanguine. Mox corrumpitur ac referuescit, cum dentium collisione, venarumque ruptura, donec tota corporis moles inuitis contrahatur. Atque hinc dolor acris et cruciatus inenarrabilis ad medullas penetrans, sensum gignit in frigore concretis minime tolerabilem. Post haec tendit corpus in fastigium, summis partibus velut igni concrematis. Siquidem calor depulsus ab extremis corporis, et vniuersus refugiens ad intima, quemadmodum eas parteis vnde discedit relinquit mortuas, ita ad quas fertur grauiter excruciat, morte paulatim ex rigore accedente. Nec ista solum ponit ob oculos, verum etiam attribuit sermonem cum decoro, quid dixerit praefectus blandiens, quid martyres blandienti responderint, quid responderint minitanti, quibus verbis sese inuicem cohortati sint lacum ingredientes, quid deprecati sint in ipso cruciatu. Verum ne singulis repetendis fiam molestus, sic vir ille facundissimus exaggerat ac depingit omnia, vt plus videas in illius narratione quam si coram spectasses. Sed hanc miserandam rerum faciem ipse prius repraesentauit animo suo et ante seipsum commouit quam alios ad misericordiam accenderet.

Itidem Chrysostomus in Babyla, quanta euidentia depingit imperatorem saeuum ac praepotentem cum suo satellitio magno fastu ingredientem, episcopum non alia re armatum quam verbo ire in occursum vultu intrepido, manum apponere in pectus tyranni, denunciare vt impius a sacris se subducat. Haec exempli gratia produxisse sufficit.

Ad concipiendas autem phantasias alii natura sunt propensiores, alii vsu promptiores, veluti pictores quidam faciem semel visam exprimunt coloribus, si diligentius fuerint intuiti, quod totam vultus imaginem secum animo
LB 985 deferunt. Sic in obseruandis Scripturis | alius est alio oculatior aut etiam exercitatior. Audimus enim quosdam sic exercitatos in huiusmodi contemplatione rerum, veluti Christi sudantis in horto aut distenti in cruce, vt affirment se similia quaedam pati qualia perpessus est ille; quidam illud etiam asseue-

rant, tantam esse vim imaginationis, vt res in ipsum etiam corpus transeant, verbi gratia, vestigia vulnerum dominicorum in manibus, pedibus et pectore.

709 *singuli ... professi sunt* Ibid. 4 (512 BC).

710–711 *paratos ignes ... flagella* Ibid. 3 (512 A): τὸ πῦρ ἕτοιμον, τὸ ξίφος ἠκόνητο, ὁ σταυρὸς ἐπεπήγει ... ὁ βόθρος ... ὁ τροχός ... οἱ μάστιγες.

711 *profugerant* Ibid. (512 A): οἱ μὲν ἔφευγον. *abnegandi genus* Cf. avec plus de nuance *Paraphr. in Mc.* 14, 50 (*LB* VII, 263 D–E): "Infirmis licet fugere, qui nondum idonei sunt perferendis suppliciis; quanquam incidit tempus quo fugisse negasse est. Ibi non oportet fugere, sed vltro ad mortem occurrere. Vbi plus est dispendii quam compendii Euangelio ex morte tua, fugito, latita; vbi fructus est copiosus, si moriaris dispendium ingens, si te subducas, occurre carnifici".

712 *Aliquam multi* "Passablement nombreux": Gell., Apul. mais aussi Cic. *Verr.* 2, 4, 56. *certamen* Basil. *Hom.* 19, 4 (*PG* 31, 512 A) τοῖς ἀγῶσιν ἐμβάντες.

713 *coronam* Jeu: il y a la couronne du vainqueur dans les jeux du stade, et celle du martyre (513 B): τοῦ στεφάνου τῆς δικαιοσύνης.

713–714 *portui ... naufragium* Basil. *Hom.* 19, 3 (512 A): ὥσπερ οἱ ἐν πελάγει χειμαζόμενοι, καὶ ἃ εἶχον ἤδη ἀγώγιμα τῆς ὑπομονῆς ἐναυάγησαν.

715–716 *Spreta ... versa est* Basil. dit seulement: οὐκ ἐνεγκὼν τῶν ἀνδρῶν τὴν παρρησίαν, ὑπερζέσας τῷ θυμῷ. ἐσκόπει τίνα ἂν ἐξεύροι μηχανήν. *Hom.* 19, 5 (*PG* 31, 513) Er. ajoute la maxime générale (*vt fit*).

717–718 *Regio ... inaequalis* Basil. parle bien du froid et du Borée, mais non des roches et du terrain accidenté; Er. brode à partir de l'indication d'un "lac" (ou d'un "étang" λίμνη) autour duquel la ville était construite (περὶ ἣν ἡ πόλις κατῴκισται 516 B).

718 *Electa nox ... Boreas* Basil. ibid. 516 A: νύκτα ἐπιτηρήσας ἐν ᾗ μάλιστα τὸ δεινὸν ἐπιτείνεται, ἄλλως δὲ καὶ τότε βορέου αὐτὴν ἐπιπνέοντος.

719–721 *adeo gelu ... agere* Basil. ibid. 516 B: οἷόν τι πεδίον ἱππήλατον ἦν, μεταποιήσαντος αὐτὴν τοῦ κρυστάλλου· καὶ ἠπειρωθεῖσα τῷ κρύει, ἀσφαλῶς ὑπὲρ νῶτον πεζεύειν παρείχετο τοῖς περιοίκοις.
Er. amplifie ἱππήλατον.

721–722 *iussi sunt ... agere* Basil. ibid. 516 A: Ἐκέλευσε πάντας γυμνωθέντας ὑπὸ τὸ αἴθριον ... ἀποθανεῖν. 516 B: Τότε ... αἴθριοι διανυκτερεύειν κατεδικάσθησαν.

722–731 *Corpus ... rigore accedente* Basil. ibid. 516 A–B: Σῶμα γὰρ κρύει παραπεσὸν πρῶτον μὲν ὅλον ἐστὶ πελιδνόν, πηγνυμένου τοῦ αἵματος· ἔπειτα κλονεῖται καὶ ἀναβράσσεται, ὀδόντων ἀρασσομένων, σπωμένων δὲ τῶν ἰνῶν, καὶ παντὸς τοῦ ὄγκου ἀπροαιρέτως συνελκομένου. Ὀδύνη δέ τις δριμεῖα, καὶ πόνος ἄρρητος αὐτῶν καθικνούμενος τῶν μυελῶν, δυσφορωτάτην ποιεῖται τοῖς πηγνυμένοις τὴν αἴσθησιν. Ἔπειτα ἀκρωτηριάζεται, ὥσπερ ἀπὸ πυρός, καιομένων τῶν ἄκρων κτλ.

731 *ponit* A pour sujet bien sûr Basile.

732 *decoro* "Convenance": le ton et le style sont adaptés aux personnages et à la situation. Sur cette notion voir Quint. *Inst.* XI, 1; Er. *Adag.* 3042 (*LB* II, 979 F–980 A) et *Ciceron.* (*ASD* I, 2, pp. 599–710) passim.
quid ... blandiens Basil. *Hom.* 19, 4 (*PG* 31, 512 C).

732–733 *martyres ... responderint* Ibid. 513 AB.

733 *quid ... minitanti* Ibid. 513 BC.

734 *cohortati sint* Ibid. 516 C–517 BC.
in ipso cruciatu Ne se sépare pas du précédent.

738 *ante* Adverbe, *seipsum* est complément d'objet de *commouit.*

739 *in Babyla* Chrys. *De S. Babyla contra Iulianum et Gentiles*, *PG* 50, 533–572 (cf. p. 11, n.l. 65).

739–740 *imperatorem ... ingredientem* Chrys. loc. cit. § 6, 541 bas–542 haut.

740–742 *episcopum ... tyranni* Ibid. 542.

744 *phantasias* Voir p. 88, l. 667.

745–748 *veluti pictores ... exercitatior* Reprise de la comparaison entre lire l'Ecriture et regarder un tableau: voir p. 88, ll. 685–688.

749 *Christi ... in horto* *Lc.* 22, 44: "et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram" (Vulg.); "et erat sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentes in terram" (Er. *LB* VI, 322 A). Les autres évangélistes ne parlent pas de sueur.
distenti in cruce Ce mot ne figure ni dans les textes évangéliques ni dans les *Paraphr. in NT* d'Er.

752 *vestigia ... pectore* Ce sont les stigmates, par ex. de saint François d'Assise.

Hic tamen affectus naturae in nonnullis vsque ad vitium procedit. Sunt enim quibus ad alterius vomitum conspectum ilico vomitus stomachi oboriatur aut, audita voce morbo comitiali laborantium, corripiantur eodem. Quosdam et mentio rei immundae aut morbi atrocis aut sectionis sic offendit, vt grauiter afficiantur. Haec imbecillitas non conuenit ecclesiastae, quemadmodum nec medico. Neque enim idoneus est ad medendum, qui statim morbo corripitur, nec aptus ad dicendum, cuius vocem singultus interrumpunt, vultum distorquet impotens ploratus. Quemadmodum Paulus ait *prophetarum spiritus prophetis esse subiectos*, ita affectus oportet esse in potestate concionatoris, vt norit erumpentes lachrymas reprimere et immodicos animi motus pro re praesenti temperare. His igitur duobus modis excitatur ardor animi temporarius.

Tertius est, vt concionaturus si senserit animum languidiorem, locum aliquem Scripturae legat quam maxime appositum ad inflammandum, ei immoretur donec sentiat animum incalescere et, priusquam calor ille refrigescat, conscendat suggestum.

Quartus est, mea sententia omnium efficacissimus, vt sub horam concionis ecclesiastes det se profundae deprecationi et ab eo postulet sapientiam, linguam et orationis euentum, qui linguas infantium facit disertas. Incredibile dictu, quantum lucis, quantum vigoris, quantumque roboris et alacritatis hinc accedat ecclesiastae, imo cunctis hominibus ad quodcunque negocium arduum peragendum. Dexterius loquentur cum hominibus, qui prius tota mente cum Deo fuerint colloquuti. Nec alia res potentius excutit pudorem aut trepidationem humanam, qui affectus frequenter obstant dicenti. Quod si ad id non datur spatium, saltem dum ascendit, dum se componit, preces eiaculetur ad Deum et deprecatio quae ex more fit in suggesto, fiat ex animo potius quam ex more, et fiat votis breuibus, sed ardentibus. Absit autem vt pio ecclesiastae placeat quorundam ambitio, qui quo videantur ingeniosi, a laicorum fabulis et risu, nonnunquam et e parum sobrio conuiuio procurrunt in suggestum, hoc fuco extemporalitatis gloriam captantes. Boni ecclesiastae vnicum studium est, vnica gloria, si senserit Spiritum Sanctum per ipsius organum aliquos inflammasse ad amorem pietatis.

Illud etiam huius mundi rhetores sapienter perspexerunt, acribus illis affectibus, qui totum hominem concutiunt, non esse diutius immorandum, sed quemadmodum non oportet ad illos subito prorumpere, ita sensim ab illis ad moderatiores descendendum. Nec enim natura fert, vt quae summa sunt, sint diutina. Ne expedit quidem frequenter et immodice concitare animos auditorum, ne quemadmodum ad assidua verbera corpus seruiliter obdurescit, ita mens nimium acribus, nimiumque crebris commotionibus obrigescat. Repetendum est hoc, de quo iam ante coepimus dicere, non esse boni ecclesiastae, quouis modo concitare affectus, non immodica distortione vultus, non scurrili corporis gesticulatione, sed potissimum verbis, nec tam verbis quam rebus. Res enim quaedam eius generis sunt, vt simpliciter ac dilucide narratae aut etiam lectae ex se moueant affectus.

Narrant qui viderunt, hunc Hieronymo Sauonarolae fuisse morem, vt interdum sic excandesceret in populi scelera, vt subito se proriperet e suggesto et, imperfecta concione suspensoque populo, domum abiret. Quam hoc illum decuerit nescio, non arbitror tamen arripiendum in exemplum.

LB 986 Improbius est quod narrant de Roberto Liciensi; | qui magna dictionis vehementia principes ac populum adhortatus aduersus Turcas aliosque christiani nominis hostes, vbi ad summum impetum efferbuisset oratio, deplorare

753 vsque ad *O*: vsque in *BAS LB*.

791 hoc *O*: hic *BAS LB*.

753 *affectus naturae* C'est dire que ce phénomène n'a rien de surnaturel, encore moins de "miraculeux" aux yeux d'Er.

755 *eodem* Sc. *morbo*.

760–761 *prophetarum* ... *subiectos* 1. *Cor*. 14, 32 et sa *Paraphr*. (*LB* VII, 905 B): "Nec est quod excusetis afflatos Numine sui iuris non esse, quemadmodum in lymphatis videmus accidere. Longe secus est de afflatu Christi qui sic addit impetum mentis, vt nihilo secius in tua sis potestate, siue res sermonem poscat, siue silentium. Sanus est hic afflatus nec aliud quam piae mentis impetus ad ea quae videntur ad Dei gloriam facere".

763 *duobus modis* Sc. *imaginatio* (p. 88, l. 667) et *hypotyposis* (l. 674).

768 *sub* "A l'approche de" (temporel). Er. parle ici d'un *quartus* (*modus*) alors que p. 88, l. 666 il en annonçait seulement trois.

769 *profundae deprecationi* Cf. Aug. *Doctr. christ*. IV, 15, 32: "Orandus Deus doctori ecclesiastico ante concionem" où se trouve cité *Mt*. 10, 19–20 (qui rend un peu vains les traités d'Er. et d'Aug. lui-même).

770 *linguas* ... *disertas* Citation de *Sap*. 10, 21 (qui a "fecit" et non *facit*). Cf. aussi Aug. op. cit., IV, 16, 33.

775 *qui affectus* Equivaut à *affectus* (acc. apposé à *pudorem* et *trepidationem*) *qui* etc.

776 *eiaculetur* La liturgie catholique connaît des prières 'jaculatoires', brèves et ardentes, lancées comme un trait.

779 *fabulis* "Conversations". Pour *risu* voir p. 36, l. 628 et n.

781 *fuco* "Fard, apprêt, poudre aux yeux".
extemporalitatis "Don d'improviser"; le mot est chez Suet. *Tit*. 3.

782 *ipsius organum* "L'instrument qu'il est lui-même" (mot à mot l'instrument de lui-même).

787–788 *Nec enim natura* ... *diutina* Cela transpose la doctrine épicurienne de la douleur: si elle est intense, elle ne peut qu'être brève; voir par ex. Diog. Laert. X, 31, 140: Οὐ χρονίζει τὸ ἀλγοῦν συνεχῶς ἐν τῇ σαρκί, ἀλλὰ τὸ μὲν ἄκρον τὸν ἐλάχιστον χρόνον πάρεστι. ou Cic. *Tusc*. II, 19, 44: "Si summus dolor est, inquit, breuem necesse est esse" (qui est la traduction du précédent).

788–790 *frequenter et* ... *nimiumque crebris* Chiasme.

791 *iam ante* Pour le visage: p. 34, l. 573 sq.; pour le corps: p. 38, l. 655 sq.

792 *distortione* Cic. *Fin*. V, 35.
scurrili Cic. *Brut*. 143 oppose "scurrilis" à "oratorius" (cf. *Or*. 88).

793 *gesticulatione* Pour le mot et pour tout ce passage cf. Quint. *Inst*. XI, 3, 183: "Quare non immerito reprenditur pronuntiatio vultuosa et gesticulationibus molesta et vocis mutationibus resultans".

796 *Hieronymo Sauonarolae* Cf. p. 13, l. 144 et la n.

800 *Roberto Liciensi* Cf. ci-dessus p. 84, ll. 606–607.

801 *aduersus Turcas* Le sujet était d'actualité quand Er. écrit l'*Eccles*.; il est lui-même hostile à cette fausse Croisade; voir *Consult. de bello turc*. (= *Enarrat. in Ps*. 28), *ASD* V, 3, pp. 31–82, de 1530, en particulier pp. 61–62, ll. 587–613; que Robert de Lecce fût un prêcheur de croisade est pour Er. une raison de plus, mieux: une raison première, pour penser du mal de sa prédication.

801–802 *aliosque* ... *hostes* Le contexte guerrier permet d'exclure les Juifs; peut-être l'orateur pensait-il aux Sarrasins et autres musulmans?

802 *ad summum impetum* "Fougue, impétuosité"; cf. Cic. *Or*. 229: "tantum abest vt ... eneruetur oratio compositione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus nec vis esse possit".
efferbuisset Le parfait "efferbui" est cicéronien (*Cael*. 77); ailleurs on rencontre "efferui". Quant au sens: Cic. *De or*. II, 21, 88 (il s'agit d'un homme très jeune): "verbis efferuescentibus et paulo nimium redundantibus".

coepit, quod nulli se ad rem tam piam duces offerrent. 'Si isthuc, inquit, obstat, ecce me qui nihil verebor hanc Francisci vestem abiicere et vel militem vel ducem vobis exhibere'. Simulque cum dicto, summam vestem abiecit, intus plane miles erat, byssino sago, accinctus praelongo gladio. Hoc habitu dimidium horae sub persona ducis concionatus est. Accitus a Cardinalibus, quibuscum habebat familiaritatem, quid hoc esset noui exempli, respondit id esse factum in gratiam amicae, quae familiariter fuerat confessa nihil in Roberto displicere praeter vestem fraternam. Tum ille: 'In quo cultu sum tibi totus placiturus?'. 'In militari', inquit. 'Cras igitur fac adsis in concione'.

Simili nouitate fertur Cardinalibus ac Summo Pontifici exprobrasse fastum ac delicias. Erat apud illos dicturus; quos quum videret strepitu plus quam regio ingredi, denique et Pontificem gestari hexaphoro et ab omnibus adorari, vbi tandem consedissent, iamque expectaretur vox hominis, is nihil aliud proloquutus, 'phy sanctum Petrum, phy sanctum Paulum', subinde cum execrantis voce expuens, nunc in dextrum, nunc in sinistrum, nec aliud addens e medio proripuit sese, relinquens omnes attonitos, aliis suspicantibus eum esse versum in furorem, aliis dubitantibus num in haeresim quampiam aut Iudaismum paganismumue prolapsus in eas blasphemias erupisset. Quumque ageretur de homine coniiciendo in vincula, Cardinalis quidam qui propius nouerat eius ingenium atque etiam amabat, persuasit vt prius ad pontificem euocaretur, paucisque Cardinalibus testibus audiretur. Rogatus quomodo in tam horrendas blasphemias erupisset, respondit sibi longe aliud argumentum fuisse praeparatum, et paucis summam orationis exposuit. 'Caeterum vbi spectarem, inquit, vos tanto strepitu tantisque in deliciis viuere, simulque reputarem quam humilem, laboriosam et inamoenam vitam egerint Apostoli, quorum vices geritis, colligebam aut illos fuisse dementes, qui tam spinoso itinere contenderint in coelum, aut vos recta ad inferos proficisci. Sed de vobis qui tenetis claues regni coelorum, nihil malae suspitionis in animum inducere potui. Supererat vt illorum stultitiam detestarer, qui, quum licuisset ad istum modum splendide suauiterque viuere, maluerint per omnem vitam ieiuniis, vigiliis ac laboribus discruciari'.

Antonius quum oratione funebri C. Caesarem laudasset apud populum, eiusque praeclare gesta quantum potuit verbis extulisset, ostendit chlamydem illius multis vulneribus pertusam, multoque sanguine contaminatam. 'En, inquit, qualem virum, quam crudeliter necarunt coniurati'. Orationem sat aequis animis audiebat multitudo, sed, conspecto pallio, tantus exortus est tumultus vt coniuratis qui aderant fuerit profugiendum, ne discerperentur.

Verum huiusmodi rationibus non decet ecclesiasten solicitare multitudinis affectus, quod hic conatus saepe vertatur in risum. Vt is qui multa loquutus de dementia eorum qui seruirent Satanae, subito ostendit hominem diaboli specie personatum, flammeis oculis, adunco rostro, dentibus aprugnis, oculato

814 ab omnibus *O*: omnibus *BAS LB*. 827 inamoenam *O*: amoenam *BAS LB*.

835 chlamydem *A*: clamidem *B C*, vestem *cett.*

838 conspecto pallio *A–C*: conspecta veste *D BAS LB*.

804–805 *vel militem vel ducem* Peut-être réminiscence (chez Roberto? Er.?) de Lucan. IX, 402: "... dux an miles eam".

806 *byssino sago* Le "sagum" est une casaque militaire; le "byssus" étant un lin très fin, l'orateur a revêtu la tenue d'un 'dux' plutôt que d'un 'miles'! C'est ce que confirme *ducis* (l. 807).

807 *Accitus* Le verbe (acciēre ou accīre) signifie ordinairement "faire venir, mander". Par inadvertance Er. le fait suivre d'une subordonnée interrogative indirecte *quid ... exempli* comme s'il était synonyme de "rogatus".

809 *fuerat confessa* Au lieu de "erat confessa".

810 *vestem fraternam* "L'habit de frère", c'est-à-dire de moine franciscain (robe de bure brune, ceinture de corde avec noeuds, capuchon et sans doute sandales).

812 *fastum* Non pas au sens classique d'"orgueil", mais sans doute au sens du français "faste", c'est-à-dire: "magnificence qui s'étale" comme le montrent les détails qui suivent. Le mot se trouve en ce sens dans le *Iul. exclus.* (Ferguson, p. 118, l. 1053): "pompam episcoporum, cardinalium fastum".

814 *hexaphoro* La "sedia gestatoria"; le mot signifie "à six porteurs" et se trouve chez Martial. II, 81, 1 et VI, 77, 10.
adorari Culte idolâtrique. On trouve chez Er. d'autres évocations satiriques de ce culte dont font l'objet les papes: *Moria, ASD* IV, 3, p. 172, l. 768 sq. (l. 788 "splendoris aut voluptatis" correspondent aux mots ici présents de *fastum ac delicias*); *Paraphr. in Mc.* 11, 8 (*LB* VII, 243 C–E).

816 *proloquutus* "Dire à haute voix".
phy Cette interjection exprime l'admiration selon Donat dans son commentaire sur Ter. *Ad.* 412. Mais Er. lui fait exprimer la douleur et le dégoût, sans doute par rapprochement avec le grec φεῦ, comme le montre ce qui suit.

817 *execrantis* Forme antithèse avec *adorari*. Participe substantivé.

819 *furorem* Au sens fort de "délire", "crise de folie".

819–820 *in haeresim ... prolapsus* Car en exprimant son dégoût pour les chefs de l'Eglise il semble avoir rejeté la religion chrétienne, avoir outragé Dieu.

826 *strepitu* "Fracas", symbole de la pompe mondaine, synonyme de *fastus* et de *splendor*.

827–828 *quam humilem ... Apostoli* Développement antithétique analogue dans le passage de *Moria* mentionné ci-dessus, appliqué aux souverains pontifes "qui Christi vices gerunt" (p. 172, l. 768). Voir sur la vie des Apôtres l'*Adag.* 2201 'Sileni Alcibiadis', *ASD* II, 5, p. 164, ll. 102–104: "Huiusmodi Sileni fuerunt apostoli, pauperes, inculti, illiterati, ignobiles, imbecilles, abiecti, omnibus omnium contumeliis expositi, irrisi, inuisi, execrabiles, ac pene publicum orbis simul et odium et ludibrium".

830 *tenetis ... coelorum* *Mt.* 16, 19; mais il s'agit seulement du pape, non des cardinaux. Voir *Paraphr.*, *LB* VII, 93 B en particulier: "qui peccatis adhuc obstrictus est, ad regnum pertinet inferorum, nec potest ingredi in regnum coelorum" ou l'on voit le "regnum inferorum" présenté non comme un châtiment à venir après la mort, mais comme le monde dans lequel vivent présentement les pécheurs.

831 *stultitiam* Avec le même double sens que dans la *Moria*: sagesse de ce monde, folie aux yeux de Dieu; sagesse aux yeux de Dieu, folie pour le monde dont Roberto De Licio (ou plutôt Er. par sa bouche) feint d'adopter le point de vue, par une "tergiuersatio" encore plus habile que celle du Vicaire (p. 86, l. 635).

834–836 *Antonius ... contaminatam* Er. suit Plut. *Vit. Anton.* 14, 922 b: ἐπέμιξε τοῖς ἐπαίνοις οἶκτον ἅμα καὶ δείνωσιν ἐπὶ τῷ πάθει, καὶ τῷ λόγῳ τελευτῶντι τούς τε χιτωνίσκους τοῦ τεθνηκότος ᾑμαγμενους καὶ διακεκομμένους τοῖς ξίφεσιν ἀνασείων ... Er. amplifie le récit par des additions comme: *quantum potuit*, *multis*, *multo*.

836–837 *En, inquit ... coniurati* Le style direct est d'Er. Plut. dit seulement: ... καὶ τούς εἰργασμένους ταῦτα καλῶν παλαμναίους καὶ ἀνδροφόνους (criminels et assassins).

837–839 *Orationem ... ne discerperentur* Plut. dit: ... τοσοῦτον ὀργῆς ἐνεβαλε τοῖς ἀνθρώποις, ὥστε τὸ μὲν σῶμα τοῦ Καίσαρος ἐν ἀγορᾷ καθαγίσαι ..., ἁρπάζοντας δὲ τοὺς ἀπὸ τῆς πυρᾶς δαλοὺς ἐπὶ τὰς οἰκίας θεῖν τῶν ἀπεκτονότων καὶ προσμάχεσθαι et que ceci se passait au moment où Brutus et son entourage quittaient la ville. C'est donc l'imagination (*phantasia*) d'Er. qui lui a suggéré cet épisode dramatique.

843 *personatum* "Portant un masque".
adunco "Crochu", se dit du nez (Ter. *Heaut.*

pectore, aduncis vnguibus, vncina terribili, vocem immanem emittentem. 'Talis est, inquit, dominus, cui vosmetipsos, contempto Christo, in seruitutem tradidistis'. Expauere complures, sed mox ea trepidatio versa est in ludibrium. Populus est admirator rerum nouarum, et externa specie facilius commouetur quam verae pietatis exemplis aut sana doctrina. Nec hac in parte magnates multum a vulgo differunt. Hoc humanae naturae vitio quidam praeter modum abutuntur ad suam gloriam verius quam ad multitudinis salutem. Suspectum enim esse debet, quicquid prae se fert peregrinam et affectatam nouitatem, praesertim quum nullum huiusmodi exemplum nobis porrectum sit a Christo et Apostolis.

Vidi qui per turbam ad suggestum euntes cuculla tegerent faciem, quasi vir
LB 987 pius non posset ¦ habere vultum et oculos compositos, nisi tegantur vtrinque, quemadmodum equis petulantioribus aurigae solent affigere coria, ne quid videant nisi viam a fronte. In suggesto sic procumbebant oraturi, vt illisione genuum aederent clarum strepitum.

De alio audiui qui suggestum petens pallio totum contexit caput, nec huic quicquam placebat quod esset cum aliis commune. Non dignabatur in templis concionari, sed sub dio, nec cuiquam faciebat sui copiam priuatim, etiamsi a principibus rogaretur. Humi cubabat, nec victus erat dissimilis, nempe panis et aqua, corpus macie confectum, cadaueri quam viuo homini similius, per interpretem loquebatur, mirisque gestibus et clamoribus territabat multitudinem, interdum fune distringens collum, oculisque stupentibus praefocatum imitans, pectus subito nudatum pugno tundebat, inclamans 'misericordiam, misericordiam, misericordiam', nam Italus erat. Ad tam insolitum spectaculum etiam e longinquo confluebant, non amore pietatis, sed studio nouitatis. Acerrima vociferatio erat in aleas, in chartas, in tympana et plumas. Haec igni cremabantur. Cuidam aulico qui forte proximus astabat suggesto, plumam e galero detraxit et dilaceratam sparsit in populum, horribiliter vociferans in superbiam.

Hunc quidam nimium bene imitatus, posteaquam strenue clamarat in hominum scelera, quibus Christum iterum crucifigerent, proferebat imaginem crucifixi, sed affixis folliculis, e quibus attactis sanguis erumperet, et in turbam spargeretur.

His et huiusmodi gestibus, ne dicam praestigiis, mouentur quidem affectus simplicibus, sed fere temporarii.

Ipse familiariter noui quendam eiusdem ordinis, qui nec ambulabat nudis pedibus, nec humi cubabat, nec pane et aqua viuebat, nec vlli negabat sui copiam, pariter expositus omnibus, magnis et pusillis, bonis et malis, vbique venans lucrum Christo, breuiter nihil habebat in rebus externis eximium. Is tamen doctrina non clamosa, sed euangelica, tum moribus ab omni vitio puris, innumeros viros innumerasque foeminas perduxit ad verum mundi contemptum.

849 humanae *O*: humano *BAS LB*.

1062), des ongles (Cic. *Tusc.* II, 24; Ov. *Met.* XIII, 613).
aprugnis "De sanglier": ce sont des "défenses" (Plaut. *Poen.* 579; *Pers.* 305 ne l'appliquent pas aux dents).
oculato Un oeil gigantesque doit être peint ou brodé sur sa chemise.

844 *vncina* Sans doute pour "vncinus" (crochet); ici il doit s'agir d'un croc, perche terminée par un crochet pour harponner les damnés.

846 *ludibrium* Objet de moquerie.

847 *admirator* Mot de Sen. (*Dial.* 8, 5, 8), Quint. (*Inst.* IX, 2, 46) et Tac. (*Dial. or.* 19 et 21).
nouarum "Extraordinaires".

848 *verae pietatis* Celle-ci, par opposition à *externa specie*, est donc toute intérieure, elle consiste dans le sentiment. Ce génitif est complément à la fois d'*exemplis* et de *sana doctrina*.
magnates Voir p. 22, l. 355.

849 *vitio* L'admiration de la nouveauté. Les *quidam* sont des prédicateurs.

854 *cuculla* "Capuche", doublet de "cucullus"; le féminin est chez Hier. *Vit. Hil.* 46.

855 *compositos* "Bien disposés, convenablement préparés" (pour la prédication).
tegantur vtrinque C'est-à-dire à gauche et à droite; la capuche est arrangée de telle sorte qu'ils ne peuvent regarder que droit devant eux.

856 *petulantioribus* "Trop pétulants".
coria Mot à mot "des cuirs", ce sont des oeillères. Faut-il prendre *solent* comme un vrai présent ou comme ayant un sens de passé (voir p. 36, l. 635 et livre I, p. 73, n.l. 810)? Le premier est le plus plausible.

857 *illisione* Le mot "illisio": Hier. *Epist.* 43, 3. C'est le choc des rotules contre le plancher de la chaire, lorsqu'ils tombent à genoux.

864 *interpretem* C'est donc en dehors de l'Italie qu'il prêchait et qu'Er. a entendu parler de lui. Ou bien le mot n'a pas le sens de "traducteur".

865 *distringens* "Maintenant serré".
praefocatum Participe substantivé, à valeur de présent: "quelqu'un qui est en train de s'étouffer"; le mot figure dans *Adag.* 2289 (Cucurrit quispiam, ne pluuia madesceret, et in foueam praefocatus est), *ASD* II, 5, p. 234.

867 *nam* Laisse supposer qu'en dépit de la finale latine *-am* le mot *misericordiam* est en réalité de l'italien: "misericordia".

868 *studio nouitatis* Cf. l. 847.

869 *aleas* Jeux de dés; *chartas* jeux de cartes; *tympana* tambourins; ceux-ci sont dans l'antiquité le signe d'une mollesse peu virile: Sen. *Vit. beat.* 13, 3; Quint. *Inst.* V, 12, 21; en allait-il de même au XVIe s. ou bien le tambourin est-il l'accompagnateur de danses sensuelles?
plumas Longues plumes ornant la coiffure (chapeau ou bonnet). Les prédicateurs aimaient vociférer contre la mode féminine; voir livre II, *ASD* V, 4, p. 338, ll. 280–302.

877 *praestigiis* "Tours de passe-passe", "charlataneries"; voir des exemples de mystifications d'intention pieuse rapportés dans la Correspondance d'Er., Ep. 1258, Allen V, p. 15, ll. 14–18; Ep. 2037, VII, p. 462, ll. 90–118; le jugement d'Er. sur ces procédés (ibid., ll. 88–89): "Quae sunt in sacris litteris, tanto firmius credemus, si non quibuslibet hominum fabulis crediderimus".

878 *simplicibus* Datif masculin: "les gens simples".
fere "En général"; *temporarii* Cf. p. 86, l. 639.

879 *eiusdem ordinis* Franciscain, comme Robert de Lecce (p. 94, l. 804) et – on peut le supposer – les autres prédicateurs évoqués ensuite. Le quidam en question est Jean Vitrier (ca. 1456–1516?) dont Er. a parlé plus longuement dans Ep. 1211, Allen IV, p. 508 sq., ll. 13–243 et sur qui on peut lire André Godin, *L'Homéliaire de Jean Vitrier*, Genève, 1971.

880–881 *nec vlli ... sui copiam* Opposé à *nec cuiquam* etc., ci-dessus l. 861.

881 *expositus* Dit plus que "accessible"; c'est "ouvert, livré à tous".
magnis et pusillis Au sens social.

882 *venans lucrum Christo* Cf. 1. *Cor.* 9, 19–22: "omnium me seruum feci vt plures lucri facerem, etc." par opposition à *ad suam gloriam*, l. 850.

883 *doctrina* "Enseignement" donné en chaire (sens étymologique).
clamosa "Qui se fait avec des cris"; cf. l. 864 *clamoribus*; l. 869 *vociferatio*, l. 871 *vociferans*, l. 873 *clamarat*.

883–884 *moribus ... puris* Par opposition – discrète – à *De vita hominis nihil effutiam* (p. 84, l. 607 et p. 94, l. 809).

884–885 *verum mundi contemptum* C'est-à-dire un mépris intérieur, un détachement du cœur, non un mépris affiché et tapageur comme celui des moines mendiants. Voir plus loin, p. 96, l. 850 sq.

Hic si quis excuset, quosdam esse tam brutos vt aliis rationibus non queant commoueri, huic respondeo, multo aliud esse plebem erudire, aliud irridere. Nec est vllus populus tam crassus quin assidua doctrina proficiat.

Huic affine est, quod quidam per imagines mouent affectus aut per ostensas sanctorum reliquias, quorum neutrum conuenit grauitati loci, in quo consistit ecclesiastes; neque enim legimus vnquam tale quicquam factum vel a Christo vel ab Apostolis. Alibi plurimum vtilitatis habent imagines vel ad memoriam vel ad rerum intelligentiam, quaedam enim vix percipiuntur, nisi depicta, velut in descriptione vestitus aut locorum aut arborum vel ad infigendas animo phantasias, de quibus modo diximus, qua nimirum in parte conducunt et concionaturis. Verum ea dignitas est concionis vt eiusmodi adminicula grauatim admittat. Idem sentiendum arbitror de reliquiis sanctorum. Vtrobique cauendum est a superstitione, quia par vtrobique periculum.

Video quosdam ad affectus concitandos abusos narratiunculis quibusdam, plerisque, vt arbitror, in hoc ipsum confictis, de quibus fortasse post incidet dicendi maior opportunitas. Et hactenus quidem de affectibus videor admonuisse satis, quod quidem ad ecclesiasten attinet.

Restat indicare digito quae schemata ad quas orationis virtutes conducunt. Praecipuae virtutes sunt probabilitas, perspicuitas, euidentia, iucunditas, vehementia, splendor siue sublimitas. Quoniam autem inter artis scriptores non satis conuenit de generibus ac vocabulis figurarum, ne quid hic lectorem frustra torqueamus hac varietate, vtemur fere nominibus, quibus vsus est is qui de rhetoricis scripsit ad Herennium, siue is Cornificius fuit, siue quis alius, tametsi vix alius de figuris scripsit negligentius. Ac primum quae faciunt ad orationis acrimoniam ac vehementiam, illam Graeci γοργότητα vocant, hanc |
LB 988 δεινότητα, nos res inter se finitimas mixtim tractabimus.

894 infigendas *BAS LB*: infingendas *O*.

903 conducunt *BAS LB*: conducent *O*.

886 *excuset* "Donnait pour excuse" (à ce comportement grossier de certains prédicateurs), "disait pour les excuser" suivi de la proposition infinitive. Ce tour est chez Suet. *Aug.* 69, 1; *Ner.* 33, 4.
rationibus Ironique, forme antithèse avec *brutos* (dépourvus de raison, donc inaccessibles aux arguments).

887 *erudire ... irridere* Adnominatio (*Rhet. Her.* IV, 21–22, 29–31).
irridere "Se moquer de lui" en essayant de le tromper par des "praestigia" (l. 877).

888 *doctrina* Comme l. 883 "enseignement", mais ici "enseignement reçu".

889 *Huic* Au neutre; en latin classique on aurait "huic rei".
imagines Tableaux ou sculptures représentant des scènes sacrées.

890 *sanctorum reliquias* Voir le *Coll.* 'Peregrinatio religionis ergo', *ASD* I, 3, pp. 483–492, l. 480 sq.
loci Le "suggestum", la chaire.

891–892 *neque enim legimus ... Apostolis* Règle capitale pour définir la vraie piété; les innovations, telles que les reliques, jugées à ce critère, sont de valeur religieuse nulle.

892 *ad memoriam* Voir pourtant la critique des procédés mnémotechniques de ce genre, ci-dessus p. 15, nn.ll. 166 et 174.

893 *quaedam* Sc. *res* (et non *imagines*).

894 *locorum* "Des sites".

895 *de quibus modo diximus* Le mot *phantasiam*

se lit p. 88, l. 667; au pluriel le mot désigne les produits de cette activité, il équivaut à *phantasmata*, p. 88, l. 696.

qua ... in parte "Domaine dans lequel".

897 *grauatim* Au sens de "grauate": "avec peine, à contrecœur".

898 *cauendum est a superstitione* A la différence des Réformés Er. ne condamne pas totalement les usages dont il montre les risques.

899 *narratiunculis* Le 'diminutif' a en fait un sens péjoratif.

900 *post* Sans doute p. 158, l. 103.

901 *hactenus* Le développement consacré aux *affectus* a commencé p. 66, l. 303.

903 *indicare digito* "indiquer clairement (sans confusion possible)", cf. Macr. *Somn.* I, 7, 8: "fuit in verbis, quod ... magis ostenderet et, quod aiunt, digito demonstraret Italiam" (voir Otto, s.v. digitus, 9).

quae schemata ad quas ... virtutes Les deux mots sont interrogatifs: "quelles figures pour quelles vertus ...".

sapientiae. Veluti Prouerb. cap. VIII: '*Dominus creauit me in initio viarum suarum*'. Item: '*Per me reges regnant*', etc. Psal. CXIII propheta alloquitur mare, flumen, montes et colles, atque hos facit respondentes: '*A facie Domini mota est terra*', etc. Similiter Baruch. III: '*Stellae autem dederunt lumen in custodiis suis et laetatae sunt. Vocatae sunt, et dixerunt: Adsumus*'. Haec liberius fiunt in poematibus, in tragoediis, comoediis ac dialogis. In epistola Iudae citatur libellus, in quo Michael archangelus contendit cum diabolo de corpore Mosi. Extat dialogus inter opera Augustini, quanquam pseudepigraphus, in quo Ecclesia disputat cum Synagoga. Citatur, licet non extet, Ennii Satyra, in qua fingit vitam et mortem inter se contendentes, quemadmodum Prodicus, vt refert Xenophon, fingit voluptatem ac virtutem apud Herculem concertantes. Plutarchus Gryllum porcum cum Vlysse disputantem facit. Vergilius et Homerus Famae personam attribuunt, Ouidius Somno ac Terrae; sed impudentius est quam vt imitandum sit, quod Homerus equis Achillis et nauibus quibusdam sermonem attribuit, licet in Literis Mysticis asina reprehendit dominum suum. Est prosopopoeiae species, qua personam incertam introducimus, verbi causa: 'Hic forte dixerit aliquis'. 'Hic scio reclamaturos haereticos'.

Huic figurae cognata est sermocinatio siue διαλογισμός; quum personae quam fingimus sermonem perpetuum attribuimus, conformatio est; quum ab illa propositis subinde respondemus, sermocinatio est, qualis est Gregorii Nazianzeni Theologiae libro primo, quum dialectico proponit multas quaestiones et illum ad singulas facit respondentem. Verum haec figura, quoniam magis facit ad iucunditatem orationis quam ad grauitatem, suo dicetur loco.

Conformationi affinis est apostrophe, quae sermonem ab iis quibus loquebamur auertit ad aliam personam, seu praesentem, seu absentem, aut rem cui personam affingimus. Ne haec quidem locum habet, nisi quum feruet oratio. A Caesare ad Q. Tuberonem sermonem flexit M. Tullius: '*Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius*', etc. Audiui quendam qui, cum incidisset sermo de Franciscanis quibusdam dissolute viuentibus, non ineleganter sermonem auertit ad D. Franciscum: 'O Francisce, vtinam videres quid tui faciant fraterculi, quantum degenerarint ab eo instituto, quod tu illis praescripseras'. Sic mundum, peccatum et Satanam alloquimur: 'O munde quam blanda sunt quae promittis, quam amara quae reddis'. 'O mendax peccatum, quam dulcia pollicebaris initio, quanto nunc alia loqueris tuis cassibus inuoluto'. Et Prudentius: '*O tortuose serpens*', etc. Et Dominus in Euangelio: '*O natio incredula et peruersa, quousque vos patiar?*'. Et Zachariae XIII Deus alloquitur phrameam suam: '*Phramea suscitare super pastorem meum*'. Ad concitandos affectus mire conducit hoc schema, si in loco et scite adhibeatur.

Demonstratio, quam significantius Graeci vocant 'hypotyposim', quia rem

424 comoediis *om.* *BAS LB*.
425 Mosi *O BAS*: Mosis *LB*.
430 Vergilius *O BAS*: Virgilius *LB*.
439 *post* propositis *LB addit* quaestionibus.
443–444 loquebamur *O*: loquebatur *BAS LB*.

453 quanto *cett.*: quanta *LB*.

419–420 *Prv.* 8, 22: "Dominus possedit me initium viarum suarum, etc." (Vulg.); Er. a sans doute retraduit d'après LXX: ἔκτισέ με.

420 *Prv.* 8, 15.
alloquitur mare *Ps.* 113, 5 (mare, Iordanis), 6 (montes et colles).

421–422 *A facie ... terra, etc.* *Ps.* 113, 7.

422–423 *Stellae ... Adsumus* *Bar.* 3, 34–35; Er. intervertit *lumen* et *dederunt*.

424 *poematibus ... dialogis* Suggéré par Quint. *Inst.* IX, 2, 35: "Incipit esse quodam modo παρῳδή quod nomen ductum a canticis ad aliorum similitudinem modulatis abusiue etiam in versificationis ac sermonum imitatione seruatur".

425 *libellus ... Mosi* *Iud.* 9: "Cum Michahel archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Mosi corpore". C'est Orig. qui indique cette source de Jude pour ce verset dans le *De principiis* III, 2, 1 (*PG* 11, 303).

426 *dialogus ... pseudepigraphus* Voir *PL* 42, 1131–1154 "De altercatione Ecclesiae et Synagoges dialogus"; l'éditeur du XIXe s. écrit: "Nihil habet phraseos Augustinianae. Auctor videtur aulicus aut iureconsultus quispiam fuisse".

427–428 *Ennii ... contendentes* Mentionnée par Quint., voir ci-dessus n.ll. 413–414.

428–429 *Prodicus ... concertantes* Xen. *Mem.* II, 1, 21–33; mentionné par Quint., ibid.

430 *Gryllum porcum ... disputantem* Plut. *Mor.* 986 C–992 E, Περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι (Bruta animalia ratione vti) 2–10.
Vergilius Verg. *Aen.* IV, 173–195 et passim; indiqué par Quint. (voir p. 125, n.ll. 413–414).

431 *Homerus* Ὄσσα: *Il.* II, 93; *Od.* XXIV, 413.
Somno Ov. *Met.* XI, 596; 593; 623–629.
Terrae Ov. *Fast.* I, 673; II, 719; VI, 267.

431–432 *impudentius ... quam vt* "Trop impudent ... pour que ...".

432 *equis Achillis* Hom. *Il.* XVII, 424–458; quand Patrocle qui les conduisait est tué par Hector, ils pleurent sa mort (d'où: *impudentius*).

432–433 *nauibus quibusdam* Hom. *Od.* VIII, 557–563; mais Hom. ne représente pas les vaisseaux des Phéaciens comme dotés de la parole: ils savent, ils devinent les pensées des hommes, ils voguent sans pilote, mais ils ne parlent pas.

433 *asina reprehendit* *Nu.* 22, 30: "Dixit asina: 'Nonne animal tuum sum cui semper sedere consuesti vsque in praesentem diem? dic quid simile vmquam fecerim tibi?'" Pour *licet* + indic. cf. Apul. *Met.* II, 6, 8: "Licet salutare non erit".

434–436 *Est prosopopoeiae ... haereticos* Cf. Quint. *Inst.* IX, 2, 36: "Est et incerta persona ficta oratio: 'hic aliquis' et 'dicat aliquis'".

437 *sermocinatio* *Rhet. Her.* IV, 52, 65: "Sermocinatio est cum alicui personae sermo attribuitur et is exponitur cum ratione dignitatis", mais en 43, 55: "Sermocinatio est ... in qua constituetur alicuius personae oratio accommodata ad dignitatem". Pour Quint. voir ci-dessus, p. 125, n.l. 406.

438 *conformatio* Voir p. 124, l. 406; le désordre de *Rhet. Her.* se répercute chez Er.

440 *Theologiae* Greg. Naz. *Or.* 27 (Theologica 1), *PG* 36, 11–26.
dialectico Le personnage qui dialogue avec Greg. Naz.: ὦ διαλεκτικὲ καὶ λάλε (cap. 8, col. 21).

442 *suo ... loco* Voir p. 146, l. 815 sq.

443 *apostrophe* Voir p. 84, l. 628. Chez Quint. *Inst.* IX, 2, 38, elle fait suite à la "prosopopée" (d'où sa place ici chez Er.): "Auersus quoque a iudice sermo qui dicitur apostrophe mire mouet, siue aduersarios inuadimus [suit la citation reprise par Er. ll. 446–447] siue ad inuocationem aliquam conuertimur".

446–447 Cic. *Lig.* 3, 9 (Quint. omet "gladius").

451 *mundum, peccatum et Satanam* Trois termes liés et parfois équivalents.

454 *O tortuose serpens, etc.* Prud. *Cathemerinon* 6 (Hymnus ante somnum), 141 (*PL* 59, 840); l'adjectif se prend au sens propre et figuré à la fois.

455 *Mt.* 17, 16, mais Er. l'ampute de trois mots; il faut lire: "... quousque ero vobiscum vsquequo patiar vos" (Vulg.). Dans sa traduction (*LB* VI, 92 C) Er. écrit: "distorta" au lieu de *peruersa*.

456 *Zch.* 13, 7; "phramea" ou "framea" est une épée; Isid. *Orig.* XVIII, 6, 3: "gladius ex vtraque parte acutus ... proinde omnis gladius framea"; *suscitare* 2e sing. impératif passif à sens réfléchi: "éveille-toi".

457 *mire conducit* Cf. Quint. *Inst.* IX, 2, 38: "mire mouet".

458 *Demonstratio* *Rhet. Her.* IV, 55, 68: "Demonstratio est cum ita verbis res exprimitur, vt geri negotium et res ante oculos esse videatur". Quint. en parle sous le nom de "sub oculos subiectio" ou ὑποτύπωσις; voir ci-dessus, p. 88, l. 674.

LB 998 ita subiicit oculis vt non nar|rari sed geri videatur, vtilis est siue ad euidentiam orationis, siue ad quoscunque mouendos affectus. Neque parum confert ad iucunditatem, si res est comica. Hac figura vtimur, si non simpliciter narremus quod gestum est, verum etiam quid praecesserit, quid in ipso negocio acciderit, quid consequutum sit: addimus gestum ac sermonem congruentem et quaecunque cernerentur oculis, si res coram gereretur. Iucunditatem habet, quod M. Tullius veluti depingit, quomodo Antonius noctu desertis castris solus obuoluto capite ad amicam peruenerit, eique literas velut ab Antonio missas reddiderit, quoniam ipsa res comica est. Aliquanto grauius, sed eiusdem generis exemplum est apud Homerum in Iliade, vbi Andromache Hectori occurrit ad portam; qui locus a me sat diligenter annotatus est in commentario De copia secundo; quanquam hac virtute praecipue lectorem retinet ille poeta, veluti quum Penelopen, quam pudicam haberi vult, nunquam procis loquentem facit, nisi e coenaculo quod ille vocat ὑπερῷον, facie velo tecta et pedisequis innitentem. Laudatur ob hoc ipsum M. Tullii narratio, qua refert quomodo Milo fuerit ab Vrbe profectus, etc. In ea sunt quaedam, quae non videntur ad rem pertinere, quum tamen specie simplicitatis faciant ad fidem. Velut illa: *Eo die, quo a senatu dimissus est, domum venit, calceos et vestimenta mutauit, paulisper dum se vxor, vt fit, comparat, commoratus est, deinde profectus*, etc. Acriores affectus concitantur, quum in atroci facinore describitur fragor vrbis, ardor oculorum, vox immanis, reuolutum aut abiectum pallium, vibratus gladius, etc.

Hac in parte rhetor multum habet affinitatis cum pictoribus, quibus studio est rem omnem oculis subiicere, vt nihil omnino desit praeter vocem. Exempla peti possunt a poetis, quibus haec virtus est peculiaris, si quando describunt praelium, excidium vrbis, incendium, tempestatem, pestilentiam, famem aut terrae motum, aut diluuium, aut aliud simile. Verum illud cauendum ecclesiastae, ne quemadmodum pictores imperiti frequenter appingunt parum congrua, ita parum decora affingat rebus ac personis. Velut nonnulli describunt Christum vt miserabilem, deiecto capite, distortis oculis ob spineam coronam cerebro impactam, nouies in terram toto corpore collabentem, Virginem matrem sub cruce syncopi concidentem. Atqui haec nec in personam Christi matrisue congruunt, nec consentanea sunt Canonicis Literis aut veterum commentariis. Vehementer probabile sit oportet, si quid velis addere Scripturis. In humanis historiis aliquanto plus veniae est, vt ante diximus, sed citra licentiam quam sibi vsurpant oratores aut historici gentium.

Hoc schema ponit ob oculos non ea tantum quae facta sunt, sed illa quoque quae futura videantur, si hoc aut illud acciderit. Quem locum summo artificio tractauit M. Tullius pro Milone, ponens ob oculos quae facies rerum fuisset consequutura, si Clodius praeturam assequutus fuisset. *Fingite*, inquit, *animis, liberae enim sunt cogitationes nostrae et quae volunt sic intuentur, vt ea cernimus quae*

462 *prius* quid *erratum A cett.*: quod *A*.

498 consequutura *O*: consequuta *BAS*, consecuta *LB*.

460 *euidentiam* "Clarté, évidence", qualité relevant du "docere".
mouendos affectus C'est la définition du "mouere" ou "flectere".
461 *iucunditatem* C'est le "delectare".
462 *quid praecesserit* On ne voit pas pourquoi Er. passe de la relative (quod) aux interrogatives indirectes (quid). Pour l'idée voir *Rhet. Her.* loc. cit.: "Id fieri poterit si quae ante et post et in ipsa re facta erunt, comprehendemus aut a rebus consequentibus aut circum instantibus non recedimus". Quint. *Inst.* IX, 2, 41: "Nec solum quae facta sint aut fiant sed etiam quae futura sint aut futura fuerint imaginamur".
464 *quaecunque ... gereretur* Voir l. 458 et Quint. *Inst.* IX, 2, 44: "non enim narrari res, sed agi videtur".
465–467 *Antonius ... reddiderit* Cic. *Phil.* 2, 31, 77.
469 *Andromache ... ad portam* Hom. *Il.* VI, 394 sq.
470 *commentario* Cf. *De cop. verb.* ch. dernier "De partium rhetoricarum multiplicatione", *ASD* I, 6, p. 278, ll. 40–41: "Haec virtus praecipue in causa est, cur nemo legens Homerum saturatur, sed perpetua voluptate ducitur".
471–473 *Penelopen ... innitentem* Hom. *Od.* I, 328–336; c'est au v. 328 qu'on lit ὑπερωϊόθεν: ce n'est pas une "salle à manger", mais un "étage supérieur" alors réservé aux femmes.
474 *quomodo Milo ... profectus* Cic. *Mil.* 10, 28.
476 *simplicitatis* "Ingénuité, naïveté".
faciant ad fidem "Contribuent à produire le crédit (la confiance dans ce que raconte l'orateur)". Ce tour (parfois avec adverbe) se rencontre chez Quint. *Inst.* II, 12, 10; V, 13, 57; VI, 4, 8; X, 1, 33; X, 5, 11.
476–478 *Eo die ... profectus* Cic. *Mil.* loc. cit. mais on lit aujourd'hui: "Eo die quoad senatus est dimissus ... dein profectus".
479–480 *reuolutum ... gladius* Ces détails ont pu être suggérés par le même passage du Cic. *Mil.*: "... reiecta paenula, ... gladiis eductis ..."; Er. a pu penser aussi à la mort de Priam, Verg. *Aen.* II.
481 *pictoribus* Voir les réflexions d'Er. sur l'art de Dürer dans le *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 40, ll. 880–904.
484 485 *describunt praelium ... diluuium* Cf. *De cop. verb.* II, "Descriptione rei" (*ASD* I, 6, pp. 202–206): "Hac virtute praecellunt quum omnes poetae, tum praecipue Homerus" (p. 202, ll. 167–168); "Sed huiusmodi exemplorum nusquam non magna copia, praesertim apud poetas" (ll. 202–203); Hom. Verg. Ov. fournissent les exemples ici énumérés.
487 *decora* "Adaptées, appropriées"; voir Quint. *Inst.* X, 1; Er. *Adag.* 3402 'Caput artis, decere quod facias' (*LB* II, 1054 B–C); *De cop. verb.* II, *ASD* I, 6, p. 210, ll. 345, 361, 365, etc.
488–490 *Christum ... collabentem* Ce n'est pas seulement des centaines de tableaux qui ont représenté le Christ aux outrages ou portant sa croix, mais la liturgie catholique (le Chemin de Croix).
489–490 *nouies ... collabentem* Aujourd'hui on ne parle plus que de trois chutes, sans d'ailleurs aucun appui dans les récits évangéliques.
490 *sub cruce* "Au pied de la croix".
syncopi Dat. ou plutôt ablatif causal de "syncope, -es", forme grecque. L'évanouissement de la Vierge a été lui aussi fréquemment représenté par les peintres.
491 *nec in personam ... congruunt* Car le Christ venu révéler aux humains la voie du salut doit rayonner de charité et de joie; mettre l'accent sur sa mort cruelle plutôt que sur son enseignement, c'est fausser la religion chrétienne. Dans le *Coll.* 'Conuiuium religiosum' l'image du Christ sur l'autel n'est pas un Crucifix, mais "suspiciens in coelum ad Patrem et Spiritum Sanctum illinc prospiciens atque eodem dextram porrigens leua velut inuitat et allectat praetereuntem" (*ASD* I, 3, p. 234, ll. 86–88). De même le vrai chrétien est souriant et gai (*Gramm. rhét.*, p. 1109 et n. 232).
491–492 *nec consentanea ... Literis* Du moins pour les chutes et la syncope.
492 *veterum commentariis* Les Pères de l'Eglise.
si quid Equivaut à un relatif: *quod*.
493–494 *ante diximus* Livre II, *ASD* V, 4, p. 286, ll. 891–906.
494 *gentium* "Les gentils", i.e. "les païens"; comme on sait les historiens antiques, Thuc. aussi bien que Liv., prêtent des discours de leur composition aux personnages qu'ils mettent en scène.
495–498 *Hoc schema ... assequutus fuisset* Quint. *Inst.* IX, 2, 41: "Nec solum quae facta sint aut fiant sed etiam quae futura sint aut futura fuerint imaginamur. Mire tractat hoc Cicero pro Milone, quae facturus fuerit Clodius si praeturam inuasisset".
498–500 Cic. *Mil.* 29, 79 avec "nostrae cogitationes" au lieu de *cogitationes nostrae*.

videmus, fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meae, etc. Exempla frequentia sunt in Veteris Testamenti voluminibus, quum ostenditur quanta felicitas sit futura, si Dei iussis paruerint, rursus quanta calamitas, si Dei praecepta neglexerint. Huc pertinent Mosaicae benedictiones ac maledictiones.

Epitheta, in pios et impios commode addita, non solum faciunt ad orationis ornatum, verum etiam frequenter ad affectum. Sed passim apponere ineptum est. Iure Aristoteles notat frigida Alcidamantis epitheta, quod his vteretur non vt condimentis, sed vt cibis. Vbi de charitate agitur, recte citabitur 'Flammeus ille Paulus'; vbi de sublimibus mysteriis 'Altiloquus Ioannes'. Et ipsa charitas recte vocabitur 'ignea', sicut 'inuicta fides', 'spes longanimis', 'florida virgini-
LB 999 tas', 'sancta pudicitia', 'syncera (siue casta) veritas'. Contra | 'spurca libido', 'sordidus luxus', 'personata hypocrisis'. Item, 'fugax hominis aetas', 'amara mors', 'feruida iuuentus', 'pigra senectus'. Duplex erit gratia, si epitheton tropo commendetur. Veluti quum dicimus: 'Viperinam obtrectationem' aut, quod modo retulimus: 'pigram senectutem', 'triste spectaculum' aut 'caecum amorem' aut 'querulam paupertatem', 'Pyladeam amicitiam', 'clamorem Stentoreum', 'caninam rabiem', 'diabolicam malitiam'. Huius generis sunt, quod nunc quidam dicunt, 'ordinem Seraphicum', 'ordinem Cherubicum'.

Sed superstitioni propius est, quod certis personis attribuerunt epitheta peculiaria, quasi nefas esset aliis vti, etiam si qua sint magis accommoda, velut quum Romanum Pontificem appellant 'beatissimum', Cardinales et Archiepiscopos 'reuerendissimos', Episcopos et Abbates 'reuerendos', Priores 'venerabiles', Caesarem 'inuictissimum', Reges 'serenissimos', Principes 'illustrissimos'. Interdum conuenit exclamationi: 'O scelus abominandum!'. 'O detestandam libidinem!'. Otiosa epitheta conceduntur poetis, apud quos non mediocrem habent gratiam, qui 'lac niueum' et 'niuem candidam' dicunt, 'aurum fuluum', 'liquidum aerem', 'solem aureum', 'lunam argenteam', 'brutam tellurem', 'vaga flumina', 'veliuolum mare', 'oculis captos talpas', 'timidos

501–503 *quanta felicitas ... ac maledictiones* Par ex. *Lv.* 26: bénédictions 3–13; malédictions 14–43.

504 *Epitheta* Quint. *Inst.* VIII, 6, 40: "Ornat ἐπίθετον quod recte dicimus adpositum ... Eo poetae et frequentius et liberius vtuntur ... Apud oratorem, nisi aliquid efficitur, redundat: tum autem efficitur si sine illo id quod dicitur minus est".

506–507 *Aristoteles ... cibis* Aristot. *Rhet.* III, 3, 1406 a 18–32; Alcidamas d'Elée était un rhéteur de la 2e moitié du Ve s., élève de Gorgias; parmi les exemples d'épithètes oiseuses: "la sueur *humide*".

507 *Flammeus* Le mot est chez Cic. mais non en ce sens figuré; on le rencontre chez Accius (fragm. 637, cité par Nonius 279, 24): "amore vecors flammeo"; Ennius (*Sat.* 7, cité par Nonius 33, 4): "Enni poeta, salue, qui mortalibus / versus propinas flammeos ...". Mais Er. se souvient peut-être de *Gn.* 3, 24: "Cherubim et flammeum gladium"?

508 *Paulus* A cause du chapitre sur la charité 1. *Cor.* 13.

sublimibus mysteriis Les mystères relatifs à Dieu: Trinité, Incarnation, etc.

Altiloquus Le mot est ignoré des poètes latins qui connaissent seulement "altisonus" (Iuv. 11, 181: "Maronis altisoni ... carmina"). Le mot ici ne fait pas allusion à la sublimité de la voix, mais au sens profond de ce que dit *Ioh.* sur les mystères, par allusion probable à *Ioh.* 1, 1–18.

509 *ignea* N'est pas au sens figuré dans Vulg. mais dans Verg. *Aen.* VI, 730, etc., Ov. *Met.* IX, 541.

spes longanimis L'épithète semble impropre,

elle signifie "patient", alors qu'Hor. parle de "spem ... longam" (*Carm.* I, 4, 15).

florida "En fleur" par opposition à "flétrie"!

510 *syncera (siue casta)* "Sans mélange ou sans contact avec" le faux; *castus* peut signifier "loyal, fidèle à sa parole".

511 *sordidus luxus* Le nom a le sens vu p. 57, l. 90; donc *sordidus* ne peut avoir ici le sens de "avare, pingre", mais celui de "vil, ignoble". Cependant il y a une sorte d'oxymoron.

personata hypocrisis Pléonasme: l'adjectif dit en latin la même chose que le substantif en grec.

fugax ... aetas Cf. p. 106, ll. 64–67.

512 *feruida iuuentus* Hor. *Ars* 115–116: "adhuc florente iuuenta / feruidus".

pigra senectus Pacuv. *Trag.* 179 (Nonius 392, 15): "Senectus in sese ipsa cum pigra est"; l'adjectif signifie "sans force, sans ardeur".

513 *tropo commendetur* Verbe au subjonctif alors que la proposition principale est au futur, tour incorrect fréquent chez Er. Pour l'idée: Quint. *Inst.* IX, 1, 6: "'Επίθετον quoniam plerumque antonomasiae pars est coniunctione eius fit tropus" (comme la plupart du temps l'épithète est une partie d'une antonomase, par ce lien elle devient un trope); l'antonomase (VIII, 6, 29) consiste à substituer autre chose au nom, par exemple une épithète substantivée: "Pelides" au lieu d'Achille, "impium" ou "parricidam" (pour désigner l'accusé), etc.

tropo Voir p. 176, l. 495; Quint. *Inst.* VIII, 6, 1: "Tropus est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam cum virtute mutatio".

Viperinam obtrectationem Le trope est ici une métaphore; l'adjectif ne semble pas avoir été employé au sens figuré par un Ancien; mais le nom de "vipère" sert d'insulte, par exemple au Christ contre les Pharisiens, *Mt.* 12, 34.

514–515 *pigram ... paupertatem* Le trope consiste encore en métaphores qui comparent implicitement à des êtres humains la vieillesse, le spectacle, etc.; *caeco amore* est chez Catull. 67, 25.

515 *Pyladeam amicitiam* Le trope est ici une métonymie, Pylade étant considéré comme l'ami par excellence (Cic. *Lael.* 24; Mart. VI, 11, 1).

515–516 *clamorem Stentoreum* Voir *Adag.* 1237 'Stentore clamosior' (*LB* II, 496 B–C) où est cité Iuv. 13, 112.

517 *nunc quidam* Er. prend doublement ses distances; *ordinem Seraphicum* les Franciscains, à cause de saint Bonaventure, le "docteur séraphique", les Séraphins étant les plus élevés dans la hiérarchie angélique; *ordinem Cherubicum* les Dominicains, car les Chérubins sont au second rang dans la hiérarchie. Er. reprend ces appellations avec une ironie discrète: Ep. 2522 (du 20 août 1531), Allen IX, pp. 319–320, ll. 71 et 79 (Séraph.), 84, 109 et 111 (Chérub.); Ep. 2700 (9 août 1532), Allen X, pp. 79–82, ll. 22, 35, 59, 85, 115 et 149 (Séraph.).

520 *beatissimum* Voir les railleries plus acerbes contre les épithètes de "sanctus", "sanctissimus": *Iul. exclus.*, Ferguson, p. 67, l. 49 sq. Sur les raisons qui ont amené le Christ à appeler Pierre bienheureux (*Mt.* 5, 10–12) voir ibid., p. 119, l. 1091.

522 *inuictissimum* Epithète appliquée par le neveu de Perotti au duc d'Urbin chef des armées pontificales dans la dédicace de la *Cornucopia*, par Artotrogus aux "exploits" du soldat fanfaron Pyrgopolinice (Plaut. *Mil.* 57).

523 *O scelus abominandum* Emprunté à Quint. *Inst.* VIII, 6, 41; on y lit aussi "o deformem libidinem".

524 *Otiosa epitheta* Quint. *Inst.* VIII, 6, 40: "Eo poetae et frequentius et liberius vtuntur. Namque illis satis est conuenire id verbo cui adponitur". L'épithète *otiosa* contient elle-même un trope.

525–528 *lac niueum* Verg. *Ecl.* 2, 20; *aurum fuluum* Tib. I, 1, 1; *aureus sol* Enn. *Ann.* 92 (Cic. *Div.* I, 48, 108); *luna ... argentea* Ov. *Her.* 17, 17; *brutam tellurem* et *vaga flumina* Hor. *Carm.* I, 34, 9; *veliuolum mare* Verg. *Aen.* I, 224; *oculis captos talpas* Verg. *Georg.* I, 183; *timidos damas* Verg. *Ecl.* 8, 28 et *Georg.* III, 539 (ces deux exemples sont cités Quint. *Inst.* IX, 3, 6); *vulnificum chalybem* Verg. *Aen.* VIII, 446; *volubilem animam* Qu'on prenne "anima" au sens de "souffle" ou d'"âme" l'épithète d'"inconstant(e)" ne peut être considérée comme oiseuse; on se demande si *animam* n'est pas un lapsus ou une coquille pour "amnem" car on doit rapprocher de tout ce développement celui qu'Er. consacre aux épithètes dans le *De cop. verb.* II "Septima (locupletandi) ratio" (*ASD* I, 6, p. 217, ll. 505–508): "In poematis licebit naturalibus epithetis vti, vt 'candida nix', 'liquidi fontes', 'frigida nox', '*volubilis amnis*', 'aureus sol'. In oratione prosa non oportebit adhiberi nisi emphasim quandam habeant et ad rem propositam pertineant". "Volubilis amnis": Hor. *Epist.* I, 2, 43.

damas', 'vulnificum chalybem', 'volubilem animam'. Ecclesiastes non adhibet nisi quum aliquid efficiunt. Efficiunt autem, quum absque his vel minus splendidum est, vel minus vehemens quod dicitur. Quanquam hic quoque modum adesse oportet. Sunt enim qui singulis pene verbis addunt epitheta, quo videantur ardentius dicere. Quod genus sit: 'Fratres charissimi, adest optabile sacratissimae Quadragesimae tempus, quod clementissimus Dominus saluberrimo exemplo nobis miseris dicauit, quodque sanctissima Ecclesia nobis iustissima constitutione et irrefutabili autoritate indixit'.

Porro epithetis parum congruentibus vti non minus vitiosum est quam vti ociosis. Non iniuria diuus Augustinus ridet Petilianum episcopum Donatistam, sed indoctum, quod, quoties sentiebat impios gehennae tradendos, dicebat illos crepitantibus flammis exurendos, idque quasi bellum esset subinde repetebat, scilicet Vergilium imitatus, qui dixit:

Atque leuem stipulam crepitantibus vrere flammis.

Apte quidem Vergilius; nam stipulae si accendantur vere crepitant; sed inepte Petilianus de flammis gehennae. Aptius dixisset: 'Sempiternis ignibus' aut 'flammis non extinguendis exurentur'. Nihil enim refert, vtrum illae flammae crepitent an non. Iam sunt epitheta diuina, in quibus par est adesse religionem, veluti quum Patrem vocamus 'omnipotentem', 'ingenitum', 'inuisibilem', 'aeternum', Filium 'sapientem', Spiritum 'sanctum', de quibus suo dicetur loco.

Hactenus de figuris, quae faciunt ad orationis acrimoniam et grauitatem, etiam si sunt in his, quae ad alias quoque commoditates conducunt. Metaphora vero cum aliis illi cognatis, quoniam omnes in se virtutes complectitur, in extremum differetur locum. Nunc eas indicabimus, quae iucundam, perspicuam ac splendidam reddunt orationem.

Traductio magis facit ad orationis festiuitatem quam ad vehementiam aut grauitatem. Ea fit variis modis, quum eadem vox incertis locis repetitur cum gratia. Quorum primus est, si eadem repetatur eodem sensu, vt: 'Minus amat Deum, qui aliquid amat praeter Deum, quod propter Deum non amat'. Secundus, quum eadem quidem vox, sed alio significatu repetitur. Hunc vix seria recipit oratio, vt: 'Eum hominem tu vita, qui spem omnem collocauit in hac vita'. 'Contemne res mundi, in quibus nihil est mundi, eas cura, quae te liberent omni cura'. Tertius argutior est, quum eadem vox per se quidem ambigua non est, sed in diuersum sensum detorquetur, hanc Graeci vocant ἀντανάκλασιν. Exemplum: Proculeius querebatur de filio, quod expectaret mortem patris. Quumque filius respondisset: *Ego vero non expecto* – *Imo*, inquit
LB 1000 pater, *rogo vt expectes*'. Ex|pectat mortem hominis, qui imminet et optat; et expectat, qui nihil molitur ante mortem, sed aequo animo fert illum esse viuacem. Quartus modus plusculum habet dignitatis, quum eadem vox accinitur, quam παρηχίαν appellant Graeci, Latine possis assonantiam dicere,

quod velut echo sonum referat, quale est illud Pauli: *Cui vectigal, vectigal, cui tributum, tributum, cui honorem, honorem.*

533 *Quadragesimae* Le Carême, période de jeûne de quarante jours, qui précède Pâques.

534 *exemplo* Celui du Christ retiré au désert pendant quarante jours, ainsi que le rapporte *Mt.* 4, 1–11 (Evangile du 1er dimanche de Carême).

535 *constitutione ... indixit* L'obligation du jeûne, maintes fois critiquée par Er. dans les *Coll.* (Ichthyophagia) et dans le *De interdicto esu carn.*, *ASD* IX, 1, pp. 19–50, en particulier pp. 30–32, ll. 316–376. Le ton parodique, l'effet comique produit par la multiplication des épithètes procèdent de la même intention critique et satirique contre les "constitutions humaines" (de l'Eglise).

536 *parum congruentibus* Cf. ci-dessus, n.l. 524 la fin de la citation de Quint. ("ad rem propositam pertineant").

537 *Petilianum* Aug. *Contra litteras Petiliani* 2, 32, 72–73 (*PL* 43, 283).

539 *crepitantibus flammis* Ibid.: "Possumus et nos dicere 'crepitantibus flammis', sed nullo modo mihi sonat diserte quod dicitur inepte".

541 Verg. *Georg.* I, 85.

545 *diuina* Au sens de: "appliquées à Dieu".

547–548 *suo ... loco* Livre IV, ci-dessous, p. 358, l. 935–p. 368, l. 114.

549 *Hactenus* Développement commencé p. 98, l. 910 avec "acrimoniam ac vehementiam", et non comme ici "grauitatem".

552 *in extremum ... locum* Cf. p. 154, l. 22.

552–553 *iucundam ... orationem* Cf. p. 98, l. 904.

554 *Traductio* *Rhet. Her.* IV, 14, 20: "Traductio est quae facit vti, cum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, sed etiam concinniorem reddat". Voir Cic. *De or.* III, 42, 167, et Quint. *Inst.* IX, 3, 71–73.

555 *eadem ... repetitur* *Rhet. Her.* IV, 14, 21: "Ex eodem genere est exornationis, cum idem verbum ponitur modo in hac, modo in altera re, hoc modo: 'Cur eam rem tam studiose curas, quae tibi multas dabit curas?'".

559–560 *Eum hominem ... vita* *Rhet. Her.* IV, 14, 20 propose un exemple de "traductio" avec "vita", mais toujours substantif; c'est cependant cet exemple qui a pu suggérer à Er. d'utiliser en le modifiant un peu le jeu de mot involontaire commis par un théologien sur "Haereticum deuita" et "Haereticum de vita" (*Moria*, *ASD* IV, 3, p. 186, ll. 51–55).

560 *nihil ... mundi* Génitif de l'adjectif substantivé "mundus" (pur).

560–561 *eas cura ... cura* Suggéré par *Rhet. Her.* IV, 14, 21 (cité n.l. 555).

561–562 *eadem vox ... detorquetur* Quint. en parle, mais avant de nommer la "traductio"; après la παρονομασία ou "adnominatio" (ci-dessous, l. 571) il ajoute: "Cui confinis est quae ἀντανάκλασις dicitur, eiusdem verbi contraria significatio" (IX, 3, 68).

563–565 *Proculeius ... expectes* Emprunté avec de menues modifications de forme à Quint. *Inst.* IX, 3, 68.

565–567 *Expectat ... viuacem* Cette explication des deux sens de "ex(s)pectare" est entièrement d'Er.

565 *imminet* "Guetter, convoiter"; il faut sous-entendre "morti eius", mais "mortem" avec *optat*.

568 παρηχίαν En fait ce mot ne se rencontre pas; la Souda (Suidas) connaît παρήχημα et Hermogène παρήχησις: Παρήχησις ἐστι κάλλος ὁμοίων ὀνομάτων ἐν διαφόρῳ γνώσει ταὐτὸν ἠχούντων (*De inuent.* IV, 7). Ex.: πείθει τὸν Πειθίαν (Xen. *Hell.* VII, 1, 41); Εὐπείθει πείθοντο (Hom. *Od.* XXIV, 465). Erreur de mémoire d'Er.?

assonantiam Le mot est ignoré des Anciens; le verbe "adsonare" est chez Ov. *Met.* III, 507, etc.; est-ce une création d'Er. ou un mot en usage dans les "chambres de rhétorique"?

569 *echo* Er. emploie ce mot pour désigner une figure de style (malgré le doute exprimé dans *Gramm. rhét.*, p. 552, n. 202): Ep. 1333, Allen V, p. 165, l. 63 (ἠχώ); et voir Sen. *Contr.* VII, 7, 22, § 19 où *echo* a un autre sens. Cf. plus loin, p. 136, l. 609.

569–570 *Cui vectigal ... honorem* *Rom.* 13, 7; en fait cet exemple n'est pas une "assonantia" ou "echo", mais une "traductio" de la première sorte, c'est-à-dire la reprise d'un même mot au sens inchangé (ll. 556–557).

Huic finitima est adnominatio, Graecis προσονομασία, quum vox repetitur non prorsus eadem, sed aliqua ex parte immutata, vel adiectione detractioneue literae aut syllabae, vel productione aut correptione, vel immutato casu. Primi exemplum erit: '*Deligendus est quem diligas*'. Item: '*Videte, patres conscripti, ne circumscripti videamini*'. Rursus: '*Sit diuus, modo ne viuus*'. Et M. Tullius iocatur in fundum, quem possis mittere funda. Habent tamen haec quoque gratiae nonnihil, quum indicunt commode non affectata: veluti si quis dicat eos, qui stupidis diuitibus emolumenti gratia blandiuntur, sic esse arrisores, vt iidem sint irrisores atque etiam arrosores. Secundi hoc: '*Quur ego non dicam Furia te furiam?*'. Furia prima syllaba producta mulieris nomen est, vnde et Fusii dicti, *r* mutato in *s*. Item: '*Hic non tantum curiam diligit quantum Curiam*'. Curia prima correpta meretricis est vocabulum. Tertii sit illud exemplum: 'Est tibi pater indulgentissimus. Patris huius charitas te debuit ad obsequium inuitare, patri tam aequa praecipienti non erat graue morigerum esse'. 'Sic amantem patrem par erat redamare'. 'A tam beneuolo patre non oportuit dissentire'. Hoc adnominationis genus Graeci πολύπτωτον appellant, parum conueniens de rebus seriis agenti, praesertim si accersatur, fugiendum etiam si frequenter incurrat.

Nec minus frigent similiter cadentia et similiter desinentia, illa Graecis ὁμοιόπτωτα, haec ὁμοιοτέλευτα dicuntur, quod illa fiant in vocibus quae per casus variantur, haec in caeteris, nimirum generis vocabulo pro specie vsurpato; prioris generis exemplum erit: 'Nunquam fruetur sapientia, cui inuisa est industria'. Posterioris hoc: 'Difficile est sapere simul et amare'. Hoc schema fit floridius, si contrariis, repetitione, conuersione, adnominatione, aliisque similibus commendetur.

Mire his delectatus est beatus Augustinus etiam in seriis concionibus, siue quod apud Afros diceret, quibus florida erant gratiora quam seria (declarant hoc Apulei Florida), siue quod id temporis adeo fastidiosus erat populus, vt ab episcopo concionante exigeret etiam delectationem quam Tacitus queritur suo seculo et a iudicibus exigi solere. Et prorsus id agendum est ecclesiastae,

571 adnominatio *O*: admonitio *BAS LB*.

571 *adnominatio Rhet. Her.* IV, 21, 29: "Adnominatio est cum ad idem verbum et nomen acceditur commutatione vocum aut litterarum, vt ad res dissimiles similia verba accommodentur. Ea multis et variis rationibus conficitur: Attenuatione aut complexione eiusdem litterae ... Productione eiusdem litterae ... Breuitate eiusdem litterae ... Addendis litteris ... Demendis nunc litteris ... Transferendis litteris ... Commutandis ...". Cic. *De or.* II, 63, 256 (il s'agit des plaisanteries et jeux de mots): "Alterum genus est quod habet paruam verbi immutationem, quod in littera positum Graeci vocant παρονομασίαν vt 'Nobiliorem mobiliorem'". Quint. *Inst.* IX, 3, 66: "Tertium est genus figurarum quod aut similitudine aliqua vocum aut paribus aut contrariis conuertit in se aures et animos excitat. Hinc est παρονομασία quae dicitur adnominatio". Le mot "vox" signifiant "le son" ou "le mot", cela peut expliquer les flottements d'Er. qui de plus substitue προσ- à παρ-.

574 *Deligendus est quem diligas* Cf. *Rhet. Her.* IV, 21, 29: "Deligere oportet quem velis diligere".

574–575 *Videte ... videamini* Cf. *Rhet. Her.* IV, 22, 30: "Demus operam, Quirites, ne patres conscripti omnino circumscripti putentur".

575 *Sit diuus, modo ne viuus* *Hist. Aug.* XIV, Ael. Spart.; Ant. Geta 2, 8: "sit diuus, dum non sit viuus".

576 *fundum ... funda* Quint. *Inst.* VIII, 6, 73; voir Cic. *Fragm.*, ed. Soubiran, C.U.F. 'Epigramm.' 1, p. 297 (= frg. 4 Morel).

578–579 *arrisores ... arrosores* Tiré de Sen. *Epist.* 27, 7: "Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum diuitum adrosor et, quod sequitur, adrisor, et, quod duobus his adiunctum est, derisor". Cf. *Enchir.*, Holborn, p. 127, l. 23: "arridet vt arrodat".

579–580 Quint. *Inst.* IX, 3, 70 attribue ce jeu de mots à Ovide.

581 *Fusii ... in s* En réalité c'est l'inverse: "'Valesii', 'Fusii' in 'Valerios', 'Furios'que venerunt" dit Quint. *Inst.* I, 4, 13.
Hic non ... Curiam Er. donne un tour négatif à ce qui est interrogatif dans *Rhet. Her.* IV, 21, 29.

582 *meretricis* Hypothèse d'Er.

582–586 *Est tibi pater ... dissentire* Dans ces cinq phrases de sens analogue, le mot "pater" est successivement au nominatif, génitif, datif, accusatif, ablatif. Er. s'inspire de Quint. *Inst.* IX, 3, 36: "Interim variatur casibus haec et generibus retractatio ... Est apud Rutilium longa περίοδος, sed haec initia sententiarum sunt: 'Pater hic tuus? Patrem nunc appellas? Patris tui filius es?'".

586 *Hoc adnominationis ... appellant* Quint. *Inst.* IX, 3, 37: "Fit casibus modo hoc schema (quod πολύπτωτον vocant), constat et aliis etiam modis". Le mot grec signifie "à des cas multiples"; ce n'est pas, à proprement parler, une "adnominatio" (cf. ci-dessus, l. 571) puisqu'il s'agit de la même "res" et non pas de "res dissimiles".

587 *accersatur* "On le recherche" (Il est "recherché", artificiel).

589 *similiter cadentia* *Rhet. Her.* IV, 20, 28: "... cum in eadem constructione verborum duo aut plura sunt verba, quae similiter isdem casibus efferantur".
similiter desinentia Ibid.: "... cum, tametsi casus non insunt in verbis, tamen similes exitus sunt", et plus loin: "Haec duo genera, quorum alterum in exitum, alterum in casus similitudine versatur, inter se vehementer conueniunt".

590–592 ὁμοιόπτωτα ... *vsurpato* Voir Quint. *Inst.* IX, 3, 77–80. Sur le genre et l'espèce voir livre II, *ASD* V, 4, p. 410, ll. 62–103.

592–593 *Nunquam ... industria* Peut-être suggéré par *Rhet. Her.* IV, 20, 28: "Huic omnis in pecunia spes est, a sapientia est animus remotus", cet exemple est malheureux car *sapientia* est un ablatif, mais *industria* un nominatif; cela montre en tout cas que, malgré le *De pronunt.* Er. ne faisait pas toujours la distinction entre voyelles longues et brèves.

593 *Difficile ... amare* *Rhet. Her.* IV, 20, 28 donne plusieurs exemples d'homéotéleutes avec des infinitifs, dont: "Perditissima ratio est amorem petere, pudorem fugere ..." qui a pu suggérer à Er. celui-ci.

594 *floridius* Voir p. 130, l. 509; mais le sens est ici un peu différent: "brillant, éclatant (comme une fleur)"; ailleurs (Cic. *Brut.* 285) c'est: "garni (ou chargé) de fleurs"; c'est le sens ci-dessous l. 597; dans le titre d'Apulée (l. 598) il signifie: "bouquet, anthologie".
contrariis Voir ci-dessous, p. 140, l. 688 et livre II, *ASD* V, 4, p. 442.
repetitione Voir ci-dessus, p. 100, l. 912.
conuersione ibid. l. 913.
adnominatione Voir ci-dessus, l. 571.

596 *Augustinus* Voir Norden, *Kunstprosa*, t. II, pp. 621–624; Marrou, pp. 79–83.

597 *apud Afros* Voir Norden, op. cit., pp. 588–598: "'Afrikanisches Latein', eine humanistische Erfindung" (p. 588, marge). Norden cite Er. *Praef. in Hilarii ed.*, 1523 (= Ep. 1334, Allen V, p. 179, ll. 304–314) avec entre autres: "Nam et Tertulliano et Apuleio suus quidam est character; et in decretis Afrorum quae multa refert Augustinus contra Petilianum et Crescentium deprehendas anxiam affectationem eloquentiae, sed sic vt Afros agnoscas. Subobscurus et submolestus est nonnunquam et Augustinus ...".

598 *Apulei Florida* Il y eut parmi les humanistes italiens un courant qui le prenait pour modèle de style; Valla le critiqua; il semble qu'avant de lire ce dernier peut-être Er. ait subi la fascination de cet auteur à qui il emprunte certains mots et expressions. Voir John F. D'Amico, *The Progress of Renaissance Latin Prose: The Case of Apuleianism*, Renaissance Quarterly, XXXVII, 3 (1984), pp. 351–392.

599 *Tacitus* Tac. *Dial. or.* 20, 3 (c'est Aper qui parle): "Exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor ... Horum igitur auribus et iudiciis obtemperans nostrorum oratorum aetas pulchrior et ornatior exstitit. Neque ideo minus efficaces sunt orationes nostrae, quia ad aures iudicantium cum voluptate perueniunt".

vt aliqua voluptate detineat auditorem, sed danda est opera, vt delectatio comitetur vtilitatem non accersita, sitque digna concione christiana. Alioqui mihi videtur absurdum id affectare in concionibus euangelicis, quod in Ethnicorum declamationibus irridebatur.

Verum huiusmodi deliciae quae comparibus, similiter desinentibus et adnominationibus constant, tum irrepserunt in studia, quum iam degenerasset illud naturale dicendi genus, adeo vt videamus etiam diui Gregorii Romani Pontificis libros per has figuras volui, membris distingui, periodis absolui, similiter desinentibus tinnire. Quid mirum, quum eruditis placuerit Echo, Ausonius centonibus, monosyllabis aliisque puerilibus nugis luserit? Res eo tandem deuenit, vt nihil haberetur elegans, nisi rythmis similiter desinentibus astrictum.

A quibus beatus Augustinus adeo non abhorruit, vt totos libros his schematibus absoluerit et, catholicam fidem defendens aduersus Iudaeos, hunc in modum loquatur: '*Vos, inquam, conuenio, o Iudaei qui in hodiernum diem negatis Filium Dei*'. Nec hoc illi rarum est, in tractatibus praesertim et homiliis, quibus agit cum populo. Nam psalmum aduersus Donatistas vulgo decantandum scripsit. Tribuuntur illi quaedam huius generis, quae an ipsius sint nescio,
LB 1001 velut in libro meditationum hymnus | de gloria paradisi.

Tradunt rhetores huiusmodi figuras adimere fidem dicenti, et hinc partam voluptatem mox abire in fastidium. At nos quotidie audimus in templis: *Laudes crucis attollamus, Nos qui crucis exultamus Speciali gloria*, etc. Et audimus totas horas, nec sentimus fastidium, praesertim quum multae sint prosae, sic enim vocant, et sensibus et verbis ineptae. Et in his seruantur numeri, neglecta syllabarum quantitate. Verum vtcunque hoc alibi toleratur, ineptissimum sit, si nunc concionator vulgari lingua conetur ad istum modum apud populum dicere, ne videatur ineptos quosdam imitari, qui se rhetoristas appellant.

Ratiocinatio quam Graeci διαλογισμὸν appellant, commodissima est eccle-

601–602 *delectatio ... christiana* Cf. Aug. *Doctr. chr.* IV, 28, 61: "In ipso etiam sermone malit [sc. doctor] rebus placere quam verbis, nec existimet dici melius nisi quod dicitur verius, nec doctor verbis seruiat, sed verba doctori". Voir Ch. Béné, *Erasme et saint Augustin*, Genève, 1969, pp. 422–423, qui s'appuie sur ce passage d'Er. Voir ci-dessus, p. 8, l. 15 sq.

603–604 *euangelicis ... irridebatur* Forme de "comparatio a minori".

605 *comparibus* Voir p. 9, n.l. 15; p. 104, l. 996.

606 *adnominationibus* Cf. ci-dessus, p. 134, l. 571.

tum Temporel, annonce *quum*; cette époque est précisée par le nom de Grégoire le Grand qui fut pape de 590 à 604.

608 *libros* Cf. *PL* 75–77. Cf. livre II, *ASD* V, 4, pp. 144, ll. 254; 268, 461.

membris Voir ci-dessus p. 24, l. 392; *Rhet. Her.* IV, 19, 26.

periodis Quint. *Inst.* IX, 4, 124: "Perihodo plurima nomina dat Cicero: ambitum, circumitum, comprensionem, continuationem, circumscriptionem. Genera eius sunt duo: alterum simplex, cum sensus vnus longiore ambitu circumducitur, alterum quod constat membris et incisis, quod plures sensus habet, etc."; voir Cic. *Or.* 204. Elle est appelée "continuatio" par *Rhet. Her.* IV, 19, 27: "Continuatio est et densa et continens

frequentatio verborum cum absolutione sententiarum".

609 *Echo* Figure de style (malgré *Gramm. rhét.*, p. 552, n. 202) où le début d'un membre répète la fin du précédent; mais voir une définition un peu différente attribuée à Cestius dans Sen. *Contr.* VII, 7 (22), 19 (Cestius parle en grec). Er. donne sa définition: (Préface à sa *Paraphr. in Ioh.* =) Ep. 1333, Allen V, p. 165, ll. 61–63 à propos du début de cet Evangile; voir aussi l'analyse du même passage dans *LB* VI, 339 B–C où Er. établit la ponctuation à partir de la reconnaissance de cette figure. Voir ci-dessus, p. 123, l. 569.

610 *Ausonius* Le poète bordelais (ca. 288–378) auteur de *Mosella*; son *Cento nuptialis* est composé de vers de Virgile; son *Technopaegnion* est constitué de vers se terminant tous par un monosyllabe repris au début du suivant, voir, p. 142, l. 729.

puerilibus nugis On attribuait à Ausone des "vers rhopaliques" (= en forme de massue, ῥόπαλον), hexamètres constitués chacun de cinq mots ayant le premier une syllabe, le deuxième deux, etc., dont le sujet est une prière au Christ.

611 *rythmis similiter desinentibus* Par ex. Aug. *Ps. contra partem Donati*, ci-dessus, p. 8, ll. 17–18 et plus loin p. 136, l. 617. *rythmis* a ici le sens: vers, unité rythmique.

615–616 Ps.-Aug. *Sermo contra Iudaeos, Paganos et Arianos*, *PL* 42, 1123; *Iudaei* et *Dei* riment.

616 *Nec ... rarum* Norden, *Kunstprosa*, p. 622 en donne des exemples; Marrou, p. 80 assure d'après Barry, *Saint Augustine the Orator. A study of the rhetorical qualities of St. Augustine's Sermones ad populum*, Washington, 1924, p. 256, qu'Aug. a recours 4.254 fois à la rime ou à l'assonance dans les seuls *Sermones ad populum*.

617 *psalmum ... Donatistas* Voir p. 8, ll. 17–18.

619 *hymnus de gloria paradisi* Ps.-Aug. *Med.*, *PL* 40, 920–921.

620–621 *Tradunt rhetores ... fastidium* *Rhet. Her.* IV, 22–23, 32: "... fides et grauitas et seueritas oratoria minuitur his exornationibus frequenter collocatis ... Quare, quae sunt ampla atque pulchra, diu placere possunt; quae lepida et concinna, cito satietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimum". Cf. Quint. *Inst.* IX, 4, 42.

622 *Laudes ... gloria* Vers 1–3 de la Séquence XX "In inuentione sanctae Crucis" d'Adam de Saint-Victor, *PL* 196, 1484 sq.

623 *nec sentimus fastidium* Exprime l'étonnement et le blâme; cette 1e personne du pluriel est ce qu'on appelle une 1e personne "de prédicateur": l'orateur feint d'avoir part au défaut qu'il veut dénoncer.

prosae Hymne rimée que l'on chante à l'église dans certaines grandes solennités, avant l'évangile, ainsi nommée parce que l'on y tient compte du nombre des syllabes, non de leur longueur; exemples: le *Dies irae*, le *Stabat Mater*; l'étymologie de "prosa" (sc. oratio) est expliquée par Isid. *Orig.* I, 38, 1: "quae non est perflexa numero, sed recta, prosa oratio dicitur, in rectum producendo"; par Don. in *Eun.* 306 "quam non inflexit cantilena"; "prosum" venant de "prorsum". Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 273, n.l. 564.

625 *vtcunque* "De quelque manière que", "même si".

alibi Ailleurs qu'en chaire.

627 *ne* Introduit une complétive dépendant d'un verbe de crainte sous-entendu comme dans Plaut. *Aul.* 647 "Ne inter tunicas habeas" (Il est à craindre) "que tu aies (la chose volée) sous la tunique"; Ter. *Heaut.* 361 "Verum illa ne quid titubet"; Cic. *Brut.* "ne ista dulcis oratio sit abiecta", etc.; cf. gr. μή.

rhetoristas Les Rhétoriqueurs; Er. dans sa jeunesse a formé avec ses amis Gulielmus Goudanus et Cornelius Aurelius une sorte de "chambre de rhétorique"; voir J. IJsewijn, *Erasmus ex poeta theologus*, *Scrinium Erasmianum*, t. 1, pp. 375–389. Il sera à nouveau question des Rhétoriqueurs plus loin, p. 152, l. 968 sq.

629 *Ratiocinatio* Le mot est pris en un autre sens que ci-dessus, p. 58, l. 133. Ici: *Rhet. Her.* IV, 16, 23: "Ratiocinatio est per quam ipsi a nobis rationem poscimus quare quidque dicamus, et crebro nosmet a nobis petimus vnius cuiusque propositionis explanationem". L'équivalence de *ratiocinatio* et de διαλογισμὸς étonne; Er. comme on le voit ll. 644–645 a confondu "ratiocinatio" et "sermocinatio" car *Rhet. Her.* IV, 52, 65 définit cette dernière figure: "Sermocinatio est cum alicui personae sermo attribuitur et is exponitur cum ratione dignitatis" et Quint. *Inst.* IX, 2, 31: "sermones hominum adsimulatos dicere διαλόγους malunt, quod Latinorum quidam dixerunt sermocinationem". Confusion facile: la *ratiocinatio* est un pseudo-dialogue avec soi-même, la *sermocinatio* un dialogue fictif avec un person-

siastae apud imperitam loquenti multitudinem. Siquidem et intentionem excitat et ad docilitatem apposita est et perspicuam reddit orationem atque etiam viuidam non sine iucunditate. Ea fit quum ipsi nos interrogamus et iidem ad interrogata respondemus, perinde quasi duo sint colloquentes.

Hoc schemate plurimum vsus est facundissimus ille Chrysostomus, magis etiam Augustinus, in his duntaxat sermonibus quos habuerunt apud populum in exponendis Scripturis. Vnum de innumeris exempli gratia proferam, quo lector intelligat quid velim, proferam autem e commentariis in Psalmum xxx. ' '*Zelum Dei habent, sed non secundum scientiam*'. *Quid est quod dixit: 'Zelum Dei habent Iudaei, sed non secundum scientiam?' Audi quid sit, 'non secundum scientiam'* '. Et mox: '*Quis est qui non saluatur gratia? In quo non inuenit Saluator quod coronet, sed quod damnet*'. Ac paulo post: ' '*Omnes enim peccauerunt, et egent gloria Dei*'. *Quid est 'egent gloria Dei'? Vt ipse liberet, non tu. Quia tu te liberare non potes, indiges liberatore. Quid est quod te iactas? Quid est quod de lege et iustitia praesumis?*'.

Variis autem modis adhibetur haec figura: vel quum ipsi nobis quaestionem proponimus, vel quum alium proponentem facimus, vel quum ab auditoribus responsum exigimus aut ab alia persona quam fingimus, interdum ab ipso autore quem interpretamur. Primae formae exemplum erit: 'Haec nonne videntur palam inter se pugnare? Atqui tam non pugnat Scriptura cum Scriptura quam Spiritus ille, cuius afflatu prodita est, secum non pugnat. Quomodo igitur nodum hunc explicabimus? Perfacile id fiet, si distinxerimus tempore', etc. Itidem Paulus: '*Quid igitur? Lex peccatum? Absit, sed peccatum non noui*', etc. Secundae hoc: 'Hic nobis obiiciet aliquis: Si fas est iurare, quur id Christus tam accurate vetuit?'. Tertiae hoc: 'Adeste charissimi, mecum quaerite, mecum pulsate. Quid sibi hoc loco vult Spiritus Sanctus', etc. Item: 'Facio vos huius causae iudices, vtrum haec contumelia est in Deum an non est'. Hanc quidam appellant communicationem. Quartae illud: 'Quid habes quod ad haec respondeas Iudaee? Tu Scripturam de Dauide interpretaberis, non de Christo. Sed ipsa res vestram reiicit interpretationem. Dauidis, ante tot annos extincti, sepulchrum extat, ossa illius continens, sed ostende si potes ossa Christi', etc. Frequenter ita Chrysostomus: '*Quid hic agis o Paule, prius illa docuisti, nunc longe diuersa videris loqui*'. Nec minus frequenter Augustinus, vt in Psalmum XXXI: '*Sed ipsum Paulum ipsi Paulo opponamus et dicamus ei: At nos quodam modo permittis impune peccare, quum dicis: Credidit Abraham Deo*', etc. Ac mox: '*Teipsum audi, o Paule*', etc. Deinde facit Apostolum respondentem: '*Propterea hoc tibi dixi, o homo*'.

Ad huius figurae similitudinem accedunt interrogatio, subiectio et sermocinatio. Habent gratiam in loco adhibita, sed non sine modo. Immodicum autem erit quicquid addideris Augustino, duntaxat apud populum disputanti. Non in loco adhibebuntur, quum sententia nec habet aliquid affectus nec difficultatis.

Audiui quendam qui, proposita quaestione qua specie corporis essemus
LB 1002 resurrecturi, vul|tum et sermonem vertit ad imaginem Crucifixi, quae chori

locum ab inferiore templo diuidit, et cuculla paululum a fronte reducta: 'Quid ais, inquit, bone vir, resurgemus quales nunc sumus?'. Forte aderant eius monasterii monachi aliquot admodum pueri. Concionabatur enim doctor Dominicanus in templo Benedictinorum. 'Videte, inquit, quam sint pusilli. Num tantilli resurgent?'. Haec et his frigidiora quaedam ad Crucifixum. Mox composito vultu, quasi pro Christo respondit: 'Frater, tu multa quaeris'. Hic dialogismus non vno modo frigidus erat et ineptus.

Is qui impudentissime atque adeo impie contaminauit Hieronymi commentarios in psalmos, frequenter affectat hoc schematis genus, Augustinum scilicet imitatus, subinde infulciens: '*Vide quid dicat*', quum res nullam exigat attentionem peculiarem, bis ineptus, et quod temere adhibet, vbi nihil opus, et quod non animaduertit hoc sermonis genus nec Hieronymo esse familiare, quum is Hieronymi personam sibi sumpserit, nec in commentariis, qui scribuntur eruditis, perinde congruere, quemadmodum apud populum loquenti.

630 apud *O*: ad *BAS LB*.
642 te liberare *A*: liberare *cett.*
647 formae *A C*: fermae *B*, ferme *D BAS LB*.
654 hoc loco vult *B–D BAS LB*: vult hoc loco *A*.

nage imaginaire. Cf. pp. 124, ll. 406 et 126, 439.
630 *intentionem* "L'attention"; cf. Sen. *Epist.* 113, 3; Quint. *Inst.* IV, 1, 38.
638–639 Aug. *Enarrat. in Ps.* 2, 6 (*PL* 36, 233) citant *Rom.* 10, 2 (au lieu de "zelum" Vulg. a "aemulationem", Er. "studium").
640–641 *Quis est qui ... damnet* Ibid. mais *PL* a: "... qui saluatur gratis?".
641 *Omnes enim ... gloria Dei* *Rom.* 3, 23; Vulg. a "gloriam", Er. (*LB* VI, 576 C) dit: "destituuntur gloria Dei".
642–643 Aug. loc. cit. (n.ll. 638–639).
644–647 *Variis ... interpretamur* Voir ci-dessus l. 629.
651 *Paulus* *Rom.* 7, 7. Traduction un peu différente de la Vulgate reprise mot pour mot dans *LB* VI, 596 C; ici *igitur* remplace "ergo"; "est" est omis après *Lex peccatum*; *noui* est substitué à "cognoui".
653 *accurate vetuit* Cf. *Mt.* 5, 34–37.
653–654 *Adeste ... pulsate* *Mt.* 7, 7 (*Lc.* 11, 9): "Petite et dabitur vobis, quaerite et inuenietis, pulsate et aperietur vobis"; la *Paraphr.* (*LB* VII, 43 E): "Dat [Deus Pater] haec, sed auide petentibus; non negat haec, sed studiose quaerentibus; non arcet ab hoc thesauro, sed improbe pulsantes. Petite igitur a Patre, non gemmas aut aurum, sed has veras et inaestimabiles opes animi ... Diues ac benignus est Pater vester, nulli negat, nulli inuidet opes suas, sed agnosci vult earum pretium".
656 *communicationem* Voir p. 110, l. 132.
658–659 *Dauidis ... sepulchrum* 1. Rg. 2, 10; cf. 2. *Esdr.* 3, 16.
660–661 *Frequenter ... loqui* Par ex. Chrys. *Hom. in epist. ad Rom.* 1, 2 (*PG* 60, 397); 2, 6 (*PG* 60, 407); 3, 2 (*PG* 60, 412); le texte d'Er. n'est pas une traduction, mais un abrégé de ce premier passage.
662–665 Aug. *Enarrat. in Ps.* 31, 6 (*PL* 36, 261 avec "Hac" au lieu de *At*).
663 *Credidit Abraham* (*Rom.* 4, 3) est cité seulement en 7 (col. 262); au lieu de *audi, o* *PL* lit "audio".
666–667 *interrogatio, subiectio et sermocinatio* Ci-dessus, p. 100, l. 948; p. 104, l. 2; p. 126, l. 437.
677 *tantilli* Mot du vocabulaire des Comiques: Plaut. *Trin.* 60; Ter. *Ad.* 563.
678 *composito vultu* "Ayant apprêté son visage", plutôt que: "avec un visage calme" (Plin. *Epist.* III, 16, 5).
680–682 *Is qui ... quid dicat* Voir Hier. *Breuiarium in psalmos*, *PL* 26, 815–1346. Un sondage sur 815–865 donne une fois "Vide qui dicat", deux fois "Videte quid dicat", mais plusieurs dizaines de fois "Ac si dicat". Er. a peut-être confondu, s'il cite de mémoire?
686–687 *apud populum loquenti* Participe substantivé.

Contrarium hoc differt a contentione, quod illic vehementiae causa contraria contrariis opponuntur, hic idem fit probandi gratia, quum argumentamur ex comparatione. Proinde hoc contrarium aut schema non est aut idem est cum contentione. Alioqui omnis commoda collectio deberet esse schema. Tale est illud euangelicum: '*Si terrena loquenti non creditis, quomodo, si dixero vobis coelestia, credetis?*'.

Continuatio huic finitima non est figura, sed vel sententia vel argumentatio, quae si breuis est aut euidens aut alioqui commoda, non ideo statim schema est.

Subiectio quoniam non est simplex argumentatio, iure inter figuras recensetur. Tolle quod idem interrogat et respondet, nihil aliud erit quam argumentatio, veluti si loquaris hunc in modum: 'Iste diuitias quas possidet, quum nec ex patrimonio sit consequutus, nam patris bona venierunt, nec ex haereditate, quum ab omnibus necessariis sit exhaeredatus, nec ex industria, quum sit ignauissimus, nec ex dono, quum nullum habeat amicum, superest vt eas malis artibus sibi parauerit', simplex argumentatio est a diuisione. At si hoc pacto efferas: 'Quaero, vnde iste diuitias nactus est? An amplum patrimonium relictum est? At patris bona venierunt. Haereditas aliqua obuenit? non potest dici, imo a necessariis omnibus exhaeredatus est', etc., ita demum fit figurata argumentatio, sed alia figura.

Subiectionis species est communicatio, de qua supra meminimus, quoties cum iudicibus aut auditoribus veluti deliberamus, vt: 'In hoc rerum statu, quid vnusquisque vestrum fecisset aut quid mihi faciendum censuisset? Recusassem munus quod princeps imponere destinarat? Prouocassem in me principis iram. Suscepissem? Nec ego par eram tanto oneri, nec ingenio meo congruebat hoc negotii genus. Excusassem aetatem, valetudinem, imperitiam? Non audiunt monarchae causationes, vbi quid impense cupiunt. Sed agedum fingite me parem negotio, fingite suscepisse. Quid potui facere? Obtemperassem collegis? Crudelis fuissem in eos quos iudicabam innocentes. Obstetissem collegis? Coniecissem me in idem discrimen, in quo erant qui ad supplicium rapiebantur. Quod vnum licuit feci, verti solum'. Hoc schema si scite adhibeatur, non solum ad perspicuitatem facit, verum etiam ad acrimoniam.

Gradatio, Graecis κλῖμαξ, multum addit venustatis ac iucunditatis. Ea fit, quoties ita per gradus oratio distinguitur, vt dictio finiens particulam praecedentem inchoet sequentem. Quale est illud Maronis:

Vos haec facietis maxima Gallo,
Gallo cuius amor, etc.

Et: *iuuenum pulcherrimus Astur,*
Astur equo fidens.

703 parauerit, simplex *editor*: parauerit. Simplex *cett.* 706 etc., ita *editor*: etc. Ita *cett.* 720 κλῖμαξ *editor*: κλίμαξ *cett.*

688 *Contrarium* *Rhet. Her.* IV, 18, 25: "Contrarium est quod ex rebus diuersis duabus alteram breuiter et facile confirmat, hoc pacto: 'Nam qui suis rationibus inimicus fuerit semper, eum quomodo alienis rebus amicum fore speres?'"; voir Cic. *Inv.* I, 28, 42; *De or.* III, 54, 207; Quint. *Inst.* IX, 3, 90. Ne pas confondre avec les "contraria in amplificando" ci-dessus, p. 57, l. 85 (renvoyant à livre II, *ASD* V, 4, p. 420, l. 337).

contentione Voir p. 124, l. 385.

690 *comparatione* Voir p. 58, l. 106 sq.

691 *collectio* Au sens de "proposition qui se trouve démontrée au terme de l'argumentation"; voir livre II, *ASD* V, 4, p. 348, l. 566 et la note; pour Celsus, selon Quint. *Inst.* IX, 2, 103 synonyme de "syllogisme".

commoda "Adaptée, appropriée".

692–693 *Ioh.* 3, 12.

694 *Continuatio* *Rhet. Her.* IV, 19, 27: "Continuatio est et densa et continens frequentatio verborum cum absolutione sententiarum"; Cic. *Or.* 61, 204: "... circuitu illo orationis quem Graeci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem aut continuationem aut circumscriptionem dicimus"; Quint. *Inst.* IX, 4, 22: "περίοδον quae est vel ambitus vel circumductum vel continuatio vel conclusio".

697 *Subiectio* Voir p. 104, n.l. 2.

699–703 *si loquaris ... est* Subjonctif dans la conditionnelle, indicatif dans la principale: construction non-classique; de même ll. 703–706: *Si ... efferas ... fit.*

Iste diuitias ... sibi parauerit Cette formulation est seconde. La forme avec "subiectio" est tirée de *Rhet. Her.* IV, 23, 33 avec de légères modifications: "Quaero igitur, vnde iste tam pecuniosus factus sit. Amplum patrimonium relictum est? At patris bona etc.".

703 *diuisione* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 437, ll. 718–721; l'annotation omet d'indiquer la source de l'exemple: Quint. *Inst.* V, 10, 67.

simplex Par opposition à *figurata.*

704 *Quaero, vnde ... nactus est* Les deux propositions sont juxtaposées: "Je le demande, d'où tient-il ses richesses?"; cependant Er. peut suivre l'exemple de Plaut. qui emploie dans ce type de phrase l'indicatif. La source *Rhet. Her.* emploie le subjonctif.

707 *alia figura* On ne voit pas laquelle.

708 *supra* Cf. p. 110, l. 132.

709–718 *In hoc rerum ... verti solum* Cet exemple commence comme une délibération de l'orateur avec ses auditeurs, conformément à la définition de la "communicatio". Mais dès *Recusassem* (l. 711) jusqu'à *rapiebantur* (l. 718) on a une délibération avec soi-même conforme à *Rhet. Her.* IV, 24, 34: "Ex eodem genere, vt ad nostram quoque personam referamus subiectionem"; et l'exemple d'Er. est calqué sur celui de *Rhet. Her.*: "Nam quid me facere conuenit, cum etc.? Dimicarem? At etc. Sederem in castris? At neque ... neque ... Castra relinquerem? At ... Vitam militum neglegerem? At ... Hostium condicionem repudiarem? At ...".

710–717 *fecisset, censuisset, Recusassem ... Coniecissem* L'emploi du plus-que-parfait du subjonctif pour exprimer le potentiel dans le passé, quoique plus rare que l'imparfait, n'est pas sans exemples chez Cic. et Liv. (Ernout-Thomas § 256) et se répand à l'époque impériale (Ibid. § 260, p. 244).

711 *munus* La charge de juge, comme la suite le fait comprendre, avec "obligation" de condamner des innocents ou d'être soi-même condamné à mort. Y a-t-il ici trace de réalités contemporaines, transposition de l'expérience de More?

714 *causationes* "Excuses" comme dans Gell. XX, 1, 30 "causatio ista aegri corporis".

718 *verti solum* "J'ai émigré"; Cic. *Caec.* 100: "solum vertere, hoc est, sedem ac locum mutare".

719 *perspicuitatem ... acrimoniam* Voir p. 98, ll. 904–905; "acrimonia" équivaut à "vehementia".

720 *Gradatio* *Rhet. Her.* IV, 25, 34: "Gradatio est in qua non ante ad consequens verbum descenditur quam ad superius escensum est"; Quint. *Inst.* IX, 3, 54–55: "Gradatio, quae dicitur κλῖμαξ, ... repetit quae dicta sunt, et priusquam ad aliud descendat in prioribus resistit". Exemple commun aux deux sources: "Africano virtutem industria, virtus gloriam, gloria aemulos comparauit". Les exemples cités par Er. ne correspondent pas à la définition ni à l'image suggérée par le mot de "gradatio". Voir *Annot. in Rom.* 5, 4 (*LB* VI, 583 D–E, n. 5).

723–724 Verg. *Ecl.* 10, 72–73; ce n'est pas une "gradatio", mais une simple répétition de mot.

725–726 Verg. *Aen.* X, 180–181 avec une modification: "sequitur pulcherrimus Astur, etc.".

Torua leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam.

Haec plus habent iucunditatis quam grauitatis. Sed frigidius est quod affectauit Ausonius in monosyllabis. |

LB 1003 *Res hominum fragiles alit et regit et perimit sors,*
Sors dubia aeternumque labans, etc.

Caeterum quum gradatio fit per correctionem, etiam ad acrimoniam facit, vt illud Ciceronis: *Hic tamen viuit. Viuit? Imo etiam in senatum venit.*

Minus offendet affectationis species, si res ipsa gradus habeat, velut in genealogiis aut in serie magistratuum sibi succedentium. Atque etiam in rebus: 'Aphricano virtutem industria, virtus gloriam, gloria aemulos comparauit'. Item: 'Ver propellit aestas, aestatem excipit autumnus, autumno succedit hyems'. 'Pueritiam excipit adolescentia, adolescentiam iuuentus, iuuentutem aetas virilis, virilem aetatem senectus, senectutem mors, mortem immortalitas'. Item: 'Negligentia parit errorem, error lapsum, lapsus flagitium, flagitium consuetudinem, consuetudo impudentiam, impudentia mentem reprobam, mens reproba desperationem'. Tale est illud Pauli: '*Caput mulieris vir, caput viri Christus, Christi autem Deus*'. Mirum vero quantopere Ioannes Euangelista sit hoc schemate delectatus: '*In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*', ac mox: '*Sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt*'.

Est tamen huius schematis vsus aliquis ad acrimoniam, si sumatur per amplificationem, quale sit: 'Occidisti amicum, amicum, inquam, occidisti, et occidisti non ferro, sed veneno, veneno autem omnium praesentissimo linguae, linguae Tartareo veneno tinctae'.

Definitio per se non est schema, alioqui omnis definitio, quamuis recta, schema esset. Quum enim dicimus: 'Iustitia est virtus, qua cuique tribuimus quod debetur', nulla est figura. At quum dicimus: 'Adolescentia est flos aetatis', metaphora est, vt 'Senectus est hyems aetatis'. Rursum si dicas: 'Sic amare vt laedas, non est beneuolentia, sed imprudentia', correctio est. Sed hac ratione omnis sententia, omnisque argumentatio posset inter schemata referri.

Transitio docenti accommoda est, reuocans in memoriam quod dictum est, et paucis ostendens quid sit dicendum. De hac dictum est, quum de diuisione loqueremur. Quot autem sint huius formae, in commentario de Copia demonstrauimus.

Commutatio plurimum habet gratiae, inuerso sententiae ordine: *Non est viuendum vt edas, sed edendum vt viuas.* Item: 'Non possidet pecuniam, qui seruit pecuniae, sed cui seruit pecunia'. Tale est illud euangelicum: '*Non homo*

727 Verg. *Ecl.* 2, 63.
728 *iucunditatis* *Rhet. Her.* IV, 25, 35: "Habet in se quendam leporem superioris cuiusque crebra repetitio verbi, quae propria est huius exornationis"; cette dernière formule peut expliquer l'érreur d'Er.: il a

confondu le propre et la définition.

730–731 Auson. *Technopaegnion* III, 1–2 (ed. Prete, 1978, p. 127); voir ci-dessus, p. 136, l. 610.

732 *correctionem* Voir p. 106, l. 45.
acrimoniam Voir p. 140, l. 719.

733 Cic. *Catil.* I, 1, 2.

734 *offendet* Emploi absolu: "choquera, mécontentera".
affectationis "Recherche" (péjoratif), "artifice" comme "affectatus" dans Quint. *Inst.* XI, 3, 10: "Sunt qui ... quidquid studio paratur vt affectata et parum naturalia solent improbare".

736–737 *Aphricano ... comparauit* Exemple de *Rhet. Her.* repris par Quint.; voir ci-dessus, p. 140, l. 720. La graphie "Aphr-" vient d'une retranscription du grec; "Africanus", chez Plut. 'Αφρικανός, désigne Scipion, le vainqueur d'Hannibal.

737–738 *Ver ... hyems* On peut douter qu'il s'agisse de "gradatio"; c'est seulement une succession chronologique qui recommence, un cycle.

738–740 *Pueritiam ... immortalitas* Ici la succession chronologique est aussi une "gradatio".

740–742 *Negligentia ... desperationem* Chaque terme marque une aggravation et pas seulement une succession par rapport au précédent.

740 *error lapsum* Le premier terme concerne le jugement, il appartient au domaine intellectuel; le deuxième concerne la conduite, il relève du domaine moral.

740–741 *lapsus flagitium* Différence de gravité: le *lapsus* n'est pas conscient d'être mal; le *flagitium* implique la conscience dans le mal.

741 *impudentiam* Conscience de mal faire, mais sans honte ni remords.

741–742 *mentem reprobam* Calqué sur "reprobum sensum" de *Rom.* 1, 28; signifie apparemment l'endurcissement dans le mal, l'effacement de tout début de repentir.

742 *desperationem* Le désespoir d'être pardonné par Dieu, car ce pardon présuppose repentir; cf. *Paraphr. in Mt.* 27, 5 (*LB* VII, 139 A): "Agnouit magnitudinem sceleris sui, sed non agnouit magnitudinem misericordiae diuinae"; cf. *Paraphr. in 2. Cor.* 2, 10: "Nec ignoramus illius animum qui non solum per voluptates, verum etiam per moerorem insidiatur nobis, illic ad flagitia pellicens, hic in desperationis barathrum praecipitans".

742–743 1. *Cor.* 11, 3.

744–747 *In principio ... non comprehenderunt Ioh.* 1, 3–5. Ailleurs Er. appelle cette figure "echo"; voir p. 136, l. 609.

749 *amplificationem* Semble signifier ici grandissement d'un terme à l'autre de la "gradatio" – grandissement qui n'en fait donc pas partie normalement pour Er.

749–751 *Occidisti ... tinctae* Voir p. 52, l. 939.

750–751 *veneno autem ... linguae* Génitif explicatif.

751 *Tartareo* Expression païenne, mais pour désigner l'Enfer, Satan. Cf. *Ioh.* 8, 44: "Vos ex patre diabolo estis ... Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, atque eius rei pater" (trad. Er.). C'est la calomnie qui est ici désignée. Voir *Lingua*, *ASD* IV, 1A, p. 122, l. 152: "Tartareo veneno"; p. 117, l. 992: "telis veneno Tartareo tinctis".

752 *Definitio* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 402 sq., l. 905 sqq. Le mot est alors pris au sens des dialecticiens (p. 404, l. 919). *Rhet. Her.* IV, 25, 35: "Definitio est quae rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter et absolute, hoc modo: 'Maiestas rei publicae est in qua continetur dignitas et amplitudo ciuitatis'".

755 *metaphora* Voir plus loin, p. 154, l. 22.

756 *correctio* Ci-dessus 106, l. 45.

758 *Transitio* *Rhet. Her.* IV, 26, 35: "Transitio vocatur quae cum ostendit breuiter quid dictum sit, proponit item breui quid consequatur".

759 *dictum est* Livre II, *ASD* V, 4, p. 293, l. 82 sq.

761 *demonstrauimus* *De cop. verb.* cap. LIII (*ASD* I, 6, p. 118); ibid., liber II, p. 270, ll. 855–884.

762 *Commutatio* *Rhet. Her.* IV, 28, 39: "*Commutatio* est cum duae sententiae inter se discrepantes ex traiectione ita efferuntur vt a priore posterior contraria priori proficiscatur". Quint. *Inst.* IX, 3, 85: ἀντιμεταβολή.

762–763 *Non est ... vt viuas* C'est le premier exemple cité par *Rhet. Her.* pour illustrer la définition ci-dessus. Quint. l'exprime un peu autrement, loc cit.: "Non vt edam viuo, sed vt viuam edo".

763–764 *Non possidet ... pecunia* Cf. Hor. *Epist.* I, 10, 47: "Imperat aut seruit collecta pecunia cuique"; Sen. *De vit. beat.* 26, 1: "Diuitiae enim apud sapientem virum in seruitute sunt, apud stultum in imperio" (Otto, s. v. "pecunia").

764–765 *Non homo ... hominem* *Mc.* 2, 27.

propter sabbatum, sed sabbatum propter hominem'. Rursus illud Lacaenae quae rogata an ad virum accessisset: *Non*, inquit, *sed ille ad me*. Huius generis est illa non sine causa laudata sententia: '*Si quid turpe facias cum voluptate, voluptas abit, turpitudo manet: si quid honestum facias cum labore, labor abit, honestum manet.*

Circuitio, Graecis periphrasis, vnum verbum pluribus circumloquitur, interdum ornatus causa, velut illud:

Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
Incipit, et dono diuum gratissima serpit.

Sentit initium noctis. Item illud eiusdem:

Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci,
Maioresque cadunt altis de montibus vmbrae.
Et iam summa procul villarum culmina fumant.

Tot verbis circumloquutus est vesperam.

Interdum verecundiae causa circumloquimur, vt Sallustius dixit: *ad requisita naturae*. Et nos dicimus 'exonerare aluum' pro 'cacare' et 'reddere lotium' pro 'mingere'. Quanquam interdum obscoenior est periphrasis verbo simplici.

Nonnunquam et ad dignitatem orationis facit, velut apud poetas:

Diuum pater atque hominum rex,

pro Ioue. '*Romanae facundiae princeps*', pro Cicerone. Et nos pro Paulo, *Doctorem gentium* dicimus.

Distributio, quae singulis personis aut rebus dispertitur quae conueniunt, si commoda accedat breuitas, non parum adfert decoris orationi, praesertim in
LB 1004 praecipiendo, vt: 'Principis est toti reipublicae prospi|cere. Procerum, salubribus consiliis principis solicitudinem adiuuare. Magistratuum est iniunctum munus bona fide gerere. Populi est principis ac magistratuum imperata fideliter obire. Episcoporum, quae ad pietatem faciunt modis omnibus promouere. Monachorum, pro salute omnium deprecari Dominum'. Item: 'Mariti est diligere mitique imperio regere vxorem. Vxoris est reuerenter obsequi marito. Domini est seruis vti pro hominibus, non pro iumentis. Seruorum est timere dominos et eis dicto audientes esse. Patris est amanter erudire liberos. Liberorum est ex animo parere iussis parentum'. Huius generis est illud Apostoli Rom. XII: *Qui tribuit in simplicitate, qui praeest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate*. Similiter illud Ioannis in epistola cap. II: *Scribo vobis, patres*, etc.

Congeminatur schematis gratia, si aliud accedat schema, vt: 'Ocio corrumpitur ingenium, industria crescit et augescit'. 'Frugalitas seruat rem, luxus dissipat'. 'Diuitiae docent arrogantiam, paupertas modestiae magistra est'. 'Imperitia confidentiam parit, eruditio timidos reddit'. 'Ceremoniae superstitionem alunt, fides et charitas pietatem'.

Notatio quae Graecis ἠθοποιία dicitur, quoniam mores et ingenium cuiusque suis depingit coloribus, plurimum habet oblectamenti, veluti si

describas imaginem luxuriosi, prodigi, parci, auari, amantis, meretricis, adulatoris, haeredipetae, temulenti, gloriosi, ambitiosi, zelotypi, iracundi, inuidi, superstitiosi, ostentatoris, qui velit haberi doctus quum non sit, diues quum non sit, nobilis quum non sit, aut sanctus quum non sit. Huius schematis exemplum commode reddi non potest, nisi multis verbis. Exemplorum magna vis est apud comicos et tragicos, nec pauca apud Ciceronem. Feruntur notae quaedam nomine Theophrasti, non omnino reiiciendae, sed vix dignae tanto

796 Rom. *cett.*: ad Romanos *LB*.

765–766 *illud Lacaenae ... ad me* *Apophth.* II, 'Apophth. Lacaenarum' 32 (*LB* IV, 151 B), d'après Plut. *Mor.* 242 C, *Lacaenarum apophth.* "Lacaenarum incertarum" 24.

767–768 *Si quid ... honestum manet* Voir Gell. XVI, 1, 2, citation de Musonius qu'Er. traduit en permutant les deux parties de la phrase: Ἄν τι πράξης καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει· ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει.

769 *Circuitio* *Rhet. Her.* IV, 32, 43: "Circuitio est oratio rem simplicem adsumpta circumscribens elocutione" (Les exemples ne correspondent pas exactement à la définition: "Scipionis prouidentia" au lieu de "Scipio", "Karthaginis opes" au lieu de "Karthago"). Quint. *Inst.* VIII, 6, 61: "Quidquid significari breuius potest et cum ornatu latius ostenditur periphrasis est, cui nomen Latine datum est non sane aptum orationis virtuti circumlocutio".

771–772 Verg. *Aen.* II, 268–269.

774–776 Verg. *Ecl.* 2, 66; 1, 83 et 82.

778–779 *ad requisita naturae* Cité par Quint. *Inst.* VIII, 6, 59; recueilli dans Sall. *Hist. frg.* 3.

782 Verg. *Aen.* I, 65.

783 *nos* "Nous, chrétiens".

784 *gentium* Les "gentils", les païens (goim).

785 *Distributio* *Rhet. Her.* IV, 35, 47: "Distributio est cum in plures res aut personas negotia quaedam certa dispertiuntur"; Quint. emploie le mot sans le définir (*Inst.* IX, 1, 30; 2, 2).

787–791 *Principis ... deprecari Dominum* Er. adapte au monde chrétien l'un des exemples de *Rhet. Her.*: "Senatus est ...; magistratus est ...; populi est ...".

792–795 *Mariti est ... iussis parentum* Er. adapte ici *Eph.* 5, 25 sq. et 6, 1–9. Dans *Domini ... non pro iumentis* il y a de plus un écho de Sen. *Epist.* 47, 5: "... quod ne tamquam hominibus quidem, sed tamquam iumentis abutimur".

796–797 *Rom.* 12, 8. On note qu'ici Er., chose rare, indique le chapitre; voir p. 16, l. 185 sqq.

798 1. *Ioh.* 2, 12 (filioli), 13 (patres, adulescentes).

799 *aliud ... schema* Dans les exemples qui suivent c'est l'antithèse, "contentio" (p. 124, l. 385).
Ocio Er. prend le terme au sens de "oisiveté" et non au sens cicéronien de "loisir" (retrait passager des affaires).

800 *luxus* L'antithèse avec *frugalitas* confirme le sens de "excès de table"; voir p. 57, l. 90 et n.

802 *confidentiam* Péjoratif "excès d'assurance, effronterie".

802–803 *Ceremoniae ... pietatem* Résume de manière frappante la pensée religieuse d'Er.

804 *Notatio* *Rhet. Her.* IV, 50, 63: "Notatio est cum alicuius natura certis describitur signis quae, sicuti notae quaedam, naturae sunt attributa"; Quint. *Inst.* IX, 2, 58: "Imitatio morum alienorum, quae ἠθοποιία vel, vt alii malunt, μίμησις dicitur"; Quint. emploie *notatio*, à la suite de Cic. *Top.* 35, au sens d'"étymologie" (*Inst.* I, 6, 28).

805 *suis* Le possesseur est le *cuiusque* voisin.

806 *amantis, meretricis* Ce féminin au milieu de tous ces masculins suggère de corriger en: "amantis meretricis" (amant d'une prostituée) ou, mieux sans doute, "amantis meretrices" où *amantis* est un participe substantivé et "meretrices" sont complément d'objet: "qui fait l'amour avec des prostituées".

807 *haeredipetae* "Captateur d'héritages"; le mot vient de Petron. 124, 2.

811 *notae* Cf. ci-dessus, l. 804 la définition de la *notatio*; le mot traduit le grec χαρακτῆρες.

812 *vix dignae* L'adverbe *vix* est une négation courtoise; ce jugement sur les *Char.* de Thphr. est dû sans doute à la déception que doit donner sa lecture après le jugement dithyrambique de Quint. *Inst.* X, 1, 83: "in Theophrasto tam est loquendi nitor ille diuinus vt ex eo nomen quoque traxisse dicatur".

autore. Ecclesiastae vero sic vbique temperandus est sermo, vt non tam personas impetere videatur quam ipsa vitia.

Sermocinatio, quae cuique personae sermonem affingit congruentem cum decoro, velut viro forti, mulieri, tyranno, seni, puero, iuueni, si scite adhibeatur, est quidem narrationis virtus; schema quur dici debeat non video. Est autem notationis pars, siquidem illa affingit mores, haec orationem. Vtraque pertinet ad hypotyposin, quae partes omnes complectitur.

Video priscos illos tametsi pios sibi nonnihil permisisse in affingendis sermonibus, dum loquentes faciunt, non ea quae vere dicta sunt, sed quae dici potuerint. Velut in historia septem Machabeorum, singulis adulescentibus et matri sermo tribuitur, non quod his verbis vsi sint, sed talibus aut similibus vti potuerint. Argumentum est, quod aliter loquuntur in libris Machabeorum, aliter apud Iosephum. Ac ne verisimile quidem est inter Agnetem, procum et tyrannum, eos sermones intercessisse, quos illis attribuit Ambrosius. Idem sibi permiserunt quidam, qui sanctorum vitas scripto prodiderunt. Veluti Pauli Eremitae, Antonii, Hilarionis et Malchi. Hoc exemplum quatenus imitandum videatur, aliis dispiciendum relinquo.

In sacris historiis nolim quicquam affingi, quod tamen et a nonnullis concionatoribus ipse audiui. Affingebant quibus verbis Herodes appellarit Christum, quibus verbis pronunciarit sententiam Pilatus, et quae Christi anima ad singulos inferorum circulos fuerit concionata, et quid illi ab illic detentis responsum sit. Simili fictione ponebat ob oculos extremum iudicium. Erat enim natiua quadam eloquentia praeditus. Audiebam haec non sine voluptate, sed puer.

Haec fiunt excusatius, si concionator praefetur ea tradita in humanis historiis aut probabilem esse coniecturam, talia et talia fuisse dicta aut dicenda. Quidam appellant pias contemplationes, et sunt profecto, si imaginemur ea quae rebus et personis congruunt. Quod in sanctorum vitis frequenter deprehendimus parum attente obseruatum. Veluti Sulpitius in vita
LB 1005 Martini facit illum | ita respondentem imperatori: *Donatiuum tuum militaturus accipiat, mihi qui Christianus sum pugnare non licet.* Alia fuerat adferenda causa. Nam id temporis etiam sub impio caesare, si iustum bellum indixisset, pugnare phas erat. Si nefas erat Christiano pugnare, oportuit ante baptismum a militia recedere, nec stipendium imperatoris accipere. Dein ne videretur ignauus, non recusat inermis per medios hostium cuneos penetrare, hoc est, facere, quod Christiano nefas esse fuerat professus. Nec tanti erat ignauiae conuitium, vt ad id depellendum fuerit tentandus Deus.

Nec satis meminisse decori videtur, qui ex autore, ni fallor, Bonauentura, fingebat Virginem matrem a Filio petiisse, ne subiret mortem, quumque ille respondisset secus esse decretum a Patre, adiecit illa, saltem eligeret mortem minus crudelem minusque ignominiosam quam erat crux. Responsum est tantam esse peccatorum enormitatem, vt alia morte dilui non possent. Virgo hic quoque repulsam passa: '*Saltem*, inquit, *verte me in lapidem, quo tantae calamitatis sensu caream*'. In hac fictione quantum sit absurditatis, ne dicam

813–814 *non tam personas ... vitia* Cf. Lettre à Martin Dorp sur la *Moria*, Ep. 337, Allen II, p. 96, ll. 208–210: "Quod si vlla est ratio citra vllius offensam medendi vitiis hominum, haec vna, ni fallor, est omnium maxime accommoda, cum neque nomen cuiusquam aeditur, etc." et encore ll. 254–255: "Et quinam isti tam delicatis auribus qui Moriam ipsam non ferunt in communem hominum vitam sine vllius nominis inustione ludentem?".

815 *Sermocinatio* Voir p. 126, l. 437.

816 *decoro* Voir p. 128, l. 487; pour *seni ... iuueni* on pense aussi à Hor. *Ars* 156 sq.: "Aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores, / mobilibusque decor naturis dandus et annis".

817 *est quidem ..., schema quur ... non video* L'absence de "sed" devant *schema*, en corrélation avec *quidem* ne fait que rendre plus forte l'antithèse.

818 *Est ... pars* A pour sujet non exprimé "sermocinatio".

819 *hypotyposin* Voir plus haut p. 88, l. 674 et p. 126, l. 458.

820 *priscos ... pios* Le premier mot évoque une antiquité très reculée, "archaïque", le second exclut les historiens païens Thuc., Liv., Tac. etc. qui eux aussi composent des discours fictifs qu'ils attribuent aux acteurs historiques.

822 *in historia septem Machabeorum* 2. *Mcc.* 7.

825 *apud Iosephum* Ps. Flavius Josèphe, *Le massacre des Macchabées*, ch. 4 à 11 et ch. 14, trad. fr. Arnauld d'Andilly.

825–826 *Agnetem, procum et tyrannum* A l'âge de treize ans, revenant de l'école Agnès rencontra le fils du préfet qui tomba amoureux d'elle (procus); elle-même a un "époux" incomparable, le Christ, elle repousse donc la cour du jeune homme; le préfet la fait conduire au lupanar; elle fut bientôt égorgée après plusieurs miracles. Cette histoire est racontée par Ps.-Ambr. *Epist.* (*PL* 17, 813 sq.) qui servit de source à la *Légende dorée*.

827–828 *Pauli Eremitae, Hilarionis, Malchi* Vies racontées par saint Jérôme, *PL* 23, 17–28, puis 29–54, enfin 55–60.

828 *Antonii* Ecrite en grec, traduite en latin deux fois dès l'Antiquité; voir livre I, *ASD* V, 4, p. 177, n.l. 853.

829 *aliis dispiciendum relinquo* Formule de politesse pour dire qu'il ne faut pas les imiter.

831 *Herodes appellarit* Hérode le Tétrarque adresse la parole à Jésus, il le questionne (*Lc.* 23, 8–11).

832 *Pilatus* *Mt.* 27, 26; *Lc.* 23, 24–25; *Ioh.* 19, 16.

833 *singulos inferorum circulos* C'est Dante qui a représenté ainsi la topographie des Enfers; on aurait pu penser à un prédicateur qu'Er. aurait entendu en Italie, mais le mot *puer* (l. 836) l'interdit.
illi Dat. sing.: le Christ.

833–834 *illic detentis* Participe substantivé: les Enfers.

834 *ponebat ob oculos* Passage au singulier après *Affingebant* (l. 831); *ob* a le sens de "devant" (Cic., Verg.).
extremum iudicium *Mt.* 25, 31–46.

837 *fiunt ... si ... praefetur* Cf. p. 141, n.ll. 699–703.
excusatius "De façon plus excusable", Tac. *Ann.* III, 68, 1; "excusate" est dans Quint. *Inst.* II, 1, 13.

838–839 *fuisse ... dicenda* "Auraient dû être dites".

840 *congruunt* Même sens que ci-dessus, l. 816 "decorum".

842–843 *Donatiuum ... licet* Sulp. Sev. *Vita Martini* 4 (*PL* 20, 162 D); le "donatiuum" est une prime offerte aux soldats pour l'avènement de l'empereur ou plus tard, parfois, en de certaines circonstances.

843 *Alia ... causa* "Un autre motif" pour refuser le "donatiuum".

847 *non recusat ... penetrare* Sulp. Sev. ibid., 163 a.

848 *fuerat professus* Au sens de "erat professus". Pénétrer dans les rangs ennemis, même sans armes, c'est donc combattre selon Er.
tanti Gén. de prix "d'une si grande gravité, d'une telle importance".

849 *fuerit* Parfait conforme à la syntaxe des consécutives pour souligner la réalité du fait passé.
tentandus Deus C'est demander à Dieu des miracles, des manifestations de sa Toute-Puissance; *Dt.* 6, 16: "Non temptabis Dominum Deum tuum" cité dans *Mt.* 4, 7; *Lc.* 4, 12.

850 *decori* Gén. de "decorum"; cf. ci-dessus, l. 816.

850–856 *ex autore ... caream* Bonaventure, le "docteur séraphique", Franciscain, 1221–1274, parle à plusieurs reprises des souffrances de la Vierge, mais on n'a pas trouvé de passage répondant à ce que dit Er.

851 *subiret* A pour sujet le Fils.

855 *hic* "Sur ce point".
repulsam passa "Ayant subi un échec", "ayant essuyé un refus".
verte me in lapidem L'inventeur de ce conte a dû se souvenir de Niobé, Ov. *Met.* VI.

blasphemiae, non est opus indicare. Res ipsa seipsam loquitur. Ipse haec inuitus commemoro, nec in aliud commemoro, nisi vt vitentur.

Significatio, quae aut emphasis est, aut ἐμφάσεως species, quoniam plus indicat auditorum cogitationi quam verbis exprimit, plurimum adfert iucunditatis orationi, nonnunquam et dignitatis acrimoniaeque non parum. Ea fit variis modis. Per hyperbolen de qua diximus, vt de prodigo: 'Iste de tam amplo patrimonio sibi ne testam quidem, qua petat ignem, reliquam fecit'. Per ambiguum, vt Cicero rogatus quando fuisset occisus Clodius, respondit: '*Sero*', ancipiti verbo subindicans tam pestilentem reipublicae ciuem multo ante fuisse tollendum. Per reticentiam, de qua dictum est, vt Fabius de pueris in maiorum gremio sedentibus negat se velle quid timeat dicere. *Nimium est*, inquit, *quod intelligitur*. Per consequentiam, quum ex posterioribus intelliguntur priora, vt: 'Huius pater sese cubito solet emungere', intelligimus fuisse salsamentarium. Per similitudinem, vt: *Dionysius Corinthi*, quum tecte monemus, ne princeps ita se gerat, vt regno exigatur. Tale est illud Hieronymi ad Augustinum: *Memento Daretis et Entelli*. Rursus: *Bos lassus fortius figit pedem*. Huc faciunt pleraque prouerbia, quae ad aenigmatis naturam accedunt, quale est: *Noctua volauit*, quum significamus inconsulte instituta feliciter cessisse. Et: *Sub omni lapide dormit scorpius*, quum significamus nihil esse tutum ob latentes insidias. Per occultationem, vt apud Ouidium Myrrha tecte nutrici confitetur amorem patris: *O felicem coniuge matrem*. Simile est illud in Hippolyto Senecae, dum Phaedra recusat nomen matris vt superbum, mauultque vel soror vel famula vocari, sed famula potius. Huius schematis vsus interdum conueniet ecclesiastae, vel quum tutum non est rem aperte proloqui, vel quum id prohibet pudor.

Eas duntaxat figuras recensuimus, quae visae sunt concionatoribus euangelicis conuenire. Superest sententia, Graecis γνώμη, quae commoda breuitate demonstrat, quid in vita sit agendum aut quid fieri soleat. Variatur hoc genus per omnes figuras et, si in loco apteque interserantur velut emblemata seu gemmae potius, multiplicem commoditatem adferunt orationi, fidem et autoritatem, dignitatem, iucunditatem et acrimoniam. Cauendum tamen, ne nimium sint crebrae, honestior enim vestis est gemmis distincta quam tota gemmis operta, praeterea ne futiles sint aut stultae, ne palam falsae, ne quouis loco infulciantur. Futiles appello, quae nec sensus argutia nec vllius schematis gratia commendantur. Audiui quendam sub festum conceptae Virginis sic adhortantem ad ieiunium. 'Quidam, inquit, aiunt Ecclesiam hodie nulli

859 *Significatio* *Rhet. Her.* IV, 53, 67: "Significatio est res quae plus in suspicione relinquit quam positum est in oratione. Ea fit per exsuperationem [= hyperbole], ambiguum, consequentiam, abscisionem, similitudinem".

emphasis Quint. *Inst.* IX, 2, 3: "... illam plus quam dixeris significationem, id est ἔμφασιν". Voir *Gramm. rhét.*, pp. 803–815. Ci-dessus, p. 64, l. 238.

862 *hyperbolen de qua diximus* Cf. p. 112, l. 182.

862–863 *Iste ... reliquam fecit* *Rhet. Her.* loc. cit. (n.l. 859): "Hic de tanto patrimonio tam cito testam qui sibi petat ignem non reliquit".

864–865 *Cicero rogatus ... Sero* Quint. *Inst.* VI, 3, 49.

865 *ancipiti* Il signifie "tard" ou "trop tard". *subindicans* "Suggérant, donnant à entendre, faisant comprendre sans le dire"; c'est un mot qu'Er. emploie souvent à propos du Christ, cf. *Gramm. rhét.*, p. 659, n. 282.

866 *reticentiam* Cf. p. 110, l. 146; "praecisio" correspond à "abscisio" dans le texte cité ci-dessus, n.l. 859.

866–868 *Fabius ... intelligitur* Voir Quint. *Inst.* I, 3, 17–19: "... pudet dicere in quae probra nefandi homines isto caedendi iure abutantur, quam det aliis quoque nonnunquam occasionem hic miserorum metus. Non morabor in parte hac: nimium est quod intellegitur". On notera que chez Er. il n'est pas question de châtiment ni de crainte, mais d'affection et de confiance déviées en gestes impudiques.

869–870 *Huius pater ... salsamentarium* *Rhet. Her.* IV, 54, 67: "... vt si salsamentarii filio dicas: 'Quiesce tu, cuius pater cubitis emungi solebat'".

870 *Dionysius Corinthi* Tyran de Syracuse fut chassé du pouvoir et, réfugié à Corinthe, dut y gagner sa vie comme maître d'école. La formule constitue l'*Adag.* 83 (*ASD* II, 1, p. 192), où sont allégués Cic. *Att.* IX, 9, 1 et Quint. *Inst.* VIII, 6, 52.

871–872 *illud Hieronymi ad Augustinum* Hier. *Epist.* 102, 2 (*PL* 22, 831).

872 *Daretis et Entelli* Verg. *Aen.* V, 368: le jeune et fougueux Darès défie tout le monde; nul ne se présente; il se croit vainqueur et réclame le prix, mais surgit le vieil Entellus qui le met hors de combat et le tuerait sans l'intervention d'Enée. La formule de Hier. est citée à l'*Adag.* 2069 'Dares Entellum prouocas' (*ASD* II, 5, p. 78).
Bos ... pedem *Adag.* 47 (*ASD* II, 1, p. 164), utilisé par Hier. à la suite du précédent dans sa lettre à Augustin.

873 *Huc faciunt* "Conviennent pour cela"; cf. Quint. *Inst.* II, 12, 10; X, 1, 33; X, 5, 11: "In hoc optime facient infinitae quaestiones".
aenigmatis Quint. *Inst.* VIII, 6, 52: "... allegoria quae est obscurior 'aenigma' dicitur, vitium meo quidem iudicio si quidem dicere dilucide virtus, quo tamen et poetae vtuntur".

874 *Noctua volauit* *Adag.* 76 (*ASD* II, 1, p. 188); la chouette, oiseau d'Athèna, symbole de victoire; même lorsque les Athéniens prenaient de mauvaises dispositions, l'intervention de la déesse leur donnait le succès; "Non illepide dicetur volasse noctua, quoties res non viribus, sed pecuniarum interuentu confecta creditur, quod Atheniensium nomisma noctuam haberet insculptam" (d'après Zénodote et "Suidas").

875 *Sub omni lapide dormit scorpius* *Adag.* 334 (*ASD* II, 1, p. 434), d'après Aristoph. *Thesm.* et surtout le commentateur de Nicandre citant Soph.; Henri Estienne conteste l'interprétation d'Er. (*LB* II, 163 F).

876 *occultationem* Sens un peu différent de *Rhet. Her.* IV, 27, 37 (prétérition).

877 *O felicem ... matrem* Ov. *Met.* X, 422 cité par Quint. *Inst.* IX, 2, 64.
in Hippolyto Senecae Sen. *Phaedr.* 609–612.

883 *sententia* *Rhet. Her.* IV, 17, 24: "Sententia est oratio sumpta de vita, quae aut quid sit aut quid esse oporteat in vita breuiter ostendit". Quint. *Inst.* VIII, 5, 3: "... sententiae vocantur quas Graeci gnomas appellant; vtrumque autem nomen ex eo acceperunt quod similes sunt consiliis aut decretis". Voir *De cop. verb.*, *ASD* I, 6, pp. 250–252.

885 *apteque* Cf. Quint. *Inst.* XI, 1, 1; équivaut à "decorum" (p. 146, l. 816).
emblemata Cf. Quint. *Inst.* II, 4, 27: "... extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur": ornement en relief fixé à l'intérieur d'une coupe d'argent.

886–887 *fidem et autoritatem* Liés au "docere".

887 *dignitatem, iucunditatem* Le "delectare", la "dignitas" empêchant la "iucunditas" de tomber dans la "scurrilitas"; *acrimoniam*: le "mouere".
Cauendum Quint. *Inst.* VIII, 5, 7: "... custodiendum ... ne crebrae sint, ne palam falsae ... et ne passim et a quocumque dicantur".

890 *argutia* Le mot est d'ordinaire au pluriel; le singulier se rencontre chez Apul. *Met.* I, 1 et chez Favorinus (cité par Gell. III, 1, 6).

891 *conceptae Virginis* La conception de Marie n'était pas alors proclamée "immaculée"; elle ne le sera qu'en décembre 1854 par Pie IX; mais elle était déjà célébrée au XIe s. dans certaines régions (Normandie, Irlande, Angleterre); se célèbre le 8 décembre.

indicere ieiunium. Istuc fateor esse verum. Sed qui non eget fauore cauponariae, non est necesse vt ieiunet'. Haec | sententia multis vitiis laborat, simul et futilis sordidaque et stulta et falsa. Palam falsas, velut: 'Magnorum fluminum etiam fontes sunt nauigabiles' aut: 'Nunquam ex probo patre nati sunt improbi liberi'. Iam vt magni refert quas gemmas quo loco inseras, ita plurimum interest quod sententiae genus vbi intertexas.

LB 1006

Vitandum et illud, ne praeter decorum adhibeantur. Absurdum enim fuerit, si quis adulescentulo aut lenoni graues attribuat sententias, aut in re ludicra leuique Stoicorum adhibeat paradoxa. Quisquis sententias dicit, quodammodo praecipit ac leges praescribit. Ea res magis congruit personis autoritate praeditis. Sed longe magis mouent ac plus habent grauitatis, si e probatis ac celebribus autoribus proferantur. Velut e Libris Canonicis, e scriptis philosophorum aut illustrium Ecclesiae doctorum aut e sermone hominum, qui prudentia ac virtute claruerunt.

Quod si quando inciderit, vt improbatae personae dicto velimus vti, velut tyranni, scorti aut histrionis, aut tractatione commendabimus, quemadmodum solemus in exemplis facere, aut argute quidem, sed improbe dictum ad sensum commodiorem detorquebimus. Prioris exemplum hoc esto: 'Si detesteris auaritiam, conueniet illud Publianum:

Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet'.

Sic ergo commendabitur: 'Non refert e cuius ore sonet veritas, vbicunque ea est illius est qui dicit: '*Ego sum via, veritas et vita*'. Ethnicus erat, mimus erat qui scripsit, sed dictum est quouis Christiano, quouis Apostolo dignum'. Item, si adhorteris ad liberalitatem in pios, sed egenos, congruet illud eiusdem Mimi:

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Alterius exemplum illud esto; hortanti ad fiduciam de Christi promissis, conueniet illud: 'Ego spem precio non emo; lenonis dictum est, sed cui res erat cum malae fidei pollicitatoribus. Nobis tutum est spem precio emere, quoniam sponsorem habemus, qui seipsum abnegare non potest'.

Autoritatem habent et vulgo iactata, praesertim si accedat vetustas. Nisi enim illa vera essent, non vno omnium ore celebrarentur, nec tot seculis animos hominum occupassent.

Porro quum sit infinita sententiarum varietas, aliquot species referam, sed praecipuas. Est sententiae genus quod vniuersale vocant, nullis circunstantiis implicitum, vt: 'Omnes sibi melius esse malunt quam aliis'. Est ad rem siue personam relatum. Ad rem, vt: 'Nihil est tam populare quam bonitas'. Ad personam: 'Princeps qui vult omnia cognoscere, necesse habet multa ignoscere'. Simplex est cui nihil admiscetur, vti: 'Nihil tenacius haeret quam quod pueri didicimus'. Si admisceas rationem, fit perfectum enthymema, vt: 'Quoniam tenera aetas nondum vitiis prauisque cupiditatibus occupata est, tenacius

haeret quod pueri didicimus'. Item: 'Non est fidendum percontatori, quia garrulus idem'. Est gemina, vt:

Obsequium amicos, veritas odium parit.

'Obsequium' et 'veritas', 'amicos' et 'odium' voces inter se contrariae sunt. Duo tamen proloquia inter se non pugnant: *Obsequium parit amicos, veritas parit*

893 Istuc *cett.*: Istud *LB.*
896 patre *om. BAS LB.*
903 *prius* ac *O*: aut *BAS LB.*

893–894 *cauponariae* "La cabaretière"; le mot ne se rencontre que chez les Glossateurs; la métaphore désigne la Vierge. Mais pourquoi accorde-t-elle sa faveur à ceux qui jeûnent?
895–896 *Magnorum ... nauigabiles* Cité comme exemple de "similitudines" fausses "quae me iuuene vbique cantari solebant" (Quint. *Inst.* VIII, 3, 76).
897 *quas ... quo* Les deux mots sont interrogatifs.
898 *quod ... vbi* Même observation.
899 *decorum* Voir p. 147, n.l. 816.
Absurdum Au sens premier: "qui détonne, dissonant, discordant".
900 *adulescentulo ... sententias* Quint. *Inst.* VIII, 5, 8: "Quis enim ferat puerum aut adulescentulum aut etiam ignobilem si iudicet in dicendo et quodam modo praecipiat?". Voir Hor. *Ars* 156sq. cité p. 147, n.l. 816.
900–901 *re ludicra ... paradoxa* Voir Cic. *Parad.*; quoi qu'en dise Er. il n'est sûrement pas impossible de tirer des effets comiques de ces paradoxes.
902 *praecipit ac leges praescribit* Voir la phrase de Quint. *Inst.* VIII, 5, 3 citée ci-dessus, n.l. 883; mais ceci ne s'accorde qu'à une moitié de la définition donnée par *Rhet. Her.* (citée au même endroit): une sentence peut constater (quid sit) et non pas toujours prescrire (quid esse oporteat).
congruit Cf. p. 146, l. 840.
904 *Libris Canonicis* L'Ecriture Sainte.
905–906 *sermone hominum ... claruerunt* Ce sont les Apophthegmes.
908 *tractatione* "Mise en œuvre, présentation, manière de traiter".
912 Publil. Syr. 694 (ed. J. Wight Duff et Arnold M. Duff, Loeb); cité par Quint. *Inst.* VIII, 5, 6.
914 *Ioh.* 14, 6.
918 Publil. Syr. 68, ed. cit.
919 *Alterius* Voir l. 910 "detorquere".
920 *Ego spem ... non emo* Ter. *Ad.* 219. C'est Sannio, un leno, qui parle.
922 *abnegare* "Renier".
923–925 *Nisi enim ... occupassent* Cf. Quint. *Inst.* V, 11, 37 et 41: "Ea quoque quae vulgo recepta sunt hoc ipso quod incertum auctorem habent, velut omnium fiunt ...; neque enim durassent haec in aeternum nisi vera omnibus viderentur"; ces passages sont cités dans *Prolegom.* aux *Adag.* vii (*ASD* II, 1, pp. 62–64).
926 *infinita ... varietas* Renchérit sur Quint. *Inst.* VIII, 5, 5: "Sunt etiam qui decem genera fecerint, sed eo modo quo fieri vel plura possunt ... per omnes enim figuras tractari potest".
927 *vniuersale* Quint. *Inst.* VIII, 5, 3: "Est autem haec vox vniuersalis, quae etiam citra complexum causae possit esse laudabilis, interim ad rem tantum relata, vt 'nihil est tam populare quam bonitas', interim ad personam, quale est Afri Domiti: 'princeps qui vult omnia scire necesse habet multa ignoscere'".
928 *Omnes ... aliis* Ter. *Andr.* 426.
931–936 *Simplex ... odium parit* Quint. *Inst.* VIII, 5, 4: "Hanc quidam partem enthymematis, quidam initium aut clausulam epicherematis esse dixerunt, et est aliquando, non tamen semper. Illud verius, esse eam aliquando simplicem, vt ea quae supra dixi [cf. n.l. 927], aliquando ratione subiecta ..., nonnunquam duplicem: 'obsequium amicos, veritas odium parit'".
932 *enthymema* Quint. *Inst.* VIII, 5, 9: "Enthymema quoque est omne quod mente concepimus, proprie tamen dicitur quae est sententia ex contrariis, propterea quod eminere inter ceteras videtur, vt Homerus 'poeta', 'vrbs' Roma".
932–934 *Quoniam ... didicimus* Cf. *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 14, n.l. 69 renvoyant en particulier à Quint. *Inst.* I, 1, 5: "natura tenacissimi sumus eorum quae rudibus animis percepimus".
936 *Obsequium ... parit* Quint. cite Ter. *Andr.* 68.

odium. Laudatur genus quod conficitur ex duabus sententiis diuersis. Quale est illud ex tragoedia Vari:

Mors misera non est, aditus ad mortem est miser.

Mors et aditus ad mortem non sunt contraria, sed diuersa. Iam est sententia recta, nihil habens tropi aut alterius schematis, vt: 'Amico fideli nihil est quod possit comparari'. Est cui gratiam auget additus tropus aut figura, velut per interrogationem:

Vsque adeone mori miserum est?

Acrius hoc quam si dixisset: 'Mors non est misera'. Tale est et illud ex Ouidii Medea:

Seruare potui, perdere an possim rogas?

Est quae transfertur ad personam certam, vt iam sententiae faciem amittat. Velut illud Ciceronis: *Nihil habet, Caesar, tua fortuna maius quam vt possis, nec natura melius quam vt velis seruare quam plurimos.*

Est sententia quam vocant epiphonema. Ea est rei narratae aut probatae summa acclamatio. Quae si commode accinatur, multum habet aculeorum. Narrationi accinitur illud apud Maronem: |

LB 1007 *Tantae molis erat Romanam condere gentem.*

Probatae rei, vt illud M. Tullii: *Quorum igitur impunitas, Caesar, tuae clementiae laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio?* At non statim quod epiphonema est, idem et sententia est. Certe quod ex Vergilio prolatum est, sententia non est, nisi intelligas magna imperia a magnis difficultatibus habere exordia.

Hoc genus affectari coepit in declamationibus applausus gratia; hinc demigrauit in forum, tandem in omnia studia, vt iam post rem denarratam aut probatam auditor aut lector expectaret aliquod argutum epiphonema cui applauderet. Hinc factum est vt, quum haec figura rara sit apud Ciceronem et eiusdem aetatis eloquentes, crebro tamen reperiatur in Hieronymo, Ambrosio et Gregorio. Velut hoc de Petro, qui dixit: *Ecce reliquimus omnia. Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit.* Quin et vulgares rhetoristae senserunt hoc decus, qui interdum versibus certo numero comprehensis, pro clausula accinunt breuem et argutam sententiam. Velut in rythmis, quos Gallus quispiam addidit in choream mortis.

Conuenientius adhibetur in epilogis, in quibus quae praecipua sunt in toto argumento infiguntur auditorum animis. Apte tamen et singulis partibus adhibetur interdum. Veluti si quis detestatus periurium, sic acclamet: 'Deum negat quisquis per illum peierat'. Aut dehortatus a temere iurando, sic accinat: 'Qui sine causa assueuit iurare, is et peierabit, si qua inuitet causa'. Aut si insectatus vitium ebrietatis, hoc modo claudat: 'Cui placet ebrietas,

placeat et insania'. Item: 'Qui humanitatis putat, amicum porrectis poculis ad temulentiam adigere, idem humanitatem appellet, amico dementiae venenum dare'. Similiter adhortationem ad liberalitatem in egenos, ita licebit claudere: 'Qui pauperem subleuat, Christum demeretur, non hominem'. Aut ita: 'Non donat homini, sed Deo foenerat, quisquis opitulatur egeno'.

967 hoc de *O*: de hoc *BAS LB*; reliquimus *O*: relinquimus *BAS LB*.

940 *Vari* Varus, ami de Vergile, était un auteur de tragédies selon Serv. ad Verg. *Ecl.* 3, 20. Mais sur quelle source Er. se fonde-t-il pour lui attribuer ce sénaire iambique?
941 *Mors misera ... est miser* Cité par Quint. *Inst.* VIII, 5, 5 et présenté par "Illud notabile ex diuersis". Mais Quint. ne donne pas l'origine.
943 *recta* Quint. *Inst.* VIII, 5, 6: "Ac rectae [sc. sententiae] quidem sunt tales" suivi de "Tam deest auaro ..." utilisé par Er. p. 150, l. 912.
943–944 *Amico ... comparari* Légère modification de *Sir.* 6, 15: "amico fideli nulla est comparatio".
944–947 *Est cui ... misera* Quint. *Inst.* VIII, 5, 6: "Sed maiorem vim accipiunt [sc. sententiae] et mutatione figurae, vt 'vsque adeone mori miserum est?' (acrius hoc enim quam per se 'mors misera non est' ...)".
946 Verg. *Aen.* XII, 646 (cf. Suet. *Ner.* 47, 2).
947–949 *Tale ... rogas* Quint. *Inst.* VIII, 5, 6: "Nam cum sit rectum 'nocere facile est, prodere difficile', vehementius apud Ouidium Medea dicit: 'seruare ... rogas?'". Ce sénaire iambique provient de la tragédie perdue d'Ov.
950–952 *Est quae ... quam plurimos* Quint. *Inst.* VIII, 5, 6: "... [suite de n.ll. 944–947] et tralatione a communi ad proprium ... (7) Vertit ad personam Cicero: 'nihil habet ... plurimos'" (Cic. *Lig.* 38).
953 *epiphonema* Quint. *Inst.* VIII, 5, 11: "Est epiphonema rei narratae vel probatae summa acclamatio: 'tantae molis ... condere gentem' [l. 956]" (Verg. *Aen.* I, 33).
957–958 *Probatae rei ... oratio* Quint. *Inst.* VIII, 5, 10: "Non semper autem ad probationem adhibetur, sed aliquando ad ornatum: 'quorum igitur ... acuet oratio?'" (Cic. *Lig.* 10).
962–965 *Hoc genus ... cui applauderet* Cf. Quint. *Inst.* VIII, 5, 14: "Turpe autem ac prope nefas ducunt respirare vllo loco qui acclamationem non petierit" et Sen. *Contr.* IX, Praef. 1–2: "Qui declamationem parat, scribit non vt vincat, sed vt placeat. Omnia itaque lenocinia conquirit ... Cupit enim se approbari, non causam. Sequitur autem hoc vsque in forum declamatores vitium, vt necessaria deserant, dum speciosa sectantur".
963 *studia* "Sujets d'étude"; les noms qui suivent ll. 966–967 permettent de comprendre à quoi pense Er.: l'éloquence sacrée, non seulement au temps des Pères de l'Eglise, mais aux siècles plus rapprochés d'Er. Voir *Gramm. rhét.*, pp. 1079–1080.
963–964 *rem ... probatam* Allusion aux deux parties essentielles du discours, "narratio" et "probatio" (confirmation et réfutation) reprises au livre II, *ASD* V, 4, p. 280, l. 724 sq.
967 *Ecce reliquimus omnia* *Mt.* 19, 27.
967–968 *Multum reliquit ... retinuit* Greg. M. *Hom. in Euang.* 5, 2 (*PL* 76, 1093).
968 *vulgares rhetoristae* Rhétoriqueurs en langues vulgaires, flamand ou français, cf. p. 136, l. 627.
969 *versibus certo numero comprehensis* Strophe, couplet.
clausula Non pas au sens que ce mot a dans la prose rythmée (voir Quint. *Inst.* IX, 4, 45–142), mais "phrase terminale rythmée".
971 *choream mortis* Cf. Guy Marchant, *La Danse macabré des hommes*, publiée à Paris en 1486. On en trouvera quelques extraits dans *Gramm. rhét.*, pp. 130–131.
972 *adhibetur* A pour sujet "sententia"; *acclamet* (l. 974), *accinat* (l. 976) traductions de ἐπιφωνεῖν.
977–980 *ebrietas ... venenum dare* La deuxième sentence amplifie la première en y ajoutant l'idée d'amitié; on note le souci de varier: *ebrietas-temulentia, insania-dementiae.*
981–982 *Qui pauperem ... egeno* Là encore la deuxième sentence est une amplification de la première avec de surcroît la métaphore de l'argent. Même variation: *pauperem-egeno, Christum-Deo, subleuat-opitulatur*, et même *qui-quisquis.*

Caeterum vt gratiam habet, si commode incidat, ita frequentia et affectatio taedium adfert et, quod est grauius, fidem abrogat dicenti. Iam fieri non potest, vt qui ad singulas narrationis aut probationis partes conetur ἐπιφωνεῖν, non aliquando frigidas recipiat clausulas.

Est aliud sententiae genus quod Graeci νόημα vocant, nos intellectum dicere possumus, quum tecte significamus, quod auditor ex sese diuinet. Exemplum adferam ex declamatione. Soror fratri, quem saepius e ludo gladiatorio redemerat, dormienti praecidit pollicem. Ille cum sorore agit iniuriarum. Pro sorore itaque dicitur iuueni: *Dignus eras qui integram haberes manum.* Hic sermo videtur esse commiserantis, quum exprobret potius seruile ingenium, qui toties frustra redemptus, tandem pollice mutilatus ne posset esse gladiator, tamen cum beneuola sorore agat iniuriarum. Qui tali ingenio sunt, digni sunt qui depugnent in harena.

Sed haec species non video, qui possit esse vsui ecclesiastae, quemadmodum aliquot aliae, quas a Fabio commemoratas ob id sciens praetereo. Nisi forte quum dicendum est de flagitio, quod honeste nominari non possit, sed auditorum cogitationi relinquitur. Quale est illud Hieronymi de Fabiola: *Puella nobilis pati cogebatur, quod nulla ancilla pateretur: vicinia loquebatur, ipsa tacebat.* Ex his facile diuinat auditor non stupidus, quid Hieronymus voluerit intelligi.

In Diuinis Literis frequenter occurrunt sententiae geminatae, vel subiecta ratione, de quo genere diximus, vel similitudine, vel comparatione, vel contrario, vel diuerso, vel affini, vel eadem aliis verbis repetita. Similitudine. 'Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum'. Comparatione, vt: 'Precium scorti vix vnius est panis, sed preciosam viri animam rapit'. Item: 'Est aurum et multitudo gemmarum, vas autem preciosum labia scientiae'. Contrario, vt: *Stultus vt luna mutatur, sapiens autem permanet vt sol.* Item: 'Animus gaudens floridam aetatem facit, spiritus tristis exiccat ossa'. Diuerso, vt: 'Peccare humanum est, sed in peccato perseuerare, diabolicum
LB 1008 est'. Affini, vt: *Iustus* | *vt palma florebit, quasi cedrus Libani multiplicabitur.* Eadem, vt: *Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium.* His fere rationibus pleraeque sententiae duplicantur in Libris Canonicis. Graeci quod sic accinitur ad alterius imitationem παρῳδὴν appellant, voce hinc ducta, quod olim in Canticis aliquid accini consueuit ad prioris modulationis imitationem. Is mos deinde transiit ad poetas et oratores. Quanquam in comoediis diuerbia certis modis recinebantur, quo magis infigerentur animis auditorum. Constat autem apud Hebraeos plurimum fuisse musices vsum. Ad multas quidem commoditates, vt dixi, conducunt sententiae, si graues, argutae et elegantes in loco intertexantur.

Restat metaphora, quae principatum tenet inter omnes orationis virtutes. Nulla persuadet efficacius, nulla rem euidentius ponit ob oculos, nulla potentius mouet affectus, nulla plus adfert dignitatis, venustatis aut iucunditatis aut etiam copiae; de qua nunc dicendum est, si prius admonuerimus

exempla magnam habere vim et ad persuadendum et ad inflammandos animos aemulatione virtutis.

999 cogitationi *O*: cognitioni *BAS LB*.

22 inter *B–D BAS*: in *A LB*.

983–984 *frequentia ... taedium adfert* Cf. *Rhet. Her.* IV, 17, 25: "Sententias interponi raro conuenit ...; cum ita interponentur, multum afferent ornamenti ..."; Quint. *Inst.* VIII, 5, 26: "Densitas earum obstat inuicem ...".

984 *fidem abrogat* Cf. la formule qu'aime à répéter Er. "caput artis est dissimulare artem"; voir livre I, *ASD* V, 4, p. 66, l. 656 et la note.

985 *narrationis aut probationis* Cf. p. 152, ll. 963–964.

987 νόημα Quint. *Inst.* VIII, 5, 12: "Est et quod appellatur a nouis noema, qua voce omnis intellectus accipi potest, sed hoc nomine donarunt ea quae non dicunt verum intellegi volunt, vt in eum quem saepius a ludo redemerat soror, agentem cum ea talionis quod ei pollicem dormienti recidisset: 'eras dignus vt haberes integram manum': sic enim auditur 'vt depugnares'".

990–991 *agit iniuriarum* "Poursuivre (devant un tribunal) pour dommages"; la construction avec le génitif se rencontre dans des textes juridiques et aussi dans Cic. (*Cluent.* 163: "cum seruis ... furti egit"), dans Quint. *Inst.* IV, 4, 3 ("sacrilegii agitur").

997 *aliae, quas... commemoratas* Quint. *Inst.* VIII, 5, 15–19.

1000–1 *Puella ... tacebat* Hier. *Epist.* 77, 33 (*PL* 22, 692); Er. utilise ce passage dans son *Annot. in* 1. *Cor.* 7, 39 où il plaide pour la possibilité de divorcer dans certains cas (*LB* VI, 701 E): "subindicat autem Hieronymus virum abusum fuisse vxore, secus quam decet maritum etc.".

3 *sententiae geminatae* Cf. p. 109, n.l. 91.

3–4 *subiecta ratione* Parallélisme "synthétique": ex. *Is.* 6, 5: "et dixi vae mihi quia tacui – quia vir pollutus labiis ego sum".

4 *vel similitudine, vel comparatione* Autre forme de parallélisme "synthétique": *Is.* 5, 30: "et sonabit super eum in die illa – sicut sonitus maris".

4–5 *vel contrario, vel diuerso* Parallélisme "antithétique"; *Prv.* 10, 16: "opus iusti ad vitam – fructus impii ad peccatum".

5 *affini, vel ... repetita* Parallélisme "synonymique": *Prv.* 9, 15: "vt vocaret transeuntes viam et pergentes itinere suo".

6 *Sicut aqua ... peccatum* *Sir.* 3, 33.

7–8 *Precium ... rapit* *Prv.* 6, 26.

8–9 *Est aurum ... scientiae* *Prv.* 20, 15.

9 *Stultus ... sol* *Sir.* 27, 12; utilisé dans le *De cop. verb.*, *ASD* I, 6, p. 264 sqq., pour illustrer le thème de l'inconstance.

10 *Animus ... exiccat ossa* *Prv.* 17, 22.

11–12 *Peccare ... diabolicum est* Ce n'est certainement pas une citation biblique; le proverbe est plus connu sous la forme "errare humanum est, perseuerare diabolicum" qui est la forme christianisée d'une formule de Cic. *Phil.* 12, 2, 5: "Cuiusuis hominis est errare, nullius nisi insipientis in errore perseuerare" (cité par Otto s. v. "homo, humanus" 3); il est facile de rattacher l'"insipiens" au diable: 1. *Ioh.* 3, 8: "Qui facit peccatum, ex diabolo est".

12 *Ps* 91, 13.

13 *Ps.* 36, 30.

15 παρῳδήν Quint. *Inst.* IX, 2, 35: "... quod nomen ductum a canticis ad aliorum similitudinem modulatis abusiue etiam in versificationis ac sermonum imitatione seruatur".

17–18 *in comoediis diuerbia ... recinebantur* Erreur, car le "diuerbium" ou "deuerbium" désigne le dialogue, non chanté ni accompagné de musique. Peut-être Er. a-t-il été égaré par le préfixe "di-" auquel il donnerait le sens de "deux"? Ou bien il confond avec les choeurs de la tragédie grecque où il existait un parallélisme métrique rigoureux entre strophe et antistrophe.

20–21 *in loco* "Opportunément, au bon moment", cf. (entre autres) Hor. *Carm.* IV, 12, 28: "Dulce est desipere in loco".

21 *intertexantur* Cf. Quint. *Inst.* VIII, 5, 28: "Vt adferunt lumen clauus et purpurae loco insertae, ita certe neminem deceat intertexta pluribus vestis".

22 *metaphora* Voir ci-dessus, p. 64, l. 240 sq.; ci-dessous, p. 159, l. 129.

23 *persuadet* On a "docere", puis "mouere" et enfin "delectare".

26 *exempla* *Rhet. Her.* IV, 49, 62: "Exemplum est alicuius facti aut dicti praeteriti cum certi auctoris nomine propositio. ... Rem ornatiorem facit, cum nullius rei nisi dignitatis causa sumitur; apertiorem, cum magis veri similem facit; ante oculos ponit, cum exprimit omnia perspicue, vt res prope dicam manu tentari possit". Cf. *De cop. verb.*, *ASD* I, 6, pp. 233–234 et 258–263.

Cum primis autem ea mouent, quae ducuntur ab iis, quorum est irrefutabilis autoritas, quae sic summa est in Christo, vt pene sit sola. Neque enim quicquid a patriarchis aut prophetis gestum est in Vetere Testamento aut a sanctis in Nouo, protinus ad viuendi regulam trahendum est, nisi quod de illis narratur sit indubitatae veritatis, aut ab ipsa Scriptura comprobetur. Veluti quod Dauid vrgente necessitate comedit sacros panes, quos Hebraei propositionis appellant.

Magis item mouent domestica et imparia. Id autem arte efficiendum est, vt omnia nobis domestica videantur, quae Sacris Voluminibus prodita sunt. Vna est enim omnium piorum ciuitas ac domus, et nobis illa gesta sunt, nobis prodita Literis. Imparia sunt quae ducuntur ab Ethnicis, a Veteris Testamenti cultoribus ad Euangelii discipulos, a foeminis ad viros, a pueris ad senes, a laicis ad sacerdotes et monachos, a patrefamilias ad principem, a milite ad theologum.

Petuntur autem et ab animantibus brutis, quae naturae ductu plurimas habent virtutum imagines. Veluti quod columbae viso miluo condensant sese, sicut boues et equi viso lupo, ipso facto nos admonentes firmissimum praesidium esse in concordia. Item, quod elephanti non sinunt iuniores vagari absque paedagogo, quodque non coeunt nisi in locis semotis ac solitariis. Quod columbae seruant fidem coniugii, turtures etiam a digamia abhorreant amisso compare. Praeterea quod pleraque animantia non ineunt, nisi certis anni temporibus, quodque nec mares appetant grauidas, nec grauidae mares admittant atque his similia innumera.

Quin et a plantis, ab elementis, a corporibus coelestibus virtutum exempla petere licebit. Velut ordinis, concordiae, obedientiae, quod leges a Deo praescriptas nunquam violent, quod munia a conditore delegata constanter obeant. Sed haec fortassis alicui magis videbuntur ad similitudines pertinere.

Illud artis est, vt exempla quae per se sunt imparia, per amplificationem ac diminutionem magis imparia videantur. Id fit collatis omnibus circunstantiis. Veluti si sacerdotes ad continentiam exhorteris. Primus gradus est in sexu: 'Agnes et Caecilia foeminae erant'. Alter in aetate: 'puellae erant'. Tertius ab habitu corporis: 'egregia forma'. Quartus in educatione et fortuna: 'e claris et diuitibus prognatae, in deliciis educatae'. Quintus in conditione: 'liberae erant, nullis astrictae votis'. Sextus in variis circunstantiis vt: 'a parentibus ad matrimonium vrgebantur, a procis egregiis expetebantur, nec vllis tamen machinis expugnari poterant, vt virginitatem licito etiam matrimonio commutarent. Et isti viri, quidam etiam prouectae aetatis, in literis ac monasteriis educati, votis astricti, dehortantibus amicis, proposita infamia non leui, clamant se non posse continere, sed aut arripiunt vxores aut alunt concubinas aut, quod est omnium sceleratissimum, vago concubitu contaminant omnia'.

LB 1009 Est et illud artis | efficere imparia quae paria sunt aut, quod est maius, imparia in diuersum vertere, hoc est, ex minore maius, ex maiore minus facere. Verbi causa ponamus esse paria, quod Petrus ter abiurauit Dominum,

et quod nunc quidam deficiunt ad Iudaeos, Turcas aut haereticos. Haec fient imparia per circunstantias. 'Petrus abnegauit, sed nihil aliud quam Iudaeus: nondum nouerat Christum, nisi velut in somnis, nondum hauserat coelestem Spiritum; et abiurauit subito terrore perculsus, et abiurauit tantum, non professus est sectam Christo inimicam, non obtrectauit Domino suo; denique sui compos non erat quum abiuraret. Mox vt ad se reuersus est, fleuit amare. Sed quanto tu sceleratior, qui nullo cogente metu, tua sponte, post haustum in baptismo Spiritum, post gustatum verbum Dei bonum, destinato consilio

30 vetere *O*: veteri *BAS LB*.
37 est enim *A*: enim est *cett.*
46 quodque non coeunt *A B BAS LB*: quod non coeunt *C*, quodque coeunt *D*.
64 Et isti *O BAS*: Est isti *LB*.
71 fient *O*: fiunt *BAS LB*.

33–34 *Dauid ... propositionis appellant* 1. *Sm.* 21, 6; les pains de proposition sont le "pain personnel de Yahvé", placé en deux rangées de six sur une table au Temple (voir *Ex.* 25, 30).
35 *domestica et imparia* Sous-entendu: "exempla".
44–45 *firmissimum ... concordia* Cf. Sall. *Iug.* 10, 6: "Concordia paruae res crescunt, discordia maximae dilabuntur"; Publil. Syr. 327: "Ibi semper est victoria vbi concordia est" (ed. J. Wight Duff et Arnold M. Duff, Loeb), cités par Otto 418.
45–46 *elephanti ... paedagogo* Er. amplifie Plin. *Nat.* VIII, 2: "... in siluas reuerti vitulorum fatigatos prae se ferentes".
46 *non coeunt ... solitariis* Plin. *Nat.* VIII, 13: "Pudore numquam nisi in abdito coeunt".
47 *columbae ... coniugii* Plin. *Nat.* X, 104.
turtures ... abhorreant La "digamia" est un remariage après veuvage, cf. Tert. *Monog.* 5 (*PL* 2, 936 C). L'exemple des tourterelles est cité par Hier. *Adv. Iov.* I, 30, *PL* 23, 252: "... turturis hanc esse naturam, vt si parem perdiderit, alteri non iungatur".
48 *ineunt* "Couvrir, monter (la femelle)".
51 *elementis* Les quatre éléments: terre, eau, air, feu.
52–53 *leges ... violent* Cf. livre IV, ci-dessous, p. 322, ll. 205–221.
57 *gradus* Degré (dans l'inégalité).
58 *Agnes et Caecilia* La Vie de sainte Agnès, vierge et martyre, est racontée par Ps.-Ambr. *Serm. de Sanctis* et dans la *Légende dorée*; ci-dessus, p. 147, n.ll. 825–826. La Vie de sainte Cécile est racontée dans ses *Actes* et dans la *Légende dorée*, t. 2, p. 367; elle fut vierge et martyre. La première vécut au début du 4e siècle, la seconde au début du 3e.
puellae Agnès mourut à treize ans (*Légende dorée*, t. 1, p. 140); l'âge de Cécile n'est pas précisé.
59 *egregia forma* Agnès ibid., "belle de visage"; Cécile ibid., p. 372, "une jeune femme si belle". Et ainsi des autres circonstances énumérées ensuite.
63 *machinis expugnari* Métaphore évoquant un siège.
64 *isti viri* Les contemporains auxquels s'en prend le prédicateur supposé.
68–69 *imparia ... ex maiore minus* Sur l'emploi des arguments "ex maiore" ou "ex minore", voir livre II, *ASD* V, 4, p. 418, l. 257 sq.; Quint. *Inst.* V, 11, 9–12.
70 *Petrus ter abiurauit* *Mt.* 26, 69–75.
72 *Iudaeus* "N'étant rien d'autre que Juif", apposé à *Petrus*.
73 *in somnis* "Pendant le sommeil", donc "En songe"; cf. Cic. Plaut. Ter.
73–74 *nondum ... Spiritum* Allusion à la Pentecôte, *Act.* 2, 4; *hauserat* transpose le "repleti sunt" de la Vulg. conservé par Er.
74 *subito terrore perculsus* Cf. *Paraphr.*, *LB* VII, 138 B–C "exanimatus" (cf. Ter. *Andr.* 251), "magis etiam expauefactus" (Hyg. *Fab.* 47, 2).
76 *sui compos* Sen. *Dial.* IX, 17, 10, traduisant Plat. *Phaedr.* 245 a (σωφρονοῦντος).
ad se reuersus est Vocabulaire médical "hic [= un épileptique] ad se reuertitur" (Cels. III, 23, 2); c'est bien l'idée d'une crise pathologique que veut suggérer Er.
fleuit amare *Mt.* 26, 75.
78 *gustatum* Cf. *Paracl.*, Holborn, p. 147, ll. 32–34 d'après *Ioh.* 21, 15 sq.: "pasce agnos meos".
verbum Dei bonum Transposition latine du mot grec "Evangile de Dieu".

deficis ad hostes, non Christi tantum, sed totius nominis christiani. Et illic haeres, illic aequo animo audis blasphemias in Deum et Dominum tuum; quin et ipse non temperas a conuitiis, rursus illum suffixurus in crucem, si liceret. Nec post tot annos ad te redis, sed exultas in malicia tua', etc.

Inuersio fiet hoc modo. 'Maior impietas videtur quod Iudas vendidit prodiditque Dominum quam si pontifex aut sacerdos vendat sacramenta, aut Euangelium praedicet insyncere. Sed propius intuenti maioris impietatis est quod nos facimus. Illi nondum erat notus Christus, quemadmodum notus est nobis. Nondum pro illo mortuus erat, nondum resurrectione inclaruerat, nondum miserat Spiritum Sanctum. Nec Iudas hoc animo vendidit Christum, vt occideretur, sed sperabat elapsurum, quemadmodum aliquoties se subduxerat. Argumento est, quod mox vt vidit captum, confessus est apud emptores se prodidisse sanguinem innoxium, abiecit denarios, abiit ac suspendit seipsum. Felix si Christo fuisset confessus, quod Iudaeis confessus est, et ad lachrymas ac misericordiam potius quam ad laqueum confugisset. Et tamen quod Iudas fecit, cessit in salutem totius orbis. Sic erat decretum, sic Christus voluit, sic erat necesse fieri. At quanto Iudam anteeunt impietate, qui Christum iam orbi notum, iam in coelis regnantem interimunt, adulterantes Dei verbum per quod reuiuiscunt animae, fidem sine qua nulla cuiquam est salus corrumpentes, charitatem quam ille voluit in animis hominum accendi extinguentes. Et quum haec assidue faciant, tamen non sibi displicent vt Iudas, non agnoscunt crimen suum, sed ex impiis factis laudem etiam quaerunt. Christum vere produnt, qui id perdunt, cuius gratia Christus mortuus est'.

Ab exemplis fabulosis, quanquam et his ratione quadam vtuntur oratores, ecclesiastae in totum abstinendum censeo, duntaxat apud promiscuam multitudinem. Video quidem fuisse morem nostra memoria, vt concionatores narrationibus quibusdam vterentur sub orationis finem, quae videri poterant studio confictae ad terrorem incutiendum rudibus et obduratis, aut vt rem alioqui frugiferam persuaderent. Veluti de quibusdam impie viuentibus, qui a daemonibus abrepti sunt, aut de archidiacono, qui quum audisset in templo recitari: *Qui se humiliat exaltabitur* – 'Falsum est, inquit, si me deiecissem, huc dignitatis nunquam emersissem'. Mox fulmen coelitus immissum, et blasphemam linguam et vitam abstulit.

Simile est de lena, cui diabolus pollicitus est par calceorum, si quendam virum sanctum, quem ipse multo tempore tentauerat frustra, ad incontinentiae lapsum pertraheret. Lena perfecit ac petiit mercedem ex pacto. At daemon illi calceos longae hastae praefixos porrexit vltra fluuium, ipso facto confitens eam mulierem esse tam sceleratam, vt ipsis etiam daemonibus esset abominanda. Non referam plures formas, haec dixisse satis est, vt lector intelligat quid sentiam.

Et in his sunt quaedam ab autoribus haudquaquam leuibus prodita, et ita verisimilia, vt vera credi possint; rursum quaedam adeo arguta appositaque,

LB 1010 vt etiam si conficta sint, pro veris aut certe probabilibus | referri debeant. Nam quae pro confictis narrantur, quoniam fide carent, aut frigent aut ridentur etiam, nisi abeant in naturam parabolarum.

Totum autem hoc genus exemplorum parcius et cum delectu adhibendum, praesertim apud eruditos. Tantum de exemplis hic admonuisse satis est. Nam de his et supra in hoc opere et in aliis meis lucubrationibus satis multa diximus.

Nunc ad metaphoram et hinc deriuatas figuras redeo. Metaphora ipso nomine declarat quid efficiat. Transfert enim verbum a propria significatione per similitudinem ad alienam alicuius commoditatis gratia. Veluti quum

79 *illic* Chez les Juifs, Turcs ou hérétiques (p. 157, l. 71).
81 *suffixurus in crucem* Hor. *Serm.* I, 3, 82, emploie l'ablatif "cruce".
82 *ad te redis* On peut hésiter entre "tu redeviens toi-même" (Cic. *Att.* 7, 3, 8) et "tu reviens à toi" (Ter. *Andr.* 622).
exultas in malicia Amalgame de deux tournures bibliques: "exultare in" (Domino, mais aussi: superbiis, rebus pessimis) et "gloriaris in malitia" *Ps.* 51, 3).
83 *Inuersio* Celle qui consiste à faire passer "minus" pour "maius" et inversement (p. 156, ll. 68–69).
83–84 *vendidit prodiditque* Cf. *Mt.* 26, 14–16 et 47–49.
84 *pontifex* Evêque.
89 *elapsurum* Omission du pronom sujet "eum".
89–90 *aliquoties se subduxerat* Cf. *Mt.* 12, 14–15; 21, 15–22.
90–92 *Argumento ... seipsum* Cf. *Mt.* 27, 3–8.
92 *quod ... confessus est* Cf. *Mt.* 27, 4: "peccaui, tradens sanguinem iustum" (Vulg.).
95 *necesse* Donc Judas n'est pas responsable. On sait que cette question tient une place centrale dans le dialogue de Valla sur le libre-arbitre (§§ 36–42 de l'éd., Vrin, 1983).
anteeunt "Surpassent" (Plaut. Ter. Cic.).
101 *vere* "Véritablement", "au vrai sens du mot"; c'est autre chose qu'une habileté rhétorique de la part d'Er.; ce qui est spirituel a plus de réalité que ce qui est charnel; la trahison de Judas est matérielle: il a livré le corps du Christ seulement. Cela est conforme en profondeur à ce qui va être développé longuement pp. 186–200.
103 *exemplis fabulosis* Quint. *Inst.* V, 11, 17: "Eadem ratio est eorum quae ex poeticis fabulis ducuntur ..."; *De cop. verb.*, *ASD* I, 6, pp. 234–240.
110 *Lc.* 14, 11b; *Mt.* 23, 12.
me deiecissem Cic. emploie ce verbe au sens de "écarter (qqn) d'une charge, l'empêcher de l'obtenir" ou, absolument, "faire échouer".
110–111 *huc ... emersissem* Construction un peu étrange, ce verbe étant accompagné d'ordinaire d'un complément d'origine et non d'aboutissement.
113 *lena* Le mot semble pris au sens de "meretrix".
115 *perfecit* Cet emploi absolu, au sens de "réussir" n'est pas attesté.
118–119 *quid sentiam* Autres exemples de "diableries" niaises, cf. J. Chomarat, *Erasme et le diable*, dans: *Diable, diables et diableries au temps de la Renaissance*, Paris, 1988, pp. 131–147.
127 *in hoc opere* Outre ces pp. 154–159, voir livre II, *ASD* V, 4, p. 417 sq.
aliis ... lucubrationibus Voir *De cop. verb.*, références p. 155, n.l. 26; ci-dessus, n. l. 103.
129–130 *ipso nomine* Le préfixe grec "meta" équivaut à latin "trans" et le verbe "phero" à "fero". D'où: *transfert* et *translatum* et l. 136 *translatitia*.
129 *redeo* Développement commencé et aussitôt abandonné p. 154, l. 22. Mais il avait déjà été question de la métaphore p. 64, l. 240 sq. Voir les définitions de *Rhet. Her.* IV, 34, 45: "Translatio est cum verbum in quandam rem transferetur ex alia re, quod propter similitudinem recte videbitur posse transferri"; Quint. *Inst.* VIII, 6, 5: "Transfertur ergo nomen aut verbum ex eo loco in quo proprium est in eum in quo aut proprium deest aut tralatum proprio melius est".

hominem ira commotum dicimus excanduisse aut exarsisse, quod ab igni translatum est ad animum; aut adolescentiam deferbuisse aut despumasse, quod ab ollis ductum est, initio exundantibus ac spumam reiectantibus.

Metaphorae simillima est catachresis, Latinis abusio: hoc tantum interest, quod in metaphora, quum vox sit propria, tamen translatitia malumus vti, quod haec ad efficiendum quod volumus sit commodior. Vt qui dicit 'animum sapientis adamantinum', dicere poterat 'constantem et immobilem'. At qui gemmas dicit in vitibus aut luxuriem in herbis, laetitiam in segetibus, abutitur voce translatitia, quoniam propria deest.

Quod si totus sermo constat translatitiis fit allegoria, hinc dicta quod aliud loquatur, aliud intelligi velit. Qualis est tota oda Flacci, cuius initium:

O nauis referent in mare te noui
Fluctus, etc.

Similitudo vero siue collatio est explicata metaphora. Veluti: 'Demens sit, qui rempublicam conetur subuertere, qua perdita ipse incolumis esse non possit'; simplex est sermo, quia propriis constat verbis. At si dicas: 'Manifestae dementiae sit, rempublicam velle demergere, qua demersa ipsi quoque sit naufragio pereundum', metaphora est, quia propriis translatitia sunt admixta. Sin ita loquaris patriae perniciem molienti: 'Tu quid nauem in qua veheris studes pertundere, qua demersa tibi quoque communi naufragio pereundum sit?', allegoria est. Rursus si dicas: 'Quemadmodum demens haberetur, qui nauem pertunderet in qua veheretur ipse, ita extremae stultitiae sit rempublicam in qua viuis velle perdere, qua perdita tu non possis esse incolumis', collatio est.

Imago minimum differt a similitudine, quum sit similitudinis species. Nam similitudo adhibetur ad ornatum, ad voluptatem, ad persuadendum, ad euidentiam, ad grauitatem, et ab omni genere rerum asciscitur. Imago tantum ab animantis forma ducitur, et ad rem vel amplificandam vel oculis subiiciendam facit, vt si hominem rapacem ac virulentum depingas, similem iubato draconi qui oculis ardentibus, dentibus acutis, vnguibus aduncis, hiante rictu per omnia volitet, circumspiciens si quem reperiat, cui possit aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus dissecare, lingua aspergere, vnguibus dilacerare.

Effictio species est hypotyposeos, quae non ab alia forma petit similitudinem, sed ipsam hominis formam pictura quadam ponit ob oculos, apposite ad id quod agit, siue velit inuisum reddere, siue suspiciendum. Veluti: 'An non vobis videtur natura mentis turpissimae imaginem in ipso corpore depinxisse:

163 dentibus dissecare *O*: dissecare dentibus *BAS LB*.

caput turbinatum, oculi strabi, nasus aduncus, os viperinum, lingua haesitans,

132 *ira commotum* Quint. *Inst.* VIII, 6, 7 donne comme exemple "incensum ira".
excanduisse Cic. *Tusc.* IV, 43: "ira excanduit fortitudo".
exarsisse Cic. *De or.* I, 233: "iudices sic exarserunt vt ... condemnarent".

133 *deferbuisse* Cic. *Tusc.* IV, 78: "dum deferuescat ira".
despumasse Sen. *De ira* II, 20, 3: "nimius ille feruor despumet".

134 *reiectantibus* Au sens de "rejeter, vomir" ne se trouve guère que dans *Hist. Aug.* Iul. Capitolinus *Anton. Pius* 12: "Alpinum caseum ... nocte reiectauit".

135 *catechresis ... abusio* Quint. *Inst.* VIII, 6, 34: "quae non habentibus nomen suum accommodat quod in proximo est" et 35: "... abusio est vbi nomen defuit, tralatio vbi aliud fuit"; *Rhet. Her.* IV, 33, 45: "Abusio est quae verbo simili et propinquo pro certo et proprio abutitur".

138 *adamantinum* Il existe des emplois figurés de cet adjectif, mais cela semble une innovation d'Er. de l'appliquer à l'âme.

139 *gemmas ... in vitibus* Quint. *Inst.* VIII, 6, 6: "Necessitate rustici 'gemmam' in vitibus (quid enim dicerent aliud?)"; le sens propre est "pierre précieuse", la catachrèse: "bourgeon".
luxuriem Verg. *Georg.* I, 112 et 191; les dictionnaires considèrent ce sens (exubérance, surabondance de la végétation) comme le sens premier.
laetitiam in segetibus "Laetas segetes": Verg. *Georg.* I, 1; déjà Cic. *De or.* III, 155. Mais le substantif n'est pas employé en ce sens.

141 *allegoria* Quint. *Inst.* VIII, 6, 44: "Allegoria quam inuersionem interpretantur, aut aliud verbis, aliud sensu ostendit, aut etiam interim contrarium. Prius fit genus plerumque continuatis tralationibus vt: 'O nauis, referent ... occupa portum'" repris par Er. (Hor. *Carm.* I, 14, 1–3); Quint. continue: "totusque ille Horati locus, quo nauem pro re publica, fluctus et tempestates pro bellis ciuilibus, portum pro pace atque concordia dicit".

145 *Similitudo* Quint. *Inst.* VIII, 6, 8: "metaphora breuior est similitudo, eoque distat quod illa comparatur rei quam volumus exprimere, haec pro ipsa re dicitur". Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 414, l. 165 sq.
collatio Quint. *Inst.* V, 11, 23: "parabole quam Cicero collationem vocat, longius res quae comparentur repetere solet"; Cic. *Inv.* I, 30, 49: "collatio est oratio rem cum re ex similitudine conferens".

148 *demergere* Er. ici et dans ce qui suit reprend le thème de l'ode d'Horace citée par Quint.; il a pu se souvenir aussi de Cic. *Fam.* XII, 25, 5 qui développe aussi la métaphore contenue dans le mot "gubernare", déjà utilisée par Plat. *Rep.* VI, 488 a-e.

156 *Imago* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 414, l. 168. *Rhet. Her.* IV, 49, 62: "Imago est formae cum forma cum quadam similitudine collatio". Cic. *Inv.* I, 30, 49: "Comparabile est quod in rebus diuersis similem aliquam rationem continet. Eius partes sunt tres: imago, collatio, exemplum. Imago est oratio demonstrans corporum aut naturarum similitudinem".

159 *animantis forma* Cela n'est formulé nulle part, mais ressort des exemples de *Rhet. Her.* loc. cit. où les quatre exemples (si l'on comprend "gallus" au sens de coq!) sont des animaux.

160–164 *similem iubato ... dilacerare* *Rhet. Her.* loc. cit.: "tamquam iubatus draco serpit dentibus aduncis, aspectu venenato, spiritu rabido, circum inspectans huc et illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus adflare, ore attingere, dentibus insecare, lingua aspergere possit". On voit qu'Er. a pratiqué quelques additions, concernant les "vngues" (griffes).

165 *Effictio* *Rhet. Her.* IV, 49, 63: "Effictio est cum exprimitur atque effingitur verbis corporis cuiuspiam forma, quoad satis sit ad intelligendum". C'est le portrait.
hypotyposeos Voir ci-dessus, p. 126, l. 458 et ci-dessous, p. 170, l. 350. La notion est présente dans *oculis subiiciendam facit* (ll. 159–160) et l. 166 *ponit ob oculos*.

167 *siue velit ... suspiciendum* Er. transfère à l'"effictio" ce que *Rhet. Her.* dit à propos de l'"imago": "Haec sumitur aut laudis aut vituperationis causa ... vt in odium aut in inuidiam aut in contemptionem adducat".

169–171 *caput ... claudicantes* Er. refait et enrichit l'exemple de *Rhet. Her.*: "Hunc, iudices, dico, rubrum, breuem, incuruum, canum, subcrispum, caesium, cui sane magna est in mento cicatrix".

169 *turbinatum* Mot fréquent chez Plin. *Nat.* par ex. XV, 15, 58: "turbinatior piris figura" "en forme de cône".

vox gallinacei, gibbus in tergo propemodum capite altior, venter prominens, crura distorta, pedes vtroque claudicantes', etc.

Porro quot modis adhibetur similitudo et a quot rerum generibus petitur, quoniam abunde traditum est a Quintiliano rhetorum omnium diligentissimo, et a me quoque in commentariis De copia, non hic vulgata protritaque repetam. Illud tantum admonebo, curandum vt similitudo quadret ad id cui adhibetur, ne sit sordida aut obscoena, ne accersatur a rebus ignotis populo cui loquimur, nisi natura rei sit tam insignis, vt hoc etiam ipsum discere sit operae pretium, ne dura et affectata, ne talis vt statim in diuersum torqueri |
LB 1011 possit. Hoc schemate scatet vndique Scriptura Diuina, praecipue sermones euangelici, quae tamen fere non sumuntur, nisi a rebus vulgo notissimis. Inter Ecclesiae doctores nullus largius vtitur hac figura quam Ioannes Chrysostomus.

Similitudo siue (quod Cicero mauult) collatio hac nota differt et ab imagine et ab effictione, quod praeter alias virtutes frequenter non dilutam habet ratiocinandi vim, veluti quoties quod aduersarius adfert, ad aliquid simile transferimus, in quo demonstratur euidens absurditas. Arianus sic argumentatur: 'Pater vtrum gignit volens an nolens? Si nolens, non est Deus; si volens, vtique Verbum est filius voluntatis, non naturae'. Hoc simili retunditur: 'Tuus pater vtrum volens an nolens genuit te? vtique volens. Igitur non naturae, sed voluntatis es filius'. Atqui hoc manifestam habet absurditatem. Rursus quod adferunt: 'Quod gignit, prius oportet sit genito, pater igitur est filio antiquior', ita confutatur. 'Vtrum est antiquius sol, an radius a sole promanans?'. Quod ibi videri poterat probabile, hic apparet egregie stultum. Similiter quum ita ratiocinantur: 'Genitum et ingenitum inter se pugnant, sed Pater solus dicitur ingenitus, proinde non est eiusdem naturae cum Filio, itaque nec Deus', simili repelluntur. 'Primus homo non est genitus, sed ex argilla factus, non est igitur eiusdem naturae cum caeteris hominibus qui nascuntur. Vnde consequitur aut ipsum falso dictum hominem aut caeteros qui progignuntur e parentibus non esse vocandos homines'. Quo nihil absurdius. 'Itidem quum Filium excludunt a consortio diuinae naturae verbis Euangelii: *Vt cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum*: Si solus, inquiunt, Pater verus Deus est, quo ore Filius praedicatur Deus?'. Repelluntur testimonio Baruch III: *Hic est Deus noster, et non aestimabitur alius ad illum.* Id porro de Filio dici declarat id quod sequitur: *Post haec in terris visus est, et cum hominibus conuersatus est.* Similia sunt: *Solus hic est Deus*, et, *non est alius*; quae verba si vrgemus, solus Filius erit Deus, excluso Patre et Spiritu Sancto. Hoc argumentationis genere saepe feliciter vtitur Gregorius Theologus et Hilarius. Exemplis congerendis supersedeo, praesertim quod hoc loco admonemus alieniore, quia prius non veniebat in mentem. Pro qualitate similitudinis variabitur orationis character. Iucundus erit, si a rebus iucundis ducetur, grandis si a rebus sublimibus, acris, si a rebus terribilibus, mediocris, si a rebus mediocribus, humilis, si ab humilibus.

Iucundae dictionis exemplum erit: 'Quemadmodum blandis flatibus aspirante Fauonio squalor et tristitia hyemis depellitur, omnisque naturae facies

170 in tergo *O*: a tergo *BAS LB*.

206 vrgemus *O*: vrgeamus *BAS LB*.

172 *adhibetur, petitur* Indicatif comme souvent chez Plaute.

173 *a Quintiliano* Quint. *Inst.* VIII, 3, 72: "... aliae sunt quae probationis gratia inter argumenta ponuntur, aliae ad exprimendam rerum imaginem compositae"; comme moyens d'argumentation: V, 11, 22; comme moyen de faire voir les choses: VIII, 3, 72–81.

174 *De copia* Cf. *ASD* I, 6, pp. 236–248. Par *commentariis* (cf. *ASD* I, 6, p. 22, l. 38 et le titre de chacun des deux livres) il faut entendre une esquisse, un aide-mémoire, par opposition à un ouvrage achevé en bonne et due forme.

178 *dura et affectata* "Rude et affectée (artificielle)".

179–180 *sermones euangelici* Allusion aux paraboles.

183 *Similitudo ... collatio* Voir ci-dessus, p. 160, l. 145.

184 *non dilutam* Litote: "vigoureuse, forte".

185 *quod* Relatif dont l'antécédent sous-entendu serait complément d'objet de "transferimus".

186 *Arianus* Disciple d'Arius, l'hérésiarque du 4e siècle qui niait la divinité du Christ. Un raisonnement proche de celui-ci: Greg. Naz. *Or.* 29, 6 (*PG* 36, 80).

188 *filius voluntatis* Donc une créature.

188–190 *Tuus pater ... filius* Argument faible, malgré la première apparence car chez la créature humaine il n'y a pas alternative entre nature et volonté: l'homme ne peut vouloir que selon sa nature.

192 *sol ... radius* Cette métaphore pour essayer d'expliquer le lien entre les personnes de la Trinité (le rôle du Saint Esprit trouvant son analogue dans la chaleur) se trouve dans Greg. Naz. *Or.* 28, 30, *PG* 36, 69; elle dérive de Platon sur le Bien, soleil du monde intelligible, *Rep.* VI, 508 c sq. Cf. livre II, *ASD* V, 4, p. 457, n. ll. 168–169.

194–195 *Genitum ... cum Filio* Cf. Greg. Naz. *Or.* 29, 10, *PG* 36, 85.

195–196 *nec Deus* Comprendre: "(Filius non est eiusdem naturae cum Patre) nec Deus"; Er. a changé de construction, il écrit vite.

195 *ingenitus* Non pas le participe de "ingigno", mais avec le préfixe privatif *in-*: "incréé" (Arnob. *Aduersus nationes* I, 31, 2 avec le commentaire de Le Bonniec, éd. C.U.F., 1982, p. 280).

196–199 *Primus homo ... vocandos homines* Cf. Greg. Naz. *Or.* 29, 11, *PG* 36, 88.

196 *ex argilla* *Gn.* 2, 7: "formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae".

200–201 *Ioh.* 17, 3; cf. Greg. Naz. *Or.* 30, 13, *PG* 36, 120.

203 *Baruch III* Verset 36; cité par Greg. Naz. *Or.* 30, 13, *PG* 36, 121.

204–205 *Post haec ... conuersatus est* *Bar.* 3, 38.

205 *quae verba* Sc. *non est alius* (*Solus ... Deus* = le Père).

206 *vrgemus* "Nous serrons de près", c'est-à-dire "nous prenons au sens strict".

207 *Gregorius Theologus* Grégoire de Nazianze; on a renvoyé dans les notes précédentes à ses discours sur ces sujets. Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 266.
Hilarius Sur Hilaire de Poitiers, voir livre II, *ASD* V, 4, p. 274.

208 *Exemplis* Des exemples de "similitudines".

208–209 *hoc loco ... alieniore* Car ce paragraphe sur l'emploi des similitudes dans l'argumentation est déplacé dans une étude sur les "schemata" ou figures de style.

210 *character* Cicéron écrit encore le mot en grec: *Or.* 39, 134; la phrase suivante d'Er. qui énumère plusieurs sortes de "caractères" en fait comprendre le sens: la tonalité ou la couleur propre du style. Equivalents: "nota" et "formula" (Cic. *Or.* 75).

210–212 *Iucundus ... humilis* Au masculin en accord avec *character*.

210 *ducetur* A pour sujet *similitudo* (l. 209); cf. p. 160, l. 156. Ces cinq "caractères" rappellent en partie la classification cicéronienne des styles: simple (*Or.* 75 sq.), moyen (91 sq.), grand (97 sq.). "Is est eloquens qui et humilia subtiliter et alta grauiter et mediocria temperate potest dicere" (*Or.* 100) et "... parua summisse, modica temperate, magna grauiter dicere" (101). On pense aussi aux trois fonctions de la parole: "docere", "delectare", "mouere".

213–217 *blandis flatibus ... delectat oculos* Cette évocation du printemps est inspirée d'Hor. *Carm.* I, 4: "Soluitur acris hiems grata vice veris et Fauoni ..."; *Fauonio* le Zéphyr; *squalor* Le voisinage de *tristitia* invite à lui donner le sens de "deuil".

veluti noua iuuenta repubescit, arbores nouis ornantur frondibus, gramina blande virentia variis florum luminibus distinguuntur, amnes labuntur amoenius, sol ipse totaque coeli species mitiore aspectu delectat oculos, ita simul atque hominis animum afflauerit Diuini Spiritus gratia, protinus abit vitae prioris deformitas, proque vitiis omnis vita decoris virtutibus enitescit, dicas eum feliciter renatum'.

Grandis illud: 'Sicuti Deus, quum nullius egeat, tamen suapte natura gaudet omnibus benefacere, ita qui Deum patrem appellant, debent gratis de omnibus, quod in ipsis est, benemereri'.

Acris hoc: 'Expallescis ad afflatum aut morsum viperae, et ad medicum curris? Quanto magis horrenda turpitudo, quae venenum habet omnibus viperis praesentius, quantoque celerius quaerenda medicina?'.

Mediocris hoc: 'Quemadmodum qui iuxta Hesiodi consilium crebro parua paruis addunt, tandem euadunt diuites, ita qui in virtutibus semper ad meliora proficit, tandem perfectus euadit'.

Humilis siue submissae illud: 'Quemadmodum mendici si quid habent boni celant, sed pannos et vlcera ostendunt, quo spectantium benignitatem prouocent, sic nos oportet non iactare nostra benefacta apud Deum, sed mala nostra profiteri, si velimus illius in nos misericordiam prolicere'. |

LB 1012 Iam praeter illos tres orationis characteres, quos rhetores commemorant et quorum Augustinus aliquot exempla profert, tum e Canonicis Libris, tum e doctoribus ecclesiasticis, sunt complures aliae differentiae. Est acris et mollis, est ardens et placida, est austera et florida, est dulcis et amarulenta, est elaborata et simplex, est dilucida et inuoluta, est recta et obliqua, est fusa et in compendium contracta.

Ergo posteaquam ecclesiastici muneris candidatus haec quae de amplificationibus et schematibus commemorauimus in promptu ac velut in numerato habuerit, hac ratione poterit ad vsum accommodare. Thematis quod sibi sumpsit explicandum omnes partes diligenter circumspiciat, facile deprehensurus quae splendorem, quae vehementiam, quae iucunditatem aliasue dictionis notas recipiant. Mox ad singulas virtutes artis praesidia accommodabit. Hoc exemplo demonstrare perlongum sit. Aliquod tamen qualecunque simulachrum proponam, vnde reliqua coniiciat lector ingeniosus.

Sit argumentum concionis paralyticus ille Matthaei IX, Lucae V. Primum si res gesta commode narretur, multum delectationis ac perspicuitatis habebit oratio, nonnihil etiam affectuum. In ipso statim exordio offert sese locus communis, de admirabili bonitate Domini Iesu, cuius tota vita nihil aliud erat quam in omnes homines exposita beneficentia. Reperies quibus vltro contulerit beneficium, velut ei qui manum habebat aridam. Non reperies cui petenti negarit opem. Adeo erat inexhausta bonitas et indefatigabilis charitas. Subinde commutat locum, at non immutat benefaciendi studium. Obambulat non animi gratia, sed vt latius diffundat suam benignitatem. Aut docet, aut consolatur, aut viuificat, aut sanat, aut pascit, aut liberat, aut secedit oraturus.

Docendo medetur animis, sanandis morbis insanabilibus reliquisque miraculis fidem astruit suae doctrinae, gratis omnia. Et quum secedit, nobis secedit, nobis orat, pro nobis gratias agit Patri. Nec ab vllo discedit loco, quin ibi relinquat et suae charitatis monumenta et euangelicae philosophiae semina et honestae opinionis fragrantiam et paternae gloriae materiam. In Iesu igitur verissimum erat, quod ab Ethnico quodam dictum est: *Deus est iuuare mortales*.

258 sanandis *A*: sanando *cett.*

215 *repubescit* Mot emprunté à Colum. II, 1, 4. *gramina* Les herbes, les plantes.

216 *luminibus* Pour ce sens (brillant, éclat de la couleur) voir Colum. X, 97: "flauentia lumina caltae".

219 *enitescit* Voir Quint. *Inst.* XI, 3, 75: "in ipso vultu plurimum valent oculi, per quos maxime animus emanat, vt ... hilaritate enitescant".

220 *renatum* *Ioh.* 3, 5: "nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto".

221 *Grandis* Sc. *dictionis* (l. 213).

223 *quod in ipsis est* "Pour ce qui dépend d'eux"; cet emploi de *in* est un hellénisme fréquent dans la Vulgate.

224 *Expallescis* Cf. Plaut. *Curc.* 211, etc.

225 *horrenda* Sous-entendu "est"; ici adj. verb. de "horreo" (redouter).

226 *praesentius* "Agissant, efficace"; la comparaison entre la souillure morale (*turpitudo*) et la morsure de vipère découle de l'identification du démon et du serpent dans *Gn.* 3.

227 *Hesiodi consilium* "Place grain après grain: vite est né un grand tas" (Hes. *Erg.* 361–362): cité et traduit dans l'*Adag.* 794 (*LB* II, 331 E–F) "Multis ictibus deiicitur quercus", traduit dans le *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 44, l. 12: "Pusillum pusillo si addideris, cito nasci magnum aceruum".

232 *non iactare* Cf. *Lc.* 18, 11–12 (le Pharisien).

233 *profiteri* *Lc.* 18, 13 (le publicain). *prolicere* Cf. Plaut. *Curc.* 97.

235 *Augustinus* Aug. *Doctr. chr.* IV après avoir dit (ch. 18): "Ecclesiasticus orator in materia grandi semper versatur", mais (ch. 19): "Alias alio vtendum dicendi genere", continue: (ch. 20) "Exempla ex sacris Litteris, primum dictionis submissae, deinde temperatae, postremo grandis, tria haec ex Epistolis Pauli", (ch. 21) "Exempla triplicis huius generis dictionis ex doctoribus ecclesiasticis, nempe Cypriano et Ambrosio desumuntur".

236 *complures aliae differentiae* Quint. *Inst.* XII, 10, 66 sq.; 71: "Dicet idem grauiter, seuere, acriter, vehementer, concitate, copiose, amare, idem comiter, remisse, subtiliter, blande, leniter, dulciter, breuiter, vrbane, non vbique similis, sed vbique par sibi".

241 *velut in numerato* "Comme en argent liquide", c'est-à-dire dans l'improvisation seule; *Adag.* 3282 (*LB* II, 1021 A) d'après Sen. *Contr.* 2, 13 (fin); Quint. *Inst.* VI, 3, 111.

245 *notas* Cf. p. 162, l. 210.
virtutes Celles qui viennent d'être énumérées.
artis Dépend de *praesidia* "Aides, secours".
Hoc Accusatif, ne se rapporte pas à *exemplo*!

248 *paralyticus* *Mt.* 9, 2 sq.; *Lc.* 5, 18 sq.

252 *exposita* "Accessible à tous, disponible pour tous".

253 *ei qui ... aridam* *Mt.* 12, 10 sq.; *Mc.* 3, 1–6; *Lc.* 6, 6 sq.

254 *indefatigabilis* Mot du vocabulaire de Sen. *De ira* 2, 12, 4.

254–256 *Subinde ... benignitatem* La deuxième phrase répète ce qu'a dit la première en variant le vocabulaire et en ajoutant une notion par le mot *latius*.

257 *viuificat* Au sens plein: "il ressuscite".
pascit *Mt.* 14, 16–21.
liberat Au sens figuré *Mt.* 9, 2: "remittuntur tibi peccata tua", etc.
secedit *Lc.* 5, 16.

258 259 *Docendo ... doctrinae* Les deux parties de la phrase emploient les mêmes concepts, mais en inversant leurs fonctions: "en enseignant il guérit, en guérissant il enseigne".

259 *fidem astruit* "Il donne supplément de crédit, de confiance en".

262 *honestae opinionis fragrantiam* Er. prend au sens figuré l'expression "odeur de sainteté".

263 *ab Ethnico ... mortales* Plin. *Nat.* II, 5, 18: "Deus est mortali iuuare mortalem, et haec ad aeternam gloriam via"; Er. met ingénieusement au service du christianisme une formule d'inspiration evhémériste qui nie au fond la réalité du divin. Cf. *Adag.* 69 'Homo homini deus', *ASD* II, 1, p. 180.

– *Erat*, inquit Lucas, *virtus ad sanandum omnes*. Erat ipsa virtus non ad laedendum, sed ad iuuandum, non hos aut illos: *Nec enim est exceptio personarum apud Deum*, sed simpliciter omnes. Erat illi naturale cunctis benefacere. Quocunque circumferas ignem, calfacit. Vbicunque sol est, lucet. Quacunque dilabitur aqua, rigat. Vbicunque diffunditur vnguentum, spargit odoris gratiam. Seruator erat, nihil aliud cupiebat, nihil aliud poterat nisi seruare. Si quis perit, suo vitio perit. Talem decebat esse vitam eorum, qui se Christi vicarios profitentur, et sunt.

Recedit igitur a crassis Gerasenis, rogatus vt abiret a finibus ipsorum, qui magis timebant potentem quam amabant benignum, ac vehementius commouebantur iactura porcorum quam delectabantur salute hominum. Nec his tamen tam crassis indignatur mansuetissimus Seruator, tantum abscedit, et rursus transmisso lacu redit in ciuitatem suam Capernaum, non quod illic natus esset, sed quod ibi tum temporis perpetuum haberet domicilium; alioqui Bethleem natus erat, Nazareth educatus. Ciuitas erat Galilaeae, vnde et pro Galilaeo est habitus, litoralis, apta negociatoribus, et quod diuitias comitari solet, luxu diffluens ac fastu turgida. Haec est enim in quam alibi clamat: *Et tu Capernaum, nunquid vsque ad coelum exaltaberis? vsque ad infernum detraheris.* Apud hos tamen corruptissimos non dedignatus est habere domicilium Agnus ille mansuetissimus, qui venerat non vt vocaret iustos, sed peccatores inuitaret ad poenitentiam. Quaerit miseros ille misericors, quaerit aegrotos tam amicus medicus. Solus absque fastidio versatur inter peccatores, qui solus erat ab omni peccati contagio immunis.

LB 1013 Docebat in domo quadam sedens. | Apparet domum fuisse plebeiam, quae nomen non habet, nec sella quicquam habebat insigne, quum hisce temporibus Rabini quidam Christo multum dissimiles non nisi in templis dicant e sublimi suggesto, quod byssinum aut aureum peristroma honoris gratia praetegat. Non improbo studium illorum, qui hoc honoris deferunt doctoribus, sed improbandi sunt qui affectant. Caeterum vbicunque Christus est, ibi sacra basilica est; vbicunque sedet, siue in colle quopiam gramineo, siue in

264 *Erat ... omnes* *Lc.* 5, 17: "et virtus Domini erat ad sanandum eos" (Vulg.); "et virtus Domini aderat etc." (*LB* VI, 252 A). *Erat ... non ad* Procédé de la "négation de l'opposé": *De cop. verb.*, *ASD* I, 6, p. 72, ch. 24: "Variandi ratio per aequipollentiam": "Ea constat negationis additione, detractione, geminatione et verbis contrariis", cf. *Gramm. rhét.*, p. 600 sq. Ici le procédé est appliqué successivement à chacun des deux éléments du texte de *Lc.*: "sanandum" et "omnes".

265–266 *Nec ... apud Deum* Formule de 2. *Chr.* 19, 7 reprise plusieurs fois par Paul: *Rom.* 2, 11; *Eph.* 6, 9; *Col.* 3, 25; le texte de la Vulg. dit "acceptio" et non *exceptio*; Er. traduit: "respectus" (*LB* VI, 572 A) et commente ainsi: "προσωποληψία ... cum huic magis fauemus quam illi, non ob ipsius rei, sed personae discrimen. ... 'Acceptio personae' Latinis auribus nihil significat, tametsi frequens est in Sacris Litteris".

267–269 *Quocunque ... gratiam* Suite de métaphores développant l'idée que la charité du Christ s'adresse à tous.

267 *Vbicunque ... lucet* Cf. Petron. 100: "Sol omnibus lucet"; Ov. *Met.* I, 135: "Communemque prius ceu lumina solis et auras" et VI, 350–351: "Nec solem proprium natura nec aëra fecit / nec tenues vndas (Otto

1662).

268–269 *spargit ... gratiam* Véritable jeu de mot sur *gratiam*: le charme et la grâce divine.

269 *Seruator* Er. ici se refuse à employer le mot de la Vulg. "Saluator" pour rendre Σωτήρ; cf. *Lc.* 2, 11 (*LB* VI, 232 B); *Ioh.* 4, 42 (358 A); 1. *Tim.* 4, 10 (938 B).

270 *Si quis ... perit* C'est sous la forme la plus concise la thèse du *De libero arbitrio*.
decebat Cet imparfait comme dans Cic. *Cat.* 1, 2: "ad mortem te, Catilina, duci ... oportebat"; c'est une action qu'il convenait de faire et qui n'a pas été faite. Er. s'exprime ici en prédicateur, il donné une leçon comme p. 156, l. 64 lorsqu'il parlait de *isti viri*.

271 *vicarios* Ce sont les pontifes romains qui se disaient "vicaires du Christ". En leur reprochant sous cette forme voilée d'avoir manqué de charité, Er. pense peut-être à l'attitude des papes récents à l'égard des Réformés.
et sunt Er. ne conteste pas le titre; il ne veut pas paraître se ranger du côté des Réformés; il lui est arrivé d'être plus critique dans l'*Annot. in Mt.* 16, 18: "Tu es Petrus ..." (*LB* VI, 88 E–F). Voir aussi la paraphrase de ce même passage qui ne fait pas allusion au pape (*LB* VII, 92 F–93 A).

272 *Recedit* La charité ici consiste dans l'esprit de concession; cf. *Inst. princ. christ.*, *ASD* IV, 1, p. 216, l. 548: "Mallet (opinor) Caesar concedere de iure suo quam, etc.".
Gerasenis *Mt.* 8, 34–9. 1; *Lc.* 8, 37: "et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum vt discederet ab ipsis"; la *Paraphr.* (*LB* VII, 364 E) dit: "Iesus autem, ne proiiceret sanctum canibus reuersus est ad nauim"; la formule "ne proiiceret etc." est calquée sur l'*Adag.* 1873 'Obiicere canibus agnos' (*ASD* II, 4, pp. 258–259) ainsi commenté: "Dicebatur qui imbellem et litium imperitum, calumniatoribus et exercitatis exponeret, quod id animal omnium maxime sit imbelle"; le Christ est l'"Agnus Dei": *Ioh.* 1, 29 et 36.

274 *iactura porcorum* Le Christ a fait un miracle: les démons qui tourmentaient un possédé sont entrés dans des porcs et le troupeau est allé se noyer, *Mt.* 8, 32.
salute hominum Symbolisé par la délivrance du possédé.

276 *ciuitatem suam Capernaum* Dans l'*Annot. in Mt.* 9, 1 Er. justifie cette identification en renvoyant à *Mt.* 4, 13: "Et relicta Nazareth profectus habitauit in Capernaum" (*LB* VI, 24 B). Ce développement et celui des lignes qui suivent qui pourrait sembler une digression trouve sa raison d'être ll. 284–286.

279–280 *apta ... turgida* En fait Capharnaum n'était qu'un village, avec un bureau d'octroi et de douane car il était à la limite des Etats d'Hérode Antipas et de son frère Philippe (*Mc.* 2, 14). Ce développement d'Er. est destinè à légitimer la "malédiction" du Christ.

281–282 *Mt.* 11, 23. *Paraphr.*, *LB* VII, 68 D–E: "In die iudicii et horum [= les habitants de Sodome] damnatio mitior erit quam tui: nam si Sodomis edita fuissent ea miracula, quae prodita sunt in te, poenitentia placassent Deum offensum, et ciuitates exstarent in hodiernum vsque diem".

283 *Agnus ille* Cf. ci-dessus, n.l. 272 *Gerasenis*.

283–284 *non vt vocaret ... ad poenitentiam* Cf. *Mc.* 2, 17: "Iesus ait illis: 'Non necesse habent sani medicum sed qui male habent, non enim veni vocare iustos, sed peccatores'". Voir la *Paraphr.*, *LB* VII, 175 E–176 D, en particulier: "Ideo missus sum in mundum, vt tollam peccata mundi. Quicumque morbum agnoscit ac medici desiderat opem, huic non deero" (*LB* VII, 176 A).

287 *in domo ... sedens* *Mc.* 2, 2: "Et auditum est quod in domo esset, et conuenerunt multi ita vt non caperet neque ad ianuam et loquebatur eis verbum".

288 *sella* Reprend *sedens* Rien dans le texte évangélique n'indique que le Christ soit assis; peut-être Er. le déduit 1° de la présence de scribes assis (*Mc.* 2, 6); 2° de l'habitude du Christ d'enseigner assis (*Mt.* 5, 1; 26, 55).

289 *Rabini quidam* Ce sont évidemment des prédicateurs chrétiens (magistri nostri = docteurs en théologie). Pour une dénonciation du luxe dans l'Eglise au moyen du même procédé voir *Paraphr. in Mc.* 11, 8 (*LB* VII, 243 C–E).

290 *peristroma* Probablement un dais au-dessus de la chaire.

292 *affectant* Ceux qui les recherchent, les prédicateurs (certains).

292–293 *vbicunque ... basilica est* Cf. *Ioh.* 4, 24 et sa *Paraphr.* (*LB* VII, 529 C–D): "Posthac vbicumque mens erit, per fidem Euangelicam a vitiis pura, ibi templum erit Deo dignum" et *Inst. christ. matrim.*, *LB* V, 707 A: "Quiuis locus sacer est oranti in spiritu". Qu'il s'agisse du Christ ou du chrétien il n'y a pas besoin d'édifices sacrés.

293 *in colle ... gramineo* Le mont sur lequel le Christ prêcha les Béatitudes (*Mt.* 5, 1) ou d'autres (*Mt.* 15, 29; 24, 3; *Ioh.* 6, 3), mais l'épithète est due à Er.

sordida nauicula, siue in conuiuio, ibi sublimis cathedra est coelestis philosophiae. Hic locus est communis, quomodo deceat ecclesiasten in omni loco de Christo loqui, non in templo tantum.

Primum docet. Deinde sanat paralyticum. Potior hominis pars est animus. Haec igitur merito priorem curam sibi vindicat. Oratione medetur animis, quorum morbi longe periculosiores sunt quam corporum. Vbique Dominus vltro docet, miracula non aedit, nisi per occasionem ac fere rogatus. Nec enim in aliud adhibentur illa, nisi vt dictis fidem et autoritatem concilient apud incredulos. Et ecce inter loquendum praesto est exerendae virtutis materia. Paralyticus grabato affixus a baiulis aliquot defertur, qui nihil addubitant, quin Dominus et possit salutem dare, cui nullum morbi genus immedicabile, quin et velit, si modo sub oculos misericordis veniat miserandae calamitatis spectaculum. Sed differta turba fores obsidens non dat aditum misero. Quis enim patiatur diuelli ab oratore tam facundo? Tanta autem vis hominum affluxerat, vt domo plena, plurimi ad fores ac fenestras inhiarent sermoni Iesu. Tam ardentes animos oportet adferre Christianos ad ecclesiasticam concionem. Non est ibi Christus qui docet, sed Christi verbum est quod docet, et spiritus Christi loquitur per os hominis.

Quid interim exclusi baiuli? Non sinunt eam occasionem elabi e manibus. Rem iuxta mundum impudentem moliuntur; sed iuxta Graecorum prouerbia, inutilis est pudor viro egeno. Et hic locus communis incidit, de his quos pudor deterret a confessione criminum. Felix impudentia est quae per fidem impetrat totius hominis salutem. Exemplum simile est de muliere peccatrice, quae non erubuit passis capillis in pharisaicum conuiuium irrumpere inuocata. Magno conatu sarcinam suam in tectum domus subuehunt. Verisimile est enim eam domum nullas habuisse contignationes, nec tectum nostratibus simile, sed planius, in quo liceat ambulare (quod genus aedificia nonnulla videntur adhuc apud Italos et Hispanos), ac nudata tecti parte, pensilem paralyticum cum suo grabato demittunt ad pedes Iesu. Roget aliquis: quin expectabant finem concionis? Sciebant Dominum vndique a multis appellari, nec vsquam procedere, nisi densissima vallatum turba, se vero cum sua sarcina parum expeditos ad consequendum aut per turbam penetrandum ad Iesum. Hic amplificanda est admirabilis Domini mansuetudo; non indignatur sermonem suum funesto spectaculo interrumpi, non incusat improbitatem baiulorum, sed fiduciam approbat. *Vt vidit*, inquit Euangelista, *fidem illorum*. Quid? An non videbat fidem illorum priusquam paralyticum demitterent? Plane vidit. Quid enim non videt ille, cuius oculis occultissima cordium sunt conspicua. Sed humano more Euangelista de Christo loquens, tum ait illum vidisse, posteaquam omnibus factum est perspicuum. Sic Deus in Genesi: *Nunc cognoui quod timeas Dominum*. Poterat Dominus et foris manenti paralytico salutem dare. Sed hoc dispensatione factum est, vt exclusus paralyticus ac demum per tegulas in domum demissus, illi theatro perspicuum faceret, quantum apud Deum valeat fides nihil haesitans, simulque declararet in

Christo diuinam esse naturam. Conuenerat enim numerosa multitudo, non tantum ex omnibus castellis Galilaeae, verum etiam ex oppidis Iudaeae atque adeo ab ipsis Hierosolymis, nec iam plebeia turba tantum, sed Pharisaei quoque et Legis doctores. Atque hic locus insignis incidet, quantam vim
LB 1014 habeat fides, posteaquam baiulorum fides adeo fuit grata Christo, vt | ob eam salutem dederit misero. Nam de fide paralytici nihil expressum habemus. Solet

310 ibi *om. A.*

338 *prius* ex *O*: ab *BAS LB.*

294 *nauicula* *Mt.* 13, 2–3; *Paraphr.* (*LB* VII, 77 A): "Sic enim commodius a multis et videri poterat et audiri quod arena littoris paulatim insurgens et ipsa littoris ora speciem quamdam praeberet amphitheatri".
conuiuio *Lc.* 14, 1 et 7 sq. et la Cène 26, 17 sq.

297 *Primum* ... *paralyticum* *Mc.* 2, 2 (docet) et 11–12 (sanat).
Potior ... *animus* C'est ce que le Christ dit aux scribes: "Quid est facilius ... 'Dimittuntur tibi peccata' an ... 'Surge, tolle grabatum tuum et ambula'?".

300–302 *Nec* ... *incredulos* Cf. p. 165, l. 259. C'est la raison pour laquelle il n'y a plus de miracles: ils sont désormais superflus.

302 *exerendae virtutis* "De montrer, de manifester" avec une équivoque sur "virtus": sa vertu – mais aussi son talent, sa capacité (de guérir): *Lc.* 5, 17: "et virtus erat Domini ad sanandum eos".

303 *Paralyticus* ... *defertur* *Mc.* 2, 3.

303–305 *quin* ... *et possit* ... *quin et velit* Le deuxième *quin* est superflu.

306 *differta* ... *misero* *Mc.* 2, 4[a]: "et cum non possent offerre eum illi prae turba".

312 *Quid* ... *baiuli* Sous-entendu "faciunt".

313 *Graecorum prouerbia* Pourquoi ce pluriel? A côté du proverbe aussitôt traduit (de manière discutable) d'après Hes. *Erg.* 317 αἰδὼς οὐκ ἀγαθὴ κεχρημένον ἄνδρα κομίζει, il existe un autre proverbe de sens voisin, l'*Adag.* 2465 'Viro esurienti necesse furari', *ASD* II, 5, p. 330, (pour l'homme affamé, voler est une nécessité) qui vient de Suidas; l'Index colonne 74 l'énonce: "verecundia inutilis viro egenti".

314–315 *quos pudor* ... *criminum* Cf. Hor. *Epist.* I, 16, 24: "stultorum incurata pudor malus vlcera celat".

316 317 *Exemplum* ... *inuocata* *Lc.* 7, 37–38; *inuocata* "Non-invitée": Plaut. *Capt.* 70; Ter. *Eun.* 1059. *Paraphr.* (*LB* VII, 357 D–F): "Vide autem sanctam huius peccatricis improbitatem, non solum ausa est inuocata domum ingredi Pharisaei, verum etiam ingessit sese, vt erat ornata conuiuio" et "Habes imaginem peccatoris, per improbitatem ardoris et pertinaciam fidei irrumpentis in regnum coelorum".

318–321 *Verisimile* ... *Hispanos* Cette observation serait sans doute plus à sa place dans les *Annot. in Mc.* 2, 3 où l'on ne lit pourtant rien de tel. Il s'agit bien sûr d'une terrasse.

322–323 *quin expectabant* Sujet: les *baiuli.*

327 *improbitatem* "Audace, hardiesse".

328 *Vt vidit* ... *fidem illorum* *Mc.* 2, 5 dit: "cum vidisset" (Vulg. et Er.); avec *vt* la nuance causale s'efface.

329–330 *An non* ... *Plane vidit* Sur ce genre de difficultés posées par la double nature du Christ, voir *Gramm. rhét.*, pp. 639–642.

330–331 *cuius oculis* ... *conspicua* Cf. "Scrutans corda et renes" (*Ps.* 7, 10; *Ap. Ioh.* 2, 23, etc.).

332–333 *Nunc* ... *Dominum* *Gn.* 22, 12 (l'Ange à Abraham quand il le voit prêt à égorger son fils Isaac).

334 *dispensatione* Cette manière de régler ("dispendo") la suite des actions.

335 *illi theatro* Les spectateurs sont les auditeurs du Christ dans la maison.

336 *fides nihil haesitans* Cf. *Iac.* 1, 6: "Postulet in fide nihil haesitans" et la *Paraphr.*, *LB* VII, 1119 D–E: "Si quis ab hoc velit impetrare quod petit, petat nihil diffidens, nihil haesitans. Ne circumspiciat afflictionum moles, ne vires expendet suas, tantum cogitet, optimum ac potentissimum esse Deum a quo pendet".

337–339 *Conuenerat* ... *Hierosolymis* *Lc.* 5, 17[c].

339–340 *Pharisaei* ... *Legis doctores* Le texte de *Mc.* 2, 6 parle de "scribae" (γραμματεῖς) qui étaient en effet des "spécialistes et interprètes officiels de l'Ecriture" (*Dict. du NT*); *Paraphr.* (*LB* VII, 170 D). Parmi eux beaucoup appartenaient aux Pharisiens; d'où *Mc.* 2, 16: "et scribae et Pharisaei"; et *Lc.* 5, 17[b].

enim is morbus et animi stuporem inducere. Habebant autem baiuli multiplicem de Christo fidem, de potentia, de misericordia, de mansuetudine, quae nulla interpellantium importunitate poterat offendi. Et hic annotandum erit, quod Dominus interdum ad alienam fidem aedit miracula, veluti quum Archisynagogo, cui nunciata est mors filiae, dicit: *Noli timere, tantummodo crede.* Itidem quum eiusdem Euangelistae cap. IX patri daemoniaci dicit: *Si potes credere, omnia possibilia credenti.*

Rursus hic locus erat hypotyposi, quae ponat ob oculos miserandum illud paralytici in grabato iacentis spectaculum. Nihil enim aliud poterat infelix quam iacere, iam non homo, sed semiuiuum cadauer, luridus, squalidus, situ et carie obsitus atque in ipsis pene stragulis putrefactus. Hic e libris medicorum describetur morbus, et per comparationem amplificabitur. Ipsum paralyseos nomen indicat ea dissolui neruos, nerui autem motus autores sunt, motus est ipsius vitae vita, vt ita loquar. Quid enim refert habere membra corporis, si nullus horum sit vsus? Occupat autem hoc malum non modo corpus externum, verum etiam linguam, denique et ipsam mentis sedem. Stupet animus, memoria perfluit, nullum iudicium, nullus animi vigor. Qui sic viuit, non viuit nisi in poenam suam, si tamen ea vita dicenda est. Est autem hic morbus imprimis ex illorum genere, cum quibus frustra luctatur ars medicorum, qui quum maxime expediunt omnia pharmaca, nihil aliud quam vexant miserum, et cruciatum exasperant, frequenter et mortem accelerant. Hoc loco plura dici poterunt, vnde nascatur hic morbus et quibus rebus exasperetur et quantum malorum adferat homini. Dein cum aliis atrocissimis morbis comparandus est. Horrendum malum lepra, sed nec membrorum vsum adimit, nec mentis vigorem hebetat, et foedus magis est quam cruciabilis. Abominandum malum morbus comitialis, sed magnis interuallis concedit requiem. Ingentes cruciatus habet pleuritis, sed breues, vt quae aut cito tollit hominem aut abiens optatae sanitati restituit, nec ita contumax est aduersus medicorum remedia. Similiter dicet de caeteris morbis, ne fiam prolixior.

Iacet igitur ad pedes Iesu cadauer infelix, baiulis e tecto prospectantibus. Non procumbit in genua, non componit manus, non orat, omnia membra morbus occuparat, tantum iacet cadaueri similis. Et tanto magis procumbit, quia procumbere non potuit, tanto magis loquitur, quia loqui non potuit. Apud misericordem loquax res est ipsa calamitas. Hic mihi contemplare promptam et effusam Domini liberalitatem. Multo plus largitur quam expectabant baiuli. Probabile est enim illos nihil aliud expectare quam vt homo paralysi liberaretur. At Dominus qui perspicit intima cordium, vidit hominem magis aegrotare animo quam corpore, et pleraque corporum mala ab animi vitio proficiscuntur. Primum igitur interiorem hominem a peccatis liberat. Vide porro qua mansuetudine, qua facilitate condonat vniuersa delicta. Non prodit commissa, non exprobrat, non obiurgat, non exigit poenam aut satisfactionem. Sed quid? *Confide*, inquit, *fili, remittuntur tibi peccata.* Iuxta Matthaeum filium vocat, iuxta Lucam hominem. Ante nec homo erat nec

filius, vtrunque fit condonatis peccatis. Iubet esse bono animo, pro commerita obiurgatione consolationem impertiens. Et quum tale exemplum nobis aediderit summus ille omnium Dominus, in quo nullus erat criminum neuus, non pudet quosdam, tanto supercilio saeuire in lapsos, quum ipsi saepe grauioribus madeant vitiis? Vides, lector, hic quoque locum esse per comparationem amplificandi Seruatoris mansuetudinem, et quorundam sacerdotum in peccantes saeuitiam. Nos breuitati studemus.

Nullus, opinor, erat in eo coetu, cui liquido persuasum esset, in Christo LB 1015 geminam esse na|turam, diuinam et humanam. Nondum enim venerat tempus hoc aperte profitendi, sed prius dictis ac factis potissimum insinuandum erat in animos hominum. Erant, vt dixi, in ea concione Pharisaei et Legis

343 *et* Adverbe "aussi".
346 *alienam* La foi d'une personne autre que celle qui va bénéficier du miracle de guérison.
347 *Archisynagogo* "Le chef de la synagogue" *Mc.* 5, 35 sq.
347–348 *Mc.* 5, 36.
348–349 *Mc.* 9, 22.
350 *hypotyposi* Cf. ci-dessus, p. 126, l. 458.
352 *semiuiuum* Cic. *Verr.* 2, 1, 45, etc.
luridus Plaut. *Capt.* 595: "Viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis? / Atra bilis agitat hominem"; et c'est l'épithète d'Orcus (Pluton) dans Hor. *Carm.* III, 4, 74.
squalidus "Sale, malpropre" (Plaut., Ter.).
situ "Moisissure, pourriture" (Quint., Sen.).
353 *carie* "Pourriture, décomposition". Er. accumule les mots de sens voisin; c'est une forme de "congeries".
353–354 *libris medicorum* Cels. II, 1, 12 donne le mot grec comme équivalent de "resolutio neruorum". Id. VI, 6, 36 parle de "resolutio oculorum". Ce qu'Er. décrit sous le nom de "paralysis" est en fait la gangrène (luridus, situ, carie, putrefactus).
355 *dissolui neruos* Cf. n.ll. 353–354 la définition de Celse.
360 *ea* Au féminin par attraction de l'attribut *vita*.
362 *quum maxime* "Surtout alors que".
expediunt "Préparent".
pharmaca Hellénisme "drogues, remèdes". Ce couplet contre les médecins est superflu pour expliquer l'Ecriture! il paraît évident qu'Er. laisse libre cours à un ressentiment personnel.
367 *foedus* Au masculin, par accord avec "morbus" sous-entendu, qui se tire de la phrase précédente *aliis atrocissimis morbis*.
Abominandum Le mot contient une nuance de sacré; l'épilepsie était en effet appelée "morbus sacer".
368 *comitialis* Cels. III, 23; une crise d'épilepsie entraînait le report des comices, étant considérée comme un mauvais présage (*abominandum*).
369 *pleuritis* "Pleurésie".
374–375 *tanto magis … quia* Peu correct au lieu de "quod".
378 *expectare* Présent au lieu du parfait qui serait logique.
379 *perspicit intima cordium* Voir p. 168, ll. 330–331.
381 *interiorem hominem* Réminiscence d'Aug. *De vera religione* 39, 72 (*PL* 34, 154): "Noli foras ire, in teipsum redi; in interiore homine habitat veritas".
384 *Mc.* 2, 5; *Mt.* 9, 2; dans *Lc.* 5, 20 on lit seulement la deuxième partie de la phrase.
388 *neuus* Ou "naeuus": tache, point noir, verrue sur le corps; symbolise un menu défaut: Hor. *Serm.* I, 6, 67: "egregio inspersos reprehendas corpore naeuos".
389 *quosdam* Là encore discrète réprimande à certains hommes d'Eglise, cf. p. 166, l. 270. On rencontre ailleurs la mise en doute de certaines condamnations, par ex. celle de Jan Hus: *Hyperasp.* I, *LB* X, 1306 A: "Nec de Ioanne Husso meum est iudicare, habuit suos iudices apud homines, vtinam inuenerit mitius iudicium apud Deum!".
390–391 *per comparationem amplificandi* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 424, l. 413 sq.; et livre III, ci-dessus, p. 50, l. 909 sq.
394 *Nondum … tempus* Pour l'expression: *Mt.* 24, 6 "nondum est finis"; *Ioh.* 2, 4 "nondum venit hora mea"; pour l'idée d'une Révélation progressive voir *Gramm. rhét.*, pp. 655–658 avec un relevé des passages des *Paraphr.* où figure "nondum".
396 *vt dixi* Cf. p. 169, ll. 339 340.

doctores, quos Lucas ait sedisse veluti Domino pares. Horum animos offendit ea vox: *Remittuntur tibi peccata.* Erat enim inaudita illorum auribus, prae se ferens diuinam autoritatem. Didicerant ex Esaia, solum Deum esse qui condonaret peccata. Sciebant sacerdotes non ipsos remittere peccata, sed tantum oblatis hostiis precibus agere cum Deo, vt dignaretur populi delictis ignoscere, quum ipsi quoque delictis obnoxii egerent expiatione. Solus Dominus velut ex propria perpetuaque virtute, sine victimis, sine precibus aut vllis expiationibus, solo verbo condonat, non has aut illas culpas, sed vniuersa peccata. Nusquam enim legitur Dominus fuisse precatus miraculum aediturus, quod potestatem haberet non precariam aut certis limitibus circumscriptam, sed naturalem, propriam, perpetuam ac plenam. Nec tamen hic obliuiscitur suae modestiae. Sacerdos qui nihil aliud est quam homo, dicit: '*Ego te baptizo, ego te absoluo*'. Christus non dicit: 'Ego tibi remitto', sed: '*Remittuntur tibi peccata*'. Haec vox esse poterat prophetae, Dei clementiam nunciantis. Simili modestia dicit mulieri peccatrici, Lucae VII: '*Remittuntur tibi peccata*'. Et tamen tacitis cogitationibus obmurmurant Pharisaei et Legis periti: '*Quis est hic qui loquitur blasphemias? Solus Deus potest remittere peccata. Qua fronte sibi vendicat homo quod Dei proprium est?*'. Hic incidet locus communis quam calumniosa res sit superciliosa scientia. Item alter, nullam esse perniciosiorem impietatem quam quae se pietatis obtentu venditat. Mouet istos scilicet gloria Dei et blasphemiae calumniam impingunt Filio Dei: Legis cognitio armat illos ad calumniandum, ex qua debuerant intelligere Iesum esse Messiam a Lege promissum, qui liberaret populum Israeliticum a peccatis suis. Quur taciti murmurant? Quia metuebant turbam, quia nondum illorum inuidia ad extremum profecerat. Qui nunc intra se murmurant, ii sunt qui post clamant apud Pilatum: '*Nos habemus Legem, et secundum Legem nostram debet mori*', quique crucifixo exprobrant: '*Alios saluos fecit, seipsum saluum facere non potest*'. Et hic est locus communis, quomodo prauis cupiditatibus corruptus animus per occasionem paulatim gliscit ad maiorem impietatem ac benefactis etiam magis ac magis exasperatur, donec rapiatur in reprobum sensum, odiumque tandem in rabiem erumpat.

Quid interim Dominus? Pergit tueri autoritatem suam ac vel hoc argumento declarat se non esse quemlibet hominem, quod ad tacitas illorum cogitationes respondet, solus enim Deus est καρδιογνώστης, quas in hoc prodit vt sanet. Nec blasphemiae conuitium regerit, nec populum in illos concitat, sed irrefutabilibus argumentis tuetur autoritatem suam. '*Quur*, inquit, *male cogitatis in cordibus vestris? Non creditis huic remissa peccata, quia mentis habitum non cernitis. Sed paralyticum videtis. Quem si verbo erexero, credite et animum verbo sanatum esse. Quod non cernitis, per se maius est, sed a vobis pluris fit quod sensibus expositum est, quia corporis oculos habetis, fidei oculos non habetis. Vtrum est facilius dicere: 'Remittuntur tibi peccata', an dicere: 'Surge et ambula'*.' Hac voce Dominus

407 obliuiscitur *cett.*: obliuiscatur *D.*

397 *ait sedisse* *Lc.* 5, 17: "et erant Pharisaei sedentes et legis doctores".

398 *Remittuntur ... peccata* Ci-dessus, l. 384.

398–399 *Erat ... autoritatem* Cf. *Lc.* 5, 21: "Et coeperunt cogitare scribae et Pharisaei dicentes: 'quis est hic qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?'".

399 *Esaia* La fin du verset ci-dessus est dérivée d'*Is.* 43, 25: "Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me et peccatorum tuorum non recordabor".

405 *fuisse precatus ... aediturus* Construction difficile; il faut sans doute considérer *precatus* comme ayant un sens passif "après avoir été prié (supplié)" et rattacher *fuisse* à *aediturus* "il aurait produit" (de "edo, is, ere"): "nulle part on ne lit que le Seigneur aurait produit un miracle après en avoir été prié".

406 *precariam* "Obtenu par prière", "dépendant de prières".

407 *naturalem* "Appartenant à sa nature".

408 *Ego te baptizo* Ce sont les paroles constitutives du sacrement du baptême, mais le prêtre ajoute: "in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti". Même chose pour le sacrement de pénitence.

409–410 *Lc.* 7, 48. C'est la pécheresse qui entre chez le Pharisien, couvre les pieds du Christ de ses larmes, de ses baisers, du parfum qu'elle a apporté.

412–413 *Quis est hic ... peccata* *Lc.* 5, 21 (à peu près identique à *Mc.* 2, 7).

413–414 *Qua fronte ... proprium est* C'est là une paraphrase d'Er.

414–415 *calumniosa ... scientia* Cf. *Lingua*, *ASD* IV, 1A, p. 117, l. 984 sq. (les moines lançant l'accusation d'hérésie).

415–416 *perniciosiorem ... venditat* Ibid. l. 1000 sqq.: "malitiam plusquam diabolicam religionis fuco praetexunt quumque discrucientur zelo liuoris et odii dicunt: *Zelus domus Dei comedit me*".

416 *istos* Les Pharisiens et docteurs de la Loi dont parlent *Mc.* et *Lc.*

418–419 *Messiam ... a peccatis suis* Er. interprète en un sens spirituel le "joug" dont le Christ (= Messie) est venu libérer le peuple juif conformément aux prophéties, par ex. *Is.* 19, 20: "mittet eis saluatorem et propugnatorem qui liberet eos".

419–420 *taciti murmurant* Cette alliance de mots est suggérée à Er. par des formules comme "cogitantes in cordibus suis" (*Mc.* 2, 6): "coeperunt cogitare ... dicentes" (*Lc.* 5, 21); "coeperunt ... dicere intra se" (*Lc.* 7, 49). Er. *Paraphr.*, *LB* VII, 170 D: "tacite cogitabant in cordibus suis"; "Tacitis cogitationibus intra se loquebantur" (340 D); "coeperunt tacitis apud sese cogitationibus obmurmurare, dicentes" (359 A).

420 *Quia metuebant turbam* La foule de ceux qui écoutent et regardent le Christ (*Mc.* 2, 4 et 13, etc.; *Lc.* 5, 19); cela explique que la protestation des docteurs de la Loi reste silencieuse.

420–421 *nondum illorum inuidia* *Illorum*: les Pharisiens et Docteurs de la Loi; *inuidia* leur animosité, leur hostilité à l'égard du Christ; *ad extremum profecerat* "N'avait pas encore atteint son point le plus haut". Ce sont deux motifs différents: la prudence, une hostilité encore modérée.

422 *Ioh.* 19, 7.

423 *Mt.* 27, 42; *Mc.* 15, 31; *Lc.* 23, 35.

426 *reprobum sensum* *Rom.* 1, 28; dans sa traduction (*LB* VI, 566 B) Er. dit "in reprobam mentem" (*LB* VII, 782 B), ce qui serait "dilucidius". Cela semble signifier que ce ne sont plus les actes et la conduite en ces hommes qui sont pervertis, mais le jugement et la conscience; ils revendiquent comme justifiés moralement leurs actes immoraux.

430 καρδιογνώστης *Act.* 1, 24: "qui corda nosti omnium"; 15, 8: "qui nouit corda Deus" (trad. Er.); la *Paraphr.* du premier passage (*LB* VII, 665 D): "qui solus inspector es cordium, ex quibus homines vere boni sunt aut mali".

430–431 *in hoc ... vt* "Dans le dessein de ...".

431 *conuitium regerit* Hor. *Serm.* I, 7, 29: "regerit conuicia".

432 *irrefutabilibus* Le mot est déjà chez Arnob. 4, 139.

432–437 *Quur ... ambula* Cf. *Mt.* 9, 4–5: "Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: 'dimittuntur tibi peccata' aut dicere: 'surge et ambula'?" (voir aussi *Mc.* 2, 8 et *Lc.* 5, 22); Er. ici substitue *male* à "mala" qui est aussi dans sa traduction (*LB* VI, 50 A); *male* est dans la *Paraphr.*, *LB* VII, 53 A. Surtout il introduit le parallèle entre visible et non-visible, entre les sens et l'âme, entre les yeux du corps et ceux de la foi, développant la phrase simple de sa *Paraphr.*: "An quia morbus animi non cernitur oculis corporeis, vti nec salus, suspicamini me falso mihi sumere ... quod praestare non queam?". Sur cette opposition des deux mondes, thèmes platonicien et chrétien, voir entre cent textes d'Er., ci-dessous, pp. 186–200.

reddit illos attentos ad futurum miraculum, ne quid possent tergiuersari. '*Vtrumque dictu facillimum est: 'Remittuntur tibi peccata', et 'Surge et ambula', sed vt sciatis*, inquit, *Filio hominis vtrumque aeque factu facile, et oculis vestris faciam fidem*'. Et hoc loco annotanda est Iesu modestia; non ait: 'Vt sciatis me esse Deum', sed ipsa re diuinam naturam sibi asserens, verbo se Filium hominis appellat. Hic, suspensis expectatione miraculi omnium animis atque oculis, Dominus ait paralytico: '*Surge, tolle grabatum tuum et abi in domum tuam*'. Nec LB 1016 mora, surgit alacer, integris viribus, nullum morbi vestigium prae | se ferens, adeoque non languidus, vt ipsum lectum, in quo decubuerat, tolleret in humeros ac domum deportaret. Eius generis sunt fere Christi miracula, vt subito praesidio virtutem praesentaneam prae se ferant. Abit ille iam non mutus, sed glorificans Deum. Roget quis: quur iubetur abire domum? Vt suis qui paralyticum nouerant quosque diutinis obsequiis vexauerat praedicaret Iesum, essentque certi testes redditae sanitatis, qui morbi fuerant conscii. Quid hoc spectaculo gloriosius? Quid hic habes, Pharisaee, quod tergiuerseris? Quid habes Legis perite? Num adhuc dubitas paralytico remissa fuisse peccata? Non erras dum credis solum Deum remittere peccata. Sed ex ipsis factis intelligere debueras in hoc homine latere Deum, et eum agnoscere, quem tot oraculis promissum expectabas. Promittis aliis Messiam ex Lege, et praesentem occasione Legis calumniaris. Sed neque turba obstans, neque Pharisaeorum inuidia in aliud profecit quam vt euidentiore miraculo Christi diuina virtus patesceret.

Tacent interim Pharisaei, grauiore paralysi correpti quam fuerat ille paralyticus. Multitudo indocta religiosius interpretans ea quae gerebantur timore concutitur, Deumque glorificat, qui talem potestatem dedisset hominibus. Magnus ad pietatem gradus est timor Dei. Videt hominem Iesum, nec vltra id quod videt, audet de illo concipere, sed tamen ex admirandis factis glorificat Deum in homine operantem. Hic affectus multum abest a Pharisaeorum calumnia. Hactenus indicauimus quae partes in ipsa narratione recipiant ex arte vel iucunditatem, vel affectum, vel vehementiam, tametsi lector ipse per se plura dispiciet.

Allegoriae vero tractatio maiores etiam affectus admittet, si declares paralysim animi multis partibus esse miserabiliorem paralysi corporis. Quam infeliciter paralyticus est, qui manus non habet ad subueniendum egenis, sed habet ad rapinas, qui membra non habet ad officia charitatis, sed habet ad luxum, ad libidinem, ad violentiam. Qui linguam non habet ad docendum et consolandum proximum, sed habet expeditam ad nugandum, ad turpiloquium, ad obtrectandum. Cuius animus ad Christi doctrinam stupet, ad ea quae sunt huius mundi viuidus est. Totus iacet non in grabato, sed in coeno vitiorum omnium. Defertur a baiulis non ad Christum, sed ad omne dedecus. Baiulos autem habet ambitionem, auaritiam, luxum, libidinem, liuorem et odium. Atque interim, quum sit omnium miserrimus, sibi videtur viuere ac florere. Hic locus erit apostrophae. 'Quousque computrescis in latebris tuis, infelix?

Quin tibi paras alios baiulos, qui te deferant ad oculos Christi, si pedibus tuis ingredi non potes. Eo te deferet eleemosyna ac piorum hominum preces, deferet proximo condonata iniuria, deferet Ecclesiae fides. Tantum vt agnoscas tuam ipsius calamitatem. Nec est quod desperes, si diu in vitiis computruisti. Ibis ad misericordem medicum, vnde audies: *Fili remittuntur tibi peccata tua, surge et ambula*'.

Addi poterit etiam exhortatio, quum ad omnes Christianos, tum vero praecipue ad episcopos et pastores, vt Christum pro viribus imitentur, et si non possunt verbo tollere morbos corporum, tamen salubri sermone studeant mederi proximorum animis, docendo, admonendo, consolando, aegrotos foueant, egenis opitulentur, oppressis patrocinentur, nec ob hoc ab hominibus captent emolumentum aut laudem, sed a Christo mercedem expectent. Caetera

438 *tergiuersari* Cf. p. 86, l. 635: "répliquer en fuyant".

440–441 *faciam fidem* "Donner la certitude".

441–442 *me esse Deum* Nulle part le Christ ne se reconnaît Dieu; voir *Gramm. rhét.*, pp. 658–659.

442 *Filium hominis* *Mt.* 9, 6 etc.

444 *Mt.* 9, 6 avec "lectum" (Vulg., Er.) pour rendre τὴν κλίνην; *grabatum* est dans la *Paraphr.* (*LB* VII, 53 C) et vient de *Mc.* 2, 11 (Vulg., Er.) pour rendre κράβαττον.

445–447 *surgit alacer ... deportaret* *Mt.* 9, 7 dit seulement: "Et surrexit et abiit in domum suam" (Vulg.); *Mc.*: "Et statim surrexit ille et sublato grabato, abiit coram omnibus".

448 *praesidio ... praesentaneam prae se ferant* Adnominatio (allitération).

450 *diutinis ... vexauerat* "Qu'il avait tourmentés (tracassés) à cause des services (complaisances)" (qu'il leur demandait, ou: qu'ils lui rendaient). Rien dans le texte évangélique ne fonde ce bref passage.

452 *Quid hic ... Pharisaee* Exemple d'apostrophe, voir ci-dessus, p. 126, l. 443.

452–453 *tergiuerseris* Cf. ci-dessus, l. 438.

453 *Legis perite* Docteur de la Loi, scribe; voir p. 169, l. 340.

456 *tot oraculis promissum* Participe substantivé; le Messie avait été annoncé par ces "oracles" qu'étaient les prophètes.

457 *occasione Legis* "En profitant d'une occasion offerte par la Loi", c'est-à-dire en accusant le Christ de blasphème pour avoir dit "tes péchés te sont remis", alors que le pouvoir de remettre les péchés n'appartient qu'à Dieu (*Is.* 43, 25; *Ir.* 32, 34).

turba obstans *Mc.* 2, 4.

458 *Christi* Complément de *diuina virtus*; pour ce dernier mot cf. p. 168, l. 302.

460 *grauiore* Parce qu'elle vient de l'âme et non du corps; leur silence est dû non pas au respect et à l'adoration, mais à l'hostilité impuissante; cf. *Paraphr in Mt.* 9, 8 (*LB* VII, 53 D): "Scribis autem sic erat impositum silentium, vt magis etiam exacerbarentur inuidia, nimirum magis quaerentibus suam gloriam quam gloriam Dei, etc.".

461–462 *timore ... hominibus* *Mc.* 2, 12: "ita vt admirarentur omnes et honorificarent Deum, dicentes quia 'numquam sic vidimus'"; *Paraphr.* (*LB* VII, 174 C): "Populus simplex et illiteratus, nihil diiudicans in eo quem credebat esse hominem, tantum admiratur virtutem diuinam".

463 *Magnus ... timor Dei* "Initium sapientiae timor Domini" (*Ps.* 110, 10; *Sir.* 1, 16).

465–466 *Hic affectus ... calumnia* Cf. *Paraphr.* (*LB* VII, 174 C): "Fugiamus exemplum Scribarum ... Simus e simplici turba ...".

469 *Allegoriae* Voir p. 160, l. 141; la manchette dit: "Sensus mysticus".

470 *multis ... miserabiliorem* Equivaut à "multo miserabiliorem".

472 *luxum* "Luxe, plaisirs de la table"; voir p. 144, l. 800.

473–475 *linguam ... ad obtrectandum* Idées développées dans *Lingua*, *ASD* IV, 1A.

480 *apostrophae* Voir p. 126, l. 443.

481 *Quin* "Pourquoi ... ne ... pas ...?".

483 *proximo ... iniuria* Cf. le Pater Noster, *Mt.* 6, 12.

Tantum vt Equivaut à "modo vt": "il suffit que".

484 *Nec est quod* "Et il n'y a pas de raison pour que".

487 *exhortatio* Voir "exclamatio" p. 100, l. 928.

lectori coniicienda relinquo. Nam vereor ne in hoc exemplo diutius videar immoratus, quam huius instituti postulat ratio.

Referuntur apud grammaticos et alii tropi praeter eos quos commemorauimus, et sunt qui nondum apud rhetores aut grammaticos inuenere nomen. Totus enim hominum sermo tropis differtus est.

Sic autem visum est diuinae sapientiae nobiscum vulgatissimo more quodam modo balbutire. Quod apud Matthaeum legitur: *Id ipsum et latrones improperabant ei*, Augustinus putat ἑτέρωσιν siue hypallagen esse numeri, quum |
LB 1017 alii Euangelistae referant vnum tantum Christo fuisse conuitiatum, quemadmodum dicimus Romanum militem pro exercitu. Tametsi non me fugit esse qui locum hunc expediant absque tropo.

Itidem in verbis Pauli, quum de se aliisque viuis Christianis loquens ait: *Qui simul cum Christo nos sedere fecit in coelestibus*, Augustinus libro De agone, indicat esse temporis enallagen. Et vulgo quod certo futurum credimus, factum dicimus. Si tales animos praestiteritis in praelio, vicimus. Si ista poteris regi persuadere, euasisti. Ad hunc tropum pertinere videtur quod habetur Geneseos III: *Puluis es et in puluerem reuerteris.* Iam enim Adam non erat puluis, alioqui quomodo diceretur reuersurus in id quod erat?

Quanquam hic videri posset synecdoche, quae materiae nomine vocat quod ex materia confectum est, quemadmodum pro gladio ferrum dicimus et retia e lino contexta lina vocamus. Eodem tropo Geneseos II de Eua dictum est: *Hoc nunc os ex ossibus meis*, non quod iam esset os, sed quod ex osse facta. Simili forma Exodi VII quod iam serpens erat, adhuc dicitur virga, quoniam e virga mutatum erat. *Deuorauit*, inquit, *virga Mosi virgas magorum.*

Rursus Hieronymus in Matthaeum annotauit esse temporis ἑτέρωσιν, quum Simon dicitur leprosus, quia fuerat. Et Paulo Erastus dicitur arcarius ciuitatis. Et Abigail adhuc dicitur vxor Nabal, quum iam transisset in matrimonium Dauidis, mortuo Nabal.

Multis autem Scripturae locis Iacob et Israel vsurpatur pro gente ex eo prognata. Vt apud Esaiam: *Israel autem me non cognouit.* Item Matthaei IX: *Nunquam apparuit sic in Israel.* Et in Cantico Virginis: *Suscepit Israel puerum suum.* Item Psalmo LXXVIII: *Comederunt Iacob et locum eius desolauerunt.*

Ad aliquam synecdoches speciem pertinent illa: *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Apostolos fuisse loquutos

516 Mosi *cett.*: Mosis *LB*. 518 quia *O*: qui *BAS LB*.

493 *diutius* Depuis p. 164, l. 248.
495 *alii tropi* Ce mot apparaît donc comme un équivalent de *schemata* ou *figurae* (tous deux employés comme synonymes au début de ce développement, p. 98, ll. 903 et 906). Si l'on compare la liste d'Er. à celle de la *Rhet. Her.* qu'il a prise pour guide (p. 98, l. 908) on constate qu'il a négligé: "expeditio" (*Rhet. Her.* IV, 29, 40), "conclusio" (30, 41), "nominatio" (31, 42), "transgressio" (32,

44), "mitigatio" (37, 49), "frequentatio" (40, 52), "exsuscitatio" (43, 55), "commoratio" (45, 58); pour plusieurs figures il emploie seulement le terme grec (utilisé par Quint.) et néglige le terme latin, seul connu de *Rhet. Her.*: "hyperbole" (*Rhet. Her.* 33, 44 "superlatio"), "metaphora" (*Rhet. Her.* 34, 45 "translatio"; mais Er. emploie "transferre" et "translata"); certaines n'ont pas d'équivalent dans *Rhet. Her.* comme "epitheta". Quint. *Inst.* distingue "trope" (= "verbi vel sermonis a propria significatione in aliam cum virtute mutatio" VIII, 6, 1) et "figurae" (ou "schemata") (livre IX), mais entre les uns et les autres "adeo similitudo manifesta est vt ea discernere non sit in promptu" (IX, 1, 3) et il ne réussit guère à donner de la figure une définition satisfaisante. On comprend donc qu'Er. considère ces termes comme interchangeables.

497 *Totus ... differtus est* Phrase capitale; bien qu'on puisse faire un rapprochement avec le début de la *Rhet.* d'Aristote, c'est bien une pensée personnelle d'Er.

498 *Sic* "De cette façon", c'est-à-dire en employant des tropes; *autem* équivaut sans doute à "enim" comme plus d'une fois chez Cic.

499–500 *Mt.* 27, 44; *Mc.* 15, 32 dit lui aussi que les deux larrons insultèrent le Christ en croix; *Lc.* 23, 39–43 parle d'un seul. Aug. *De consensu euangelistarum* III, 16, 53 (*PL* 34, 1190) après avoir relevé ces textes écrit: "Quomodo ergo ... nisi intelligamus Matthaeum et Marcum breuiter perstringentes hunc locum, pluralem numerum pro singulari posuisse" (suivent des exemples du même tour: *Hebr.* 11, 33–37; *Ps.* 2, 2, etc.).

500 ἑτέρωσιν *siue hypallagen* Semble emprunté à Quint. *Inst.* IX, 3, 12 avec cependant deux différences dues soit à l'exemplaire utilisé par Er. soit à de menues erreurs de mémoire: "Haec quoque est quam ἑτεροίωσιν vocant, cui non dissimilis ἐξαλλαγή dicitur".

501 *alii Euangelistae* En réalité Luc seulement; à son tour Er. fait un hypallage de nombre! Cf. *Rat. ver. theol.*, Holborn p. 267, ll. 25–28.

502 *militem pro exercitu* L'hypallage est ici inverse du précédent: on a un singulier au lieu d'un pluriel.

502–503 *esse qui ... absque tropo* Dans ses *Annot.*, *LB* VI, 143 F–144 C, n. 47, Er. rapporte l'explication de saint Aug. telle qu'ici même; puis celle de Hier. qui voit là une "syllepse"; enfin il cite Hugues de Saint-Cher qui semble n'avoir lu aucun des deux Pères et écrit de ce passage "Hoc videtur falsum", ce qu'Er. commente: "Tam ciuiliter mouet de fide Euangelistarum quaestionem", puis après une autre citation d'Hugues: "O Theologum sobrie ac reuerenter tractantem Sacras Litteras! Et me sacrilegii reum agunt quidam, quod hunc non habeam pro Deo, cum fuerit Ordinis Iacobitici". C'est donc Hugues de Saint-Cher auquel fait allusion la formule volontairement indéterminée "esse qui" d'une ironie bien cachée.

504–505 *Eph.* 2, 6.

505 *Augustinus libro De agone* 26, 28 à 27, 29, *PL* 40, 305.

506 *enallagen* Le mot se rencontre ailleurs, par ex. *LB* VI, 143 F, n. 47, mais ce n'est ici probablement qu'un avatar d'"hypallagen" (l. 500).

507 *Si tales ... vicimus* Réminiscence de Liv. XXI, 43, 2: "Si, quem animum ... ante habuistis, eundem mox ... habueritis, vicimus, milites" (c'est Hannibal qui parle).

509 *Gn.* 3, 19.

511 *synecdoche* Quint. *Inst.* VIII, 6, 19: "vt ex vno plures intellegamus, parte totum, specie genus, praecedentibus sequentia, vel omnia haec contra".

512 *pro gladio ferrum* Exemple donné par Quint. *Inst.* VIII, 6, 20.

513–514 *Gn.* 2, 23.

516 *Ex.* 7, 12.

517 *Hieronymus ... annotauit* Hier. *In euang. Mt.* IV, 26, 6, *PL* 26, 198.

518 *Simon ... leprosus* Cf. *Mt.* 26, 6.
Paulo Datif compl. d'agent du passif, tour poétique.

518–519 *Erastus ... ciuitatis* Cf. *Rom.* 16, 23, voir *Annot.*, *LB* VI, 654 C, n. 25: "Theophylactus putat praefectum fuisse, et prorsus hactenus erat praefectus. Arbitror significari praefectum aerario".

519–520 *Abigail ... mortuo Nabal* Voir 1. *Sm.* 27, 3; 30, 5; 2. *Sm.* 2, 2.

522 *Is.* 1, 3; les mots "autem me" ne sont pas retenus par l'édition de Stuttgart, 1975.

523 *Nunquam ... Israel* *Mt.* 9, 33; Er. cite sa propre trad.; la Vulg. dit "paruit".
Cantico Virginis Connu par son premier mot comme le "Magnificat".

523–524 *Lc.* 1, 54.

524 *Ps.* 78, 7; l'édition de Stuttgart a, au lieu de *locum*, "decorem" sans que l'apparat fournisse d'explication.

525–526 *Mt.* 10, 20.

Lucas abunde testatur in Actis, sed tropo is loqui dicitur, quo autore et cuius dono loquitur homo. Huius formae est illud: *Sermo meus non est meus, sed eius qui misit me.* Tropus autorem indicat, nam alibi Dominus saepe vocat sermones suos. Annotauit hoc Augustinus in Psalmum quartum, hunc esse morem Scripturarum, vt ipsi Deo tribuant quod in nobis agit. Quale volunt esse illud Pauli Rom. VIII: *Ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Neque enim gemitus competit in Spiritum Sanctum.

Porro quod legimus Psalmo LXXIV: '*Ego confirmaui columnas eius*', sine dubio metaphora est. Neque enim terra columnis nititur, quae suopte pondere libratur, sed inconcussam illius stabilitatem Scriptura columnas vocat, annotante Ambrosio.

Ad synecdochen et illud mihi pertinere videtur, quod in Euangelio Dominus loquitur ad sinistram constitutis: '*Non noui vos*'. Nec est necesse vt hic 'nosse' interpretemur 'fecisse', quod facit Augustinus epistola XLVII ad Valerianum: '*Quid est*, inquiens, '*non noui vos*', *nisi vos ego tales non feci*'. Eiusdem schematis esse putat, quod de Christo legimus, qui peccatum non nouerat, id est, non fecerat. Quin potius Scriptura sic loquitur, vt dicat Deum illa nouisse quae approbat, ignorare quae reprobat. Ita loquitur Psalmus: *Nouit Dominus viam iustorum*, quasi viam impiorum nesciat. Similiter Matthaei xxv fatuae virgines audiunt: '*Nescio vos*'. Eodem tropo dictum est Hieremiae: '*Priusquam te formarem in vtero noui*'. Id esse verum confirmat quod sequitur: '*et antequam exires de vulua sanctificaui te*'; quod prius dixerat '*noui*', velut interpretans explanat '*sanctificaui*'. Rursus II Timoth. II: *Nouit Dominus qui sunt ipsius.* Item I Cor. XIV: *Si quis autem ignorat, ignorabitur.* Quin et vulgo a quibus abhorremus, ea dicimur ignorare, vt: *Nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia.* Et: *Non nouit adulari qui ex animo amicus est.* Postremo notos vocamus non inimicos, sed amicos. Eos negamus nos nosse, quos animo obfirmato odimus, citra spem reditus in gratiam. Significantius autem dictum est de Christo: *non*
LB 1018 *nouit peccatum* quam si dixisset: 'non fecit' aut 'non com|misit peccatum'.

Est species synecdoches, quum efficientem causam effecti nomine donamus, aut contra, vt horrere dicitur qui friget et pallescere qui timet et erubescere qui pudescit, etiamsi non mutet colorem; et deperire dicitur qui impotenter amat, et auersari dicimur eos quos odimus. Contra notos admittimus et amplectimur. Adde huc, quod in parabola euangelica inimicus homo fecisse dicitur, quod fecit diabolus, ipso Domino in hunc modum exponente. Atqui diabolus non est homo. Quanquam hic esse potest allegoria, potest esse synecdoches species, quae signi nomen ponit pro re designata, vt *est* idem valeat quod *significat.* Quo tropo dictum est illud Geneseos XLI: *Septem spicae sunt septem anni vbertatis; septem boues sunt septem anni famis.* Eodem schemate Paulo dictum est: *Petra autem erat Christus.* Nam ideo spiritualem appellat, quod aliquid sacratius significabat. Itidem Dominus in Euangelio: *Bonum semen sunt filii regenerationis, zizania autem sunt filii maligni.* Sic de improbo facto dicimus: *Haec est tua impudentia*, quum factum non sit impudentia, sed eam

declarat et ab ea proficiscitur. Quemadmodum Scriptura nonnunquam concupiscentiae nomine designat peccatum, non quod omnis concupiscentia sit peccatum, sed quod a peccato proficiscatur. Sic infantibus asscribitur peccatum, non quod proprie sit in illis vllum peccatum, sed tantum priuatio gratiae

534 Psalmo LXXIV *editor*: Psalmo LV *O*, Psalmo LIX *BAS LB*.

550 I Cor. XIV *BAS LB*: I Cor. XIII *O*.

564 Geneseos *O*: Gen. *BAS*, Genesis *LB*.

527–528 *is ... quo autore et cuius dono* A vrai dire il ne semble pas y avoir de passage correspondant strictement à cette définition; mais on peut juger proche par ex. *Act.* 4, 8 sq. ou 13, 9 "repletus Spiritu Sancto".

528–529 *Ioh.* 12, 49.

530 *sermones suos* Par ex. *Prv.* 8, 8 (C'est la Sagesse qui parle); *Sap.* 6, 10 et 12.

530–531 *Annotauit ... agit* Cf. Aug. *Enarr. in Ps.* 4, 2, *PL* 36, 79.

532 *Rom.* 8, 26.

534 *Ps.* 74, 4.

536 *inconcussam ... stabilitatem* Er. emploie au sens propre l'expression qui se trouve au sens figuré dans Cypr. *Epist.* 28, 1.

536–537 *annotante Ambrosio* Ambr. *Hexameron* I, 6, 22, *PL* 14, 144 D.

539 *ad sinistram constitutis* Participe substantivé "ceux qui seront placés à sa gauche", c'est-à-dire les damnés lors du Jugement Dernier; voir *Mt.* 25, 41: "his qui a sinistris erunt".

539 *Mt.* 7, 23: "numquam noui vos".

541 Aug. *Epist.* 215, 6, *PL* 33, 973. Cette lettre porte le numéro 47 dans l'édition d'Er.

542 *putat* Ibid.: "Quid est 'non nouerat', nisi quia non fecerat?".
peccatum non nouerat 2. *Cor.* 5, 21.

544–545 *Ps.* 1, 6.

546 *Mt.* 25, 12.

546–547 *Ir.* 1, 5[a].

547–548 *Ir.* 1, 5[b].

549 2. *Tim.* 2, 19[b].

550 1. *Cor.* 14, 38.

551 *Nescit ... gratia* "La grâce de l'Esprit Saint ne connaît pas les lents et pénibles efforts"; le mot "molimen" signifie "un gros effort"; il n'est pas dans la Vulgate et cette phrase n'est pas une citation; elle exprime sous forme négative l'idée que la grâce est rapide et aisée ce que l'Ecriture traduit par des images: la grâce est comme du feu (les langues de feu de la Pentecôte, *Act.* 2, 3).

552 *Non nouit ... amicus est* Cf. *Adag.* 1853 'Obsequium amicos, veritas odium parit' (Ter. *Andr.* 68; *ASD* II, 4, p. 248, ll. 695–696): "non admonens, quid oporteat fieri, sed ostendens, quid vulgo fiat"; (ll. 699–700) "At inter veros amicos nihil est veritate iucundius, modo absit asperitas agrestis et inconcinna grauisque".

554–555 *non ... peccatum* Voir ci-dessus, l. 542.

556 *efficientem causam effecti* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 422, l. 380 sq.

557 *horrere* "Avoir les poils hérissés" (avoir la chair de poule).

558 *deperire* "Mourir (d'amour)"; *impotenter* "En étant incapable de maîtriser sa passion", "de rester maître de soi".

560 *inimicus homo* Cf. *Mt.* 13, 28. C'est la parabole du blé et de l'ivraie, celle-ci étant semée par l'"ennemi" pendant que les hommes dorment.

561 *ipso ... exponente* Cf. *Mt.* 13, 39: "inimicus autem qui seminauit ea est diabolus".

562 *allegoria* Voir p. 160, l. 141.

563 *signi nomen ... re designata* Quint. *Inst.* VIII, 6, 22: "Aliud etiam intellegitur ex alio: 'aspice, aratra iugo referunt suspensa iuuenci', vnde apparet noctem adpropinquare. Id nescio an oratori conueniat nisi in argumentando, cum rei signum est".

563–564 *est ... significat* Voir plus loin un exemple particulièrement remarquable de cette sorte de synecdoque, p. 182, l. 630.

564–565 *Gn.* 41, 26–27: le rêve de Pharaon interprété par Joseph.

566 1. *Cor.* 10, 4.
spiritualem 1. *Cor.* 10, 3 (escam spiritalem); 4[a] (potum spiritalem); 4[b] (spiritali consequenti eos petra).
ideo Annonce *quod* causal.

567–568 *Mt.* 13, 38.

570–572 *concupiscentiae ... proficiscatur* Chez Paul: *Rom.* 7, 7–8; cf. *Paraphr.*, *LB* VII, 798 F: "Igitur indulgens mihi veluti nesciebam esse peccatum concupiscentiam alienae rei nisi Lex vetuisset concupiscerem"; cf. plus loin, p. 196, ll. 894–895.

572–575 *infantibus ... proficiscantur* Voir la longue *Annot. in Rom.* 5, 12, *LB* VI, 585 B–591 D.

originalis, procliuitas naturalis ad peccandum, et calamitas humanae vitae peccatum dicitur, quod haec a peccato primorum parentum proficiscantur. Quanquam hac de re scio quorundam variare sententias. Praeterea quum Apostolus scribit Corinthiis: *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit*, ni tropum recipias, sensus absurdus et impius est; sed per tropum quum ait: *peccatum fecit*, sentit hostiam pro peccatis aliorum immolandam. Quod genus est illud sacerdotibus dictum: *Peccata populi comedetis*, quod de victimis viuerent. Praeterea quod Paulus negat se accepisse Euangelium suum ab homine siue per hominem, rectus sermo sensum exprimit impium: Christus enim etiam nunc homo est, sedens ad dextram Patris. Vix tamen inuenias huic tropo nomen. Simile est quod scribit Galatis: *Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem*. At idem Paulus Corinthiis scribit: *Sicut ego per omnia omnibus placeo*. In priore loco *placere* dixit pro 'assentari', et *homines* vocat '*spiritu Christi vacuos*'. Secundo loco *placere* dixit '*obsequi ac morem gerere*', ne quem offenderet.

Quid hic memorem de sermonibus, quibus vndique redundant Sacri Libri, praesertim Veteris Instrumenti, per quos quae nobis vel iuxta corpus vel iuxta animum adsunt Deo tribuuntur, veluti quum dicitur irasci, furere, poenitere, odisse, obliuisci, reminisci, respicere, auertere faciem, extendere brachium, sedere, surgere, inclinare aurem, aliaque huius generis innumera quae, si simpliciter accipias, falsum et impium habent sensum. Sed haec quomodo sint intelligenda, dilucide exponit Gregorius Nazianzenus libro Theologiae v et Augustinus quum alias, tum libro ad Simplicianum secundo, multum dissentiens ab istis, qui tropos, veluti res humiles, grammatistis relinquendos arbitrantur, ceu theologis indignos. At Augustinus vir tantus censet vigilanter attendendos atque memoria tenendos, quod *horum cognitio Scripturarum ambiguitatibus dissoluendis sit*, vt ait, praecipue *necessaria*.

Quod in Annotationibus interdum indico quomodo medendum sit hyperbatis, quidam magni nominis theologus, religione Franciscanus, nunc etiam opimi census episcopus, sic irrisit, non in conuiuio, sed in publica frequentique concione: '*Quid nos docet Erasmus? Docet construere. Ego didici construere ante quadraginta annos*', eadem opera deridens Origenem, Hieronymum, Ambrosium et Augustinum, qui frequenter indicant ordinem contextus et, quod est his minutius, admonent quo loco sit ponenda hypostigme, respirandi nota, quo casu accipienda vox et quomodo pronunciandus sermo, enunciando

586 pro *A–C*: *om*. *D BAS LB*.

575 *haec* Les trois termes: *priuatio*, *procliuitas naturalis* et la *calamitas* que constituent ces dernières.

577–578 2. *Cor*. 5, 2.

579 *immolandam* Valeur de participe futur passif.

580 *Hos*. 4, 8. Mais le texte parle des prêtres à la 3e personne: "comedent".

581 *Paulus negat* Cf. *Gal*. 1, 1.

583 *sedens ad dextram Patris* Cf. *Mt*. 26, 64. Er. ni personne, semble-t-il, n'explique s'il faut voir ici un trope ou non.

584–585 *Gal*. 1, 10.

585–586 1. *Cor*. 10, 33.

587 *spiritu Christi vacuos* Complément d'objet ayant *homines* pour attribut: il appelle "hommes" ceux qui sont vides de l'esprit du Christ; cette dernière formule n'est pas une citation.

587–588 *obsequi ... offenderet* Complément d'objet de *dixit*, ayant pour attribut *placere*: il appelle "plaire" le fait de se montrer complaisant et docile pour ne pas mécontenter.

589 *sermonibus* Expression, groupe de mots: Quint. *Inst.* VII, 9, 9 associé à "verbum" (VIII, 3, 50; VIII, 6, 1).

590 *iuxta* "En ce qui concerne", sens peu courant.

591 *irasci* *Ex.* 4, 14; *Nu.* 11, 1, etc. Cf. *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 180, l. 15.
furere *Ex.* 22, 24; 32, 10 et 11; *Dt.* 7, 4, etc.
poenitere *Gn.* 6, 6 et 7; cf. *Rat. ver. theol.* loc. cit. avec ce commentaire: "... cum id habeat certum Christiana fides deum ab affectibus huiusmodi prorsus immunem esse".

592 *odisse* *Is.* 1, 14; *Am.* 5, 21; 6, 8; etc.
obliuisci *Is.* 49, 14.
reminisci *Ps.* 24, 6.
respicere *Gn.* 4, 4.
auertere faciem *Ps.* 12, 1; 29, 8; 87, 15; etc.
extendere brachium *Dt.* 5, 15; *Ir.* 27, 5; 32, 17 et 21.

593 *sedere* *Ps.* 46, 9; 98, 1; etc.
surgere *Num.* 10, 35; *Ps.* 81, 8; 131, 8; etc.
inclinare aurem *Ps.* 16, 6; 30, 3; 87, 3; etc.

594 *simpliciter* Dans leur sens propre, obvie, sans interprétation.

595 *Gregorius Nazianzenus* *Or.* 31, *PG* 36, 157.

596 *Augustinus ... secundo* Aug. *De diuersis quaestionibus ad Simplicianum* II, *quaest.* 2, 1 sq., *PL* 40, 138 sq.
alias Aug. *Doctr. chr.* III, 29, 40 sq., *PL* 34, 80–81: "Troporum cognitio necessaria".

598–600 *Augustinus ... necessaria* *Doctr. chr.* III, 29, 41: "Quorum cognitio propterea Scripturarum ambiguitatibus dissoluendis est necessaria" (il s'agit des "tropi"); III, 37, 56: "admonendi sunt ... vt in Scripturis sanctis genera locutionum sciant, et quomodo apud eas aliquid dici soleat, vigilanter aduertant memoriterque retineant; verum etiam, quod est praecipuum et maxime necessarium, orent vt intelligant". Er. pratique un amalgame légèrement tendancieux. Voir aussi *Annot. in Mc.* 8, 31, *LB* VI, 184 D, n. 23.

601–602 *hyperbatis* Quint. *Inst.* VIII, 6, 62: "Hyperbaton quoque, id est verbi transgressionem, quoniam frequenter ratio compositionis et decor poscit, non immerito inter virtutes habemus". C'est donc un changement dans l'ordre normal (au point de vue grammatical) des mots pour des raisons esthétiques (euphonie, convenance).

601 *in Annotationibus interdum* Voir par ex. *LB* VI, 153 C sur *Mc.* 1, 4, n. 5; 460 F sur *Act.* 7, 6, n. 7 (inutile de supposer ici un hyperbate); 475 F sur *Act.* 10, 56, n. 31; 561 D sur *Rom.* 1, 13, n. 29; 993 E sur *Hebr.* 3, 15, n. 18. Voir *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 267, l. 32.

602 *quidam ... theologus* On n'a pu l'identifier. Er. fait allusion à lui dans la *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 268, ll. 1–4: "Hos [= Orig. Chrys. Hier. Aug.], opinor, non legerat insignis Scotista quidam, qui nuper in publica contione salsissime, vt ipsi visum est, derisit mei similes, qui laborarent in commonstrando sermonis ordine: 'Iam olim, inquiens, ex Alexandro Grammatico didici construere'" (addition de 1520). Voir aussi *Capita argumentorum contra morosos quosdam ac indoctos*, *LB* VI, *** 2 (bas de la page): "Quoniam alicubi commonstramus ordinem et anfractus hyperbatorum explicamus, vociferantur 'grammatistam'. Quidam etiam in frequentissima concione dixit 'Docet construere: hoc didici ante annos quadraginta', etc.". Sur Alexandre de Villedieu dit A. le Grammarien: *Gramm. rhét.*, p. 204 sq.

607 *hypostigme* Quint. *Inst.* XI, 3, 35 sq.: "Obseruandum etiam quo loco sustinendus et quasi suspendendus sermo sit, quod Graeci ὑποδιαστολήν vel ὑποστιγμήν vocant, quo deponendus". C'est donc une légère suspension de la voix, indiquée par une virgule dans notre ponctuation. Voir J. Chomarat, *Notes sur la ponctuation d'Erasme*, dans: *Vita latina*, 54, juin 1974. Le mot se lit en *LB* VI, 135 E (n. 29), 175 F (n. 19), 214 E F (n. 7).

608 *quo casu ... vox* "A quel cas doit être pris un mot"; par ex. *Annot. in Ioh.* 1, 14 (*LB* VI, 341 B, n. 20): "*Plenum* hîc nominandi casus est, non accusandi"; ou *Ioh.* 8, 25 (*LB* VI, 375 B, n. 9): "*Principium* non est hîc nominatiui casus ... nec accusatiui ..., sed aduerbium".
pronunciandus Est aussitôt expliqué: comme une affirmation (*enunciando*) ou une interrogation (*percontando*); par ex. *Mc.* 4, 40, *LB* VI, 167 F, n. 33: "Est enim non interrogantis, sed obiurgantis".

LB 1019 an per|contando, quibus de rebus Augustinus accurate disserit De doctrina christiana libro tertio. Alter in conuiuio quum responderem id quod citabat per hyperbolen dictum esse, subsannans: '*Ia*, inquit, *quid est hyperbole?*'. Ea vox satis declarabat quam studiose versaretur in euoluendis magnis illis Ecclesiae doctoribus, quum sibi tamen videretur omnibus numeris absolutus theologus.

Constat igitur Scripturam Canonicam typis, schematibus ac tropis opertam esse. Nullus tamen tropus, nec vllum schema plus exhibet ecclesiastis negotii quam allegoria, de qua nunc dicendum erat accuratius diceturque, si prius admonuerimus, illud in primis spectandum ecclesiastae, ne qua occasione deflectat a germano Scripturae sensu, quam et aliis tropis praeter eos quos recensuimus variam esse constat. De quibus illud in vniuersum praecipi potest non esse accersendum tropum, si rectus sermo pium ac sanum habet sensum ac reliquis Scripturae locis congruentem, nisi tropus adhibitus subseruiat simplici sententiae. Verbi gratia, quum audimus Deum dicentem: '*Poenitet me fecisse hominem*' aut quum legimus Dei *brachium*, *vultum*, *aures* et *pedes*, quoniam rectus sensus palam absurdus est, necessario tropus arcessitur, quod Scriptura manifeste pronunciet Deum esse spiritum, nec in hunc vllum cadere affectum humanum, quum sit immutabilis essentia. '*Ego sum*, inquit, *qui sum*'. Quanquam absurdus ille sensus non est Scripturae, si proprie velimus loqui, sed verborum iuxta simplicem intelligentiam. At quum Dominus porrigens panem Apostolis dicit: '*Accipite, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur*', si per tropum *est* interpreteris *significat*, aut *corpus* interpreteris *signum corporis*, non sunt defuturi qui tuae reclament interpretationi. At si hunc in modum interpreteris: 'Hoc symbolum quod vobis exhibeo significat indissolubilem vnitatem meam, qui sum caput, et corporis mei mystici, quod est Ecclesia', quoniam tropus subseruit recto sensui, non est reiiciendus.

Iam sunt quaedam voces aut loquutiones Scripturae peculiares, vt *aedificare* pro 'iuuare', *destruere* pro 'laedere', *placere* pro 'captare laudem', et sunt quaedam multifariam vsurpatae, vt *lex*, *caro*, *spiritus*, *mundus*, sunt et idiomata quaedam linguarum, quae nisi agnoscantur, verba nuda sensum reddunt absurdum. Interim et in rectis sermonibus vel ambiguitas vel obscuritas aut

624 arcessitur *A–C*: accersitur *D BAS LB.*

611 *per hyperbolen dictum* Voir pp. 112–118, ll. 182–301.
subsannans Le mot est chez Hier. *Epist.* 40, 2. Le latin classique ne connaît que le nom "sanna". Le préfixe *sub-* semble signifier: "par en dessous" (et non ouvertement).
Ia Semble une exclamation, non pas latine, mais vernaculaire, exprimant un ébahissement feint.

613 *omnibus numeris* "Dans tous ses composants", analogue à "omnibus partibus"; cf. Cic. *Nat.* II, 37: "expletum omnibus suis numeris et partibus".

614 *typis* Le mot ne s'est pas rencontré jusqu'ici; de fait il n'appartient pas au vocabulaire de la rhétorique païenne; ni Cic. ni Quint. ni même Aug. dans *Doctr. chr.* ne l'emploient. C'est une forme particulière d'allégorie; voir ci-dessous, p. 240, l. 920 sq.
schematibus ac tropis Voir ci-dessus, p. 176, n.l. 495.

616 *dicendum erat* "Il aurait fallu parler". Déjà ci-dessus, p. 160, l. 141 sq.; p. 174, l. 469. Plus loin, p. 207, l. 150 sq.

618–619 *aliis tropis ... variam* L'adjectif a son sens propre: "tacheté, bigarré".

618 *praeter eos* Cf. p. 176, l. 495.

620 *accersendum* Cf. l. 624 *arcessitur* c'est le même verbe: "faire venir, avoir recours à". *rectus sermo* "Une expression sans trope".

622 *simplici sententiae* Equivaut à *rectus sermo*: "Le sens premier, immédiat, direct", sans faire intervenir de trope.
Verbi gratia En réalité il y a une rupture dans le développement. En effet les lignes qui précèdent invitent à ne pas avoir recours à un trope si le sens premier est pieux. Les exemples qui vont suivre illustrent la situation opposée où le recours à un trope est indispensable.

622–623 *Gn.* 6, 7; cf. p. 180, l. 591.

623 *brachium ... pedes* *Ir.* 21, 5; 27, 5; 32, 17 (brachium); *Ps.* 43, 4; *Hebr.* 9, 24 (vultus); *Dan.* 9, 8 (aurem); *Ps.* 131, 7 (pedes).

625 *Deum esse spiritum* *Ioh.* 4, 24: "spiritus est Deus, et eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare".

626 *immutabilis essentia* Cf. Thomas d'Aquin *STh* I, q. 3, art. 3: "Deus est idem quod sua essentia vel natura"; ibid. q. 9, art. 1: "Deum esse omnino immutabilem".
Ego sum qui sum *Ex.* 3, 14 (Dieu à Moïse); sentence citée par Aug. *Doctr. chr.* I, 32, 35; on sait le parti qu'Etienne Gilson a tiré de cette formule.

627–628 *Scripturae ... verborum* Dualisme de l'esprit et de la matière partout présent, et qu'on va retrouver à propos de certains mots, pp. 186–200.

629 *Accipite ... traditur* Ce n'est pas une citation littérale; "accipite, comedite, hoc est corpus meum" (*Mt.* 26, 26); "sumite, comedite, hoc est corpus meum" (*Mc.* 14, 22); "hoc est corpus meum quod pro vobis datur" (*Lc.* 22, 19); "accipite, edite, hoc meum est corpus quod pro vobis frangitur" (1. *Cor.* 11, 24).

630 *interpreteris* C'est la négation aussi de la Présence réelle dans l'Eucharistie qui répète la consécration. Cette négation était celle d'Oecolampade, de Zwingli.

631 *reclament* Non seulement les théologiens catholiques, mais aussi les luthériens. L'attitude d'Er. lui-même peut se résumer ainsi: 1° la thèse de la transsubstantiation lui paraît obscure, difficile; il est tenté par l'interprétation qu'il présente ici, sans la faire sienne; 2° la publication de l'ouvrage d'Oecolampade en 1525 l'amène à taire ses objections contre la thèse traditionnelle: il est impossible que Dieu ait pu laisser pendant si longtemps son Eglise dans ce qui serait une erreur; 3° pratiquement le sacrement de l'Eucharistie ne sert à rien pour la piété, il est l'indice d'une piété encore infantile: "Quam multos videmus adhuc infantes in Christo, quibus ceremoniarum lacte sit opus, quum annum iam excesserint quinquagesimum" (*ASD* V, 4, p. 376, ll. 218–219); l'attitude personnelle d'Er. pendant le dernier mois de sa vie montre qu'il était lui-même sevré.

632 *Hoc symbolum* Le pain; mais pour les tenants de la présence réelle il n'est pas un symbole, mais le corps même du Christ.

633 *qui sum* L'antécédent est "ego", qui se tire de *meam*.

634 *non est reiiciendus* C'est bien ainsi que la *Paraphr. in Ioh.* 6, 52 interprète la consécration: "Hoc sermone Dominus Iesus per aenigmata quaedam subaperuit illis mysteria ... mystici corporis, cui nisi per fidem insitus fuerit et inhaeserit, sicut palmes inhaeret viti, non habebit in se vitam"; voir aussi la *Paraphr. in Ioh.* 6, 57; et celle de 6, 35 présente tout le sacrement comme un trope: "Iesus ... explicat se non loqui de pane qui dentibus manditur, et ... corporis famem ad tempus sedat; sed de pane coelesti qui est sermo diuinus".

635 *aedificare* Fréquent chez Paul: 1. *Cor.* 8, 1: "scientia inflat, charitas vero aedificat" que la *Paraphr.* d'Er. explique ainsi: "caritas vbique prodesse studet" (*LB* VII, 885 B); même traduction pour 1. *Cor.* 14, 4 (*LB* VII, 902 C); en 1. *Thess.* 5, 11 "aedificate alterutrum" est paraphrasé: "alius alium excitate ad profectum" (*LB* VII, 1025 B).

636 *destruere* 2. *Cor.* 10, 8: "in aedificationem et non in destructionem" est paraphrasé: "vt prosim vobis, non vt noceam" (*LB* VII, 933 D); en 2. *Cor.* 13, 10 la même formule est paraphrasée: "in bonum vestrum, non in malum" (*LB* VII, 942 A).
placere *Gal.* 1, 10: "Si adhuc hominibus placerem ..."; *Paraphr.*, *LB* VII, 946 B: "Quod si posthac etiam eandem laudem captarem ab hominibus".

637 *lex ... mundus* Pour *caro* voir p. 195, l. 886 sq.; pour *mundus* p. 186, l. 696 sq.
idiomata "Idiotismes" c'est-à-dire manière de dire propre à une langue et qui ne peut être traduite littéralement dans une autre sans y paraître absurde ou prêter à contresens. Voir *Gramm. rhét.*, pp. 805–806.

639 *et* Adverbe: "même".
rectis sermonibus Voir l. 620.
ambiguitas Cf. Aug. *Doctr. chr.* II, 12, 17–18.

contrarietas torquet lectorem. In his omnibus illud oportet perpetuum esse concionatoris et votum et studium, vt germanum sensum assequatur, siue ex veterum interpretatione, siue ex vigilanti sagacique locorum collatione, siue ex consideratione temporum ac personarum, siue ex praecedentium et consequentium tenore, siue ex ipsis Scripturae fontibus aut varia interpretatione, siue ex diutina meditatione, siue ex pura deprecatione cum fide coniuncta. Procul autem absit ab illorum affectu, qui se faciunt Scripturae dominos, obtorto collo detorquentes eam ad sensum, quem ipsi secum adferunt, idque vel gloriae causa, cuius poenitet istos, si nihil nisi ab aliis dictum adferant, vel vincendi studio, vel socordia quadam, dum ita tractant Diuinas Literas, quasi tractent cuiuslibet hominis scripta. Beatus Paulus locis compluribus se profitetur oeconomum ac dispensatorem mysteriorum Dei, in dispensatoribus autem quoniam tractant rem non suam, sed Domini, praecipue requiri fidem. Et alibi dicit, se ideo per Dei misericordiam a Iudaismo segregatum ad Euangelii praedicationem, vt esset fidelis. Timotheum vero filium suum in Christo charissimum ad imitationem sui prouocans hortatur, vt in doctrina euangelica se Deo, cuius negotium agebat, praebeat operarium probatum et ἀνεπαίσχυντον, hoc est, qui nec erubescat apud omnes profiteri Christi philosophiam, licet mundo stultitia aut insania videatur et adeo recte tractet veritatem, vt ipse suo vitio nullam inuidiam aut ignominiam conciliet Euangelio. |

LB 1020 Id autem bifariam solet committi, si vel ecclesiastes inquinatis moribus fidem abroget sanae doctrinae, vel Scripturam in alienos sensus detorqueat et ad humanos affectus accommodet. Vtrunque graue crimen, sed posterius hoc perniciosius. Paulus siquidem non admodum indignatur illis qui vel ad quaestum suum, vel ad conflandam Paulo inuidiam praedicabant Euangelium, dummodo alioqui syncere Christum annunciarent. Multos alienat doctoris vita palam improba, at qui sunt aequiores, dum reputant Christum dixisse: '*In cathedra Mosi sedent scribae et Pharisaei, quae dicunt facite, quae faciunt nolite facere*', primum si scelera docentis euidentiora sunt quam vt excusari valeant, tamen eleuant aut ita secum cogitant: 'Homo est; si nunc malus est, cras fortasse bonus erit; ego Christi doctrinam amplector, per quodcunque os eam mihi promit Dominus'. Coelestis illa veritas nullius moribus potest inquinari. At qui Scripturam ad humanos sensus detorquent, funditus tollunt omnem illius autoritatem, dum e diuina faciunt humanam. Fit autem vt, deprehenso fuco, etiam tum quum recte syncereque docent, fide careant. Id si studio fiat, detestabilis est impietas et aduersus Christi spiritum execranda blasphemia, quae nec in hoc seculo remittitur nec in futuro. Huc fere deferuntur haeretici,

642 *veterum interpretatione* La Vulgate, mais aussi tous les Pères qui ont traduit ou commenté tel ou tel passage.
locorum collatione Cf. Aug. *Doctr. chr.* III, 28, 39.

643 *consideratione ... personarum* Cf. "Excutiamus quando, quibus, qua occasione dictum sit, et fortassis veram germanamque sententiam deprehendemus" (*Annot. in* 1. *Cor.* 7, 39, *LB* VI, 695 F). Voir *Gramm. rhét.*,

pp. 582–584.
643–644 *praecedentium* ... *tenore* Voir *Gramm. rhét.*, pp. 688–689.
644 *ipsis Scripturae fontibus* L'Ancien Testament pour le Nouveau.
645 *pura* ... *coniuncta* Cf. Aug. *Doctr. chr.* III, 37, 56: "orent vt intelligant" (ci-dessus, p. 180, ll. 598–600).
646 *Scripturae dominos* Au lieu d'en être les serviteurs; Er. a présent à l'esprit le texte de 1. *Cor.* 4, 1 qu'il va évoquer plus précisément l. 651: "sic nos existimet homo vt ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei"; être "maître de l'Ecriture" c'est prétendre en détenir le sens de façon définitive à soi seul; Er. s'en garde bien: "... nec his credant, sed rem secum expendant, et si quid habent rectius, in medium conferant, non mordeant admonitorem. A nobis enim nulli praeclusa est via meliora quaerendi, imo potius aperta est" (*Capita argumentorum contra morosos quosdam ac indoctos*, *LB* VI, *** bas de la page); "Quod si quis quid adiiciet nostris, gratulabor etiam vtilitati publicae. Imo si a nobis alicubi dissentiet, modo id agat argumentis, non conuitiis, vt erudito dignum est, nequaquam offendar" (ibid. *** 3). Voir aussi la critique de Luther, *Hyperasp.* I, *LB* X, 1264 A: "Quod si nobis hanc legem praescribas, vt quicquid tu fueris interpretatus, id credamus sentire Scripturam, etc.".
647 *obtorto collo* *Adag.* 3850 (*LB* II, 1155 E–F): "Qui vi compellitur, 'obtorto collo' trahi dicitur" (deux ex. de Cic., cinq de Plaut.); à l'intérieur de l'*Adag.* 1019 (Naribus trahere), *LB* II, 414 C: "Obtorto collo trahi dicuntur qui volentes nolentes ad aliquid adiguntur".
649 *socordia* Non pas "manque de courage", mais "manque d'intelligence".
650 *locis compluribus* Outre celui qui est cité ci-dessus, voir 2. *Cor.* 6, 4; *Tit.* 1, 7.
652 *requiri fidem* Ce mot est équivoque; chez l'intendant il signifie "loyauté, bonne foi" ou "fidélité". Er. reprend ici sommairement un thème qu'il a développé au livre I, *ASD* V, 4, pp. 60–62.
652–653 *alibi dicit* *Rom.* 1, 1: "... segregatus in Euangelium Dei" avec la *Paraphr.*, *LB* VII, 779 A–B; "felicius segregatus quam eram, cum Pharisaicae factionis propugnator ... errarem, sed nunc demum vere Pharisaei dignus cognomine, quippe semotus selectusque ab ipso Christo, ad obeundum negotium longe praeclarius, nempe ad praedicandum Euangelium Dei" (le mot "Pharisien" a en hébreu le même sens que "segregatus" en latin: séparé).
654 *vt esset fidelis* Cf. 1. *Cor.* 7, 25. Cf. l. 652 *fidem*.
654–655 *filium* ... *charissimum* 1. *Tim.* 1, 2: "Timotheo dilecto filio in fide".
655 *ad imitationem sui prouocans* Par ex. 2. *Tim.* 1, 8–9.
656 *operarium probatum* 2. *Tim.* 2, 15, trad. Er.; la Vulg.: "probabilem".
656–657 ἀνεπαίσχυντον Ibid.
658 *stultitia aut insania* 1. *Cor.* 1, 23–25; on sait quel parti Er. a tiré de là dans la *Moria*.
663–665 *non admodum* ... *annunciarent* *Phil.* 1, 17–18.
664 *Paulo* Après *Paulus* (l. 663) peut sembler gauche, mais "sibi" aurait été ambigu: *illis* ou *Paulo*?
665 *alienat* "Eloigne de", "rend hostile à" l'enseignement du prédicateur (*doctoris*). Cf. livre I, *ASD* V, 4, pp. 54–58, ll. 389–497.
666–667 *Mt.* 23, 2 (Er.)–3 (Vulg. modifiée).
668 *docentis* Participe substantivé, équivalent de "doctoris".
669 *eleuant* "Ils les amoindrissent, les atténuent" (les *scelera*).
Homo est Cf. *Rom.* 3, 4: "Omnis homo mendax"; mais ici le mensonge n'est pas dans les paroles du prédicateur, il est dans sa vie.
670–671 *per quodcunque os* ... *Dominus* Littéralement "par quelque bouche que le Seigneur me la révèle" ou "quelle que soit la bouche par laquelle ...". Er. applique à la prédication la théorie qui, concernant les sacrements, les dit efficaces "ex opere operato" et non "ex opere operantis"; d'une certaine façon il fait de la prédication un sacrement.
673 *e diuina faciunt humanam* Sc. l'Ecriture.
deprehenso fuco "Une fois que leur imposture a été découverte".
674 *fide careant* Au sens objectif: "on ne les croit plus".
Id = "Ad humanos sensus Scripturam detorquere".
675–676 *aduersus Christi* ... *nec in futuro* C'est le "péché contre l'esprit" de *Mt.* 12, 31–32: "... qui autem dixerit aduersus Spiritum Sanctum non remittetur ei neque in praesenti seculo neque in futuro"; ici Er. substitue à "Spiritum Sanctum" *Christi spiritum* (*Gramm. rhét.*, p. 610). On notera que dans sa *Paraphr.*, *LB* VII, 74 A, Er. avait atténué la dureté de cette condamnation: "vix nanciscetur veniam" (mais la *Paraphr. in Lc.* 12, 10 n'atténue rien).

dum, increscente peruicacia, tandem traduntur in reprobum sensum et obstinata malicia nullum refugiunt facinus, modo regnum infelix quod occuparunt retineant. At idem si fiat per inscitiam aut incuriam humanam aut pio denique studio, probandus est animus integer, corrigendus error, excitanda negligentia, condonandum quod iuuandi proximi affectu commissum est. In prima culpa nemo non haeret aliquando. Nullus enim post Apostolos tam eruditus atque in Scripturis exercitatus fuit, vt nihil omnino resideat quod discat. Item nemo tam vigilans est, vt per humanam imbecillitatem non dormitet alicubi. In tertio sanctissimi etiam Ecclesiae doctores sibi nonnunquam indulserunt, praesertim ii qui sese ad Origenis exemplum composuerunt. Quorum de numero sunt Ambrosius ac Hieronymus. Caeteri Graeci parcius ac verecundius vsi sunt hac licentia. Sed de his post incidet dicendi locus.

Nunc operae precium arbitror aliquot indicare voces, in quibus recentiores nonnihil sibi permiserunt, siue id ignorantiae, siue incogitantiae, siue pio studio quis velit adscribere, aut alio quocunque colore vel tueri vel extenuare. Frequenter in diuinis voluminibus obuiae sunt hae voces: *mundus*, *religio*, *religiosus*, *sanctus*, *frater*, *obedientia*, *apostasia*, *perfectio*, *eleemosyna*, *paupertas* aliaeque consimiles, quas videmus multis iam seculis deflecti, non dicam in sensum impium, sed tamen nonnihil abhorrentem a germano sensu Spiritus.

Quid sit *mundus* natiuo significatu norunt omnes. Caeterum quum Scriptura dicit: '*Et mundus eum non cognouit*'. '*Ego vos elegi de mundo*'. '*Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret*'. '*Si mundus vos odit, scitote quod me vobis priorem odio habuit*'. '*Totus mundus in malitia positus est*' item Paulus dum impios daemones appellat *rectores huius mundi*, ad hunc, inquam, modum quoties loquitur Scriptura, non damnat mundum a Deo conditum, nec homines in hoc mundo vitam agentes, sed peruersum amorem rerum huius vitae mortalis, quem comitatur diffidentia erga Deum, neglectus aeternae vitae et omnium virtutum, quae nos eo conducunt. Hic autem mundus non potest ostendi digitis, quoniam in animis et in intimis affectibus situs est, potius quam in coelibatu, amictu victuue corporali.

Complures igitur abutuntur hac voce, qui, quoniam Francisci aut Benedicti institutum professi sunt, aiunt se renunciasse mundo, seque mundo mortuos praedicant, caeteros non absque contumelia mundanos et seculares appellant, quum haec sit professio Christianorum omnium communis qui in baptismo
LB 1021 renunciant mundo et huius domino Satanae et omnibus pom|pis ac voluptatibus eius. Qui diligunt ea quae sunt huius mundi mundani sunt, quocunque censeantur titulo, quacunque veste tegantur, quocunque cibo aut potu placent naturae egestatem. Qui mortificauerunt *membra quae sunt super terram* et,

705 in intimis *A*: intimis *B–D BAS LB*.

677 *reprobum sensum* Voir p. 172, l. 426.
678 *regnum infelix* Il s'agit donc d'hérésiarques, en tout cas d'hérétiques détenant en tant que tels un pouvoir; celui-ci est *infelix* car il a comme paiement la damnation.
680–681 *excitanda negligentia* "Il faut réveiller

leur négligence".

681–682 *prima culpa* L'*error* due à l'*inscitia*.

683 *nihil* ... *resideat quod discat* "Il ne subsiste absolument rien qu'il ait à apprendre".

683–684 *Item* ... *alicubi* Renvoie à *negligentia* et par delà à *incuriam*.

684 *dormitet* Cf. *excitanda* et voir Hor. *Ars* 359: "quandoque bonus dormitat Homerus".

685 *tertio* Correspond à *iuuandi proximi affectu* (l. 681) et à *pio studio* (ll. 679–680).

686 *sese* ... *composuerunt* "Se sont réglés". Er. en nommant Origène indique que ce défaut né de l'excès de zèle pieux est l'allégorisme, la recherche forcée, artificielle, de sens cachés. Voir ci-dessous, p. 207, ll. 151–155.

688 *dicendi locus* Cf. p. 208 sq., l. 158 sq.

689 *recentiores* Les scolastiques.

690–691 *ignorantiae, incogitantiae, pio studio* Correspondent aux trois causes indiquées l. 681 sq.

692 *hae voces* La liste des mots ici indiqués n'est pas identique à celle des mots qui vont ensuite être analysés, c'est-à-dire: *mundus* (p. 186, l. 696), *sanctus* (p. 190, l. 763), *frater* (p. 190, l. 774), *religio* (p. 190, l. 790), *obedientia* (p. 192, l. 824), *perfectio* (p. 194, l. 874), *caro* et *concupiscentia* (p. 195, ll. 886 et 894), *apostata* (p. 196, l. 896), *Deo dicati* (p. 198, l. 942). Er. n'a pas commenté *eleemosyna* ni *paupertas*; en revanche il a traité des *Deo dicati*; on peut donc penser que ces derniers ont le rôle d'abord dévolu à l'"aumône" et à la "pauvreté".

696 *norunt omnes* C'est-à-dire: l'ensemble des astres et de la terre formant un tout organisé.

697 *Et mundus* ... *cognouit* *Ioh.* 1, 10.
Ego ... *de mundo* *Ioh.* 15, 19, avec "elegi vos" (Vulg. Er.).

697–698 *Si de mundo* ... *diligeret* *Ioh.* 15, 19ᵃ, avec "fuissetis".

698–699 *Si mundus* ... *odio habuit* *Ioh.* 15, 18.

699 *Totus* ... *positus est* 1. *Ioh.* 5, 19 avec "in maligno" (Vulg.); "in malo" (Er.) pour ἐν τῷ πονηρῷ.

700 *Eph.* 6, 12.

702 *peruersum* Il y a un amour juste; celui-ci devient "pervers" lorsqu'il préfère ce qui vaut le moins à ce qui vaut le plus, ainsi que l'expliquent les lignes suivantes.

703 *diffidentia* Manque de confiance (fides) en les promesses divines de vie eternelle; *Eph.* 2, 2: "[peccatis] in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae".

704 *Hic* ...*mundus* Celui qui vient d'être défini par: *amorem rerum huius vitae mortalis*, etc.

706 *coelibatu* ... *corporali* Ces trois caractères définissent de façon allusive l'état monastique, c'est-à-dire la vie hors du "monde", au sens qu'on vient de voir. Il y a donc une maladresse dans l'énoncé puisqu'on compare (potius quam) l'attachement au monde au sens figuré et le détachement du monde au sens matériel. Quoi qu'il en soit, on a ici une paraphrase du "monachatus non est pietas".

707–708 *Francisci* ... *institutum* Règle de saint Benoît (6e s.) et Règle de saint François (13e s.).

709 *mundanos* Synonyme de "profanes", par opposition à "sacré".
seculares Le clergé "seculier" par opposition à régulier".

710–712 *in baptismo* ... *voluptatibus eius* Dans la troisième partie du baptême le nouveau chrétien renonce "à Satan, à toutes ses œuvres et à toutes ses pompes"; il n'est pas question du "monde"; l'identification de Satan et du Maître de ce monde *Ioh.* 12, 31; 14, 30; 16, 11; *Paraphr. in Ioh.* 12, 31; 14, 30; 16, 11; *Paraphr. in Ioh.* 12, 31: "Satanae, qui princeps, vel tyrannus potius est huius mundi"; 14, 30: "huius mundi princeps ille Satanas"; 16, 11: "principem huius mundi qui hactenus per peccatum exercuit tyrannidem".

713 *titulo* Moines ou non.
veste Cf. l. 706 *amictu*.
cibo aut potu Cf. l. 706 *victu corporali*.
placent Subjonctif de "placare"; *egestatem* "L'état de besoin".

714 *mortificauerunt membra* ... *terram* "Mortificate ergo membra vestra quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam et auaritiam quae est simulacrorum seruitus" (*Col.* 3, 5). La *Paraphr.* (*LB* VII, 1012 C–D): "Interim curandum vt totum corpus sublimi coelestique capiti respondeat, cuius membra nisi penitus hîc moriantur terrenis cupiditatibus, non poterunt in coelis viuere cum Christo. Habet et Diabolus suum corpus quod alibi dixi corpus peccati. Huius membra sunt scortatio ..., immunditia, mollicies, reliquaque genera libidinis ..., rerum noxiarum cupiditates, vt gloriae, vt principatus, vt vindictae, cum primis autem pecuniae, quod malum proxime accedit ad omnium sceleratissimam impietatem, cultum simulacrorum".

cum Christo spiritualiter resuscitati, quae sursum sunt quaerunt, quae sursum sunt sapiunt, hi vere mundo sunt mortui, quemadmodum gloriatur Apostolus: '*Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo*'. Sed quae sunt ista *membra terrena*, quae sanctus Paulus iubet *mortificari*? Sunt affectus et actus omnes, qui repugnant spiritui Christi, quorum aliquot nominatim exprimit Apostolus, scortatio, immundicia, libido, concupiscentia mala, auaritia, ira, indignatio, malicia, maledicentia, sermo obscoenus, mendacium. Nam ambitio sub auaritiae nomine potest intelligi. Hos et horum similes affectus (neque enim omnes recensuit Apostolus) qui spiritu Christi domuit, peremit, extinxit ac pro his in se viuentes habet misericordiam, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, ignoscentiam, charitatem, is demum cum Paulo gloriari vel, quod tutius est, Deo gratias agere potest, quod mundus ipsi crucifixus sit et ipse mundo. Quod si professio praestat vt dicamur mundo mortui, haec profecto est omnium Christianorum communis; sin malarum cupiditatum consopita rebellio praestat istud, excutiant seipsos monachi an ab his affectibus puros gerant animos, nec iactent se apud homines, ne gloriando perdant thesaurum suum, sed apud se Deo gratias agant, vt proficiant. Neque enim omnium est Pauli more de se praedicare: *Cursum consummaui, fidem seruaui*, etc. Saltem ne caeteris Christianis faciant contumeliam, quum nullum sit vitae genus, in quo non debeat ac possit homo esse mundo mortuus. Nam qui mundum hunc diligunt, quocunque se titulo venditent, frustra tincti sunt lauacro regenerationis. Verum ista quidam non negant, sed aiunt hunc titulum praecipue quadrare in monachos, qui ob hoc ipsum quaedam aliis concessa abiurarunt, quo facilius possint carnis affectus extinguere, subtracta illis materia, qua solent vel ali vel reuiuiscere. Praestent igitur hanc eminentiam, non iactitent, ac tales sese praebeant in omnibus, vt homines intelligant eos esse vere mundo mortuos, atque illorum exemplis ad perfectionis studium accendantur, ipsi vero de se modeste tum sentiant, tum loquantur. Quod si spectamus non quid praestetur, sed quid praestari oporteat, in nullos magis competit hic titulus quam in episcopos, cardinales ac summos pontifices, qui proximas Christo vices occupant, quo mortalium nemo fuit magis huic mundo mortuus.

Ex huius autem dictionis abusu sequitur et aliud incommodum. Quodnam, inquis, illud? Dum laici atque etiam sacerdotes a monachismo liberi audiunt solos monachos ac monachas appellari mundo mortuos, putant ad se non pertinere quae de mortificandis affectibus tradunt Scripturae sibique concessum existimant amare quae sunt huius mundi. Atqui ad excitandum omnium pietatem magis conduxerit, si, quae de morte spirituali docent Arcanae Literae, sic tractent, quasi non ad monachos tantum, nec ad sacerdotes aut episcopos, sed ad principes quoque, ad milites, ad coniugatos, breuiter ad omnes pertineant, qui in baptismo mundi et Satanae contemptum professi sunt. Nunc non vulgi more tantum, sed pontificum etiam decretis adeo mors haec

717 crucifixus est *O*: est crucifixus *BAS LB*.
727 professio *D*: profecto *cett.*
729 istud *O*: illud *BAS LB*.
753 ad principes *O*: principes *BAS LB*.

717 *Gal.* 6, 14.
718 *Paulus iubet* Voir l. 714.
720–721 *ira ... mendacium* *Col.* 3, 8: "iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro" (Vulg.); dans sa traduction Er. écrit (*LB* VI, 894 B): "iram, indignationem, malitiam, maledicentiam, turpiloquentiam ab ore vestro"; dans sa *Paraphr.* (*LB* VII, 1012 E) "indignatio" est remplacé par "tumor" (θυμόν). Le *mendacium* vient du verset suivant (*Col.* 3, 9).
721–722 *ambitio ... nomine* Cela est douteux, mais caractéristique d'Er., peu sensible à l'attrait du pouvoir pour lui-même, à la différence de More; voir *Erasme, More et les historiens anciens.* Dans: J. Chomarat, *Présences du latin*, Genève, 1991, p. 125.
722–723 *Hos ... affectus qui ... domuit* Exemple d'hyperbate: le complément d'objet à l'accusatif précède le relatif sujet; *spiritu Christi*: ablatif instrumental.
723 *domuit ... extinxit* Progression.
724–725 *misericordiam ... charitatem* Une esquisse de cette énumération est dans *Col.* 3, 12: "viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam" et 14: "super omnia autem haec caritatem" (Vulg.); dans sa traduction Er. s'écarte sur plusieurs de ces noms de la Vulgate, mais ici il la suit de près.
725 *cum Paulo gloriari* *Gal.* 6, 14: "mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi"; cf. *Rom.* 5, 2 et 3; 5, 11; 2. *Cor.* 11, 30; 12, 5 et 9.
727 *Quod ... praestat* Sens restrictif: "si la profession de foi (ll. 710–711) par elle-même suffit à donner le titre de, etc.".
728–729 *consopita rebellio* Cf. *Enchir.*, Holborn, pp. 42–44, en particulier p. 43, l. 35 et p. 44, l. 3.
729 *excutiant* Est construit avec deux compléments: 1° *seipsos* 2° la proposition interrogative indirecte *an ... gerant* ...: "qu'ils s'examinent pour savoir s'ils portent ...".
730–731 *thesaurum suum* Image fréquente chez *Mt.* en particulier, par ex. 6, 19 et 20. Il semble qu'Er. se souvienne ici de la parabole du Pharisien et du publicain (*Lc.* 18, 9–14).
732 2. *Tim.* 4, 7.
733 *contumeliam* Voir ci-dessus, l. 709.
733–734 *nullum ... mundo mortuus* Cf. *Enchir.*, Holborn, p. 135, l. 8: "Monachatus non est pietas".
735 *titulo* Cf. ci-dessus, l. 713.
735–736 *lauacro regenerationis* Le baptême *Tit.* 3, 5.
739 *eminentiam* "Excellence, degré supérieur"; le mot vient de Gell. V, 11, 9. Ce passage de Gell. a été utilisé au livre II, *ASD* V, 4, p. 440, n.l. 777.
non N'est pas un emploi incorrect (au lieu de *ne*) car on n'a pas ici une défense, la négation porte en quelque sorte sur le choix du mot: "ce qu'ils doivent faire, c'est atteindre cette excellence, non pas s'en vanter".
740 *in omnibus* Neutre, peu correct.
742 *tum ... tum* L. Valla, *Elegantiae linguae latinae*, II, 22 (fin): "[*Tum*] saepe sine *cum* ponitur geminatum, triplicatum et in quamuis longum multiplicatum, sed, quantum ego sentio, in rebus paribus, vt Quintilianus: 'Nec indignetur Herodotus aequari sibi Titum Liuium, tum in narrando mirae iucunditatis, clarissimique candoris, tum in concionibus, supra quam enarrari potest eloquentem' etc.". En ce passage de Quint. *Inst.* X, 1, 101 on lit aujourd'hui: "... cum ... tum ..."; si la construction "tum ... tum ..." est absente des dictionnaires (Gaffiot, *OLD*), elle est analysée comme signifiant "tantôt ... tantôt ..." dans Leumann-Hofmann-Szantyr, p. 519, § 385 A a. Ici le sens est le même que celui de "... et ... et ...". Voir *Paraphr. in Eleg. Laur. Vallae*, *ASD* I, 4, p. 325, ll. 257–260: "pro coniunctione aequante duas aut plures partes orationis, vt Petrus omnium artium peritissimus, tum logices, tum rhetorices, tum grammatices, id est, tam logices, tam rhetorices quam grammatices". Cf. p. 250, l. 152.
744 *titulus* "Morts au monde".
episcopos ... pontifices Cf. *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 170, l. 739 sq.; *Adag.* 2201 'Sileni Alcibiadis', *ASD* II, 5, p. 174, l. 292 sq.
744–745 *qui ... occupant* L'antécédent est-il triple, ou seulement le dernier terme, *summos pontifices*, ce qui est le plus probable? mais Er. ne dit pas que les papes sont les "vicaires" du Christ, ses représentants (Christi vices occupant); voir l'*Annot. in Mt.* 16, 18, *LB* VI, 88 E–F. Comparer avec ci-dessus, p. 166, l. 271.
750–751 *ad excitandum ... pietatem* Tour incorrect, mais fréquent chez Er.
751–752 *conduxerit, si ... tractent* La construction: subordonnée avec *si* + subj. présent, principale au futur, étant fréquente, voire usuelle chez Er., on peut penser que *conduxerit* est un futur antérieur de sens peu distinct d'un futur simple.
753 *coniugatos* "Mariés" comme dans Apul. *Met.* V, 26, 7.

vindicatur monachis, vt matrimonium quoque dirimat, ratum duntaxat, non consummatum commixtione corporum, idque alterutro etiam reclamante. Quemadmodum, inquiunt, mors corporis in totum soluit omnem matrimonii nexum, ita mors spiritualis soluit verum licet ac perfectum matrimonium, nisi accesserit congressus connubialis. Meum non est pontificum aut theologorum placita conuellere, arbitror tamen hunc vnum esse articulum, quem expediret exactius discuti.

Apostolus *sanctos* appellat omnes Euangelio initiatos, non quod omnes
LB 1022 essent a vitiis puri, sed quod in | baptismate Christo consignati et, vt ita loquar, dedicati, vnde et loca et vasa sacra siue sancta dicuntur. Atque huius nominis vsus perseuerauit vsque ad aetatem diui Augustini. Quemadmodum enim D. Paulus sanctos appellat honoris gratia in Christo renatos, ita illi omnem Christianum honoris gratia sanctum appellabant et fratrem. Nunc eos tantum sanctos appellamus, quorum memoriam religiose colit Ecclesia, quiue pontificum autoritate in diuos relati sunt. Atque haud scio an hodie quidam pro diuis colantur, quod veterum literis sancti appellentur, veluti quum Hieronymus honoris gratia Epiphanium sanctum appellat, quod esset Christianus.

Similiter *fratrum* amabile nomen, quod olim erat omnium Christianorum commune, nunc vsurpatione et ad paucos contractum est et pene pro honorifico factum est contumeliosum. Iudaei sui generis et gentis homines tantum fratres appellabant, caeteros non dignabantur eodem titulo. At Paulus caeterique Apostoli dilatarunt hanc appellationem honoris et charitatis ad omnium nationum homines Christi religionem professos. Non reprehendo quod monachi sese inuicem fratres appellant. Caeterum quod alios non dignantur eodem titulo, fortasse non vacat crimine, quum omnis Christianus Christiano sit frater et inter omnes oporteat esse toties ab Apostolo praedicatam φιλαδελφίαν. Quo minus probandi sunt qui, factitiis sodalitatibus foederati, se mutuo fratres appellant. Si tibi frater est, qui fuit Hierosolymae, vbi tu fueris aliquando, quanto iustius frater haberi debet, qui eodem quo tu fonte renatus est, per eandem fidem eidem Christo dicatus, iisdem imbutus sacramentis, in idem corpus, quod est Ecclesia, insitus, ad eandem vocatus haereditatem. Si diuus Antonius, Cornelius aut Georgius conciliat fratres, nimirum his omnibus maior est Christus.

Consimili abusu contractum est *religionis* nomen. Religio vera est cum tremore seruare quae nobis praecepit Deus et, vt beatus Iacobus docet, *visitare pupillos et viduas in afflictione illorum*, quibus verbis continentur omnia charitatis in proximum officia, et *immaculatum*, inquit, *sese custodire ab hoc seculo* (*seculum* appellat, quod Ioannes appellat *mundum*). Atqui hanc religionem omnes Christiani professi sunt, cuiuscunque nationis, status aut ordinis fuerint. Proinde qui monachos appellant religiosos, humaniter faciunt, hoc illis tribuentes, quod esse deberent – et sunt fortasse. At qui se ob hoc ipsum

788 Cornelius aut *O*: Cornelius et *BAS LB*.

756 *vindicatur monachis* "Est revendiquée pour les moines" ou "par les moines" (construction poétique comme maintes fois chez Er.). *matrimonium dirimat* Er. a abordé plusieurs fois ce problème: *Annot. in* 1. *Cor.* 7, 39, *LB* VI, 694 D, 702 B–C; *Inst. christ. matrim.*, *LB* V, 634 B–637 B. En *LB* VI, 702 C on lit une argumentation dont Er. se souvient ici: "Et hîc affertur nobis frigida subtilitas: Monachi sunt mundo mortui. Mors corporis dirimit matrimonium, multo magis mors spiritualis. Quasi vero non omnes Christiani in baptismo hanc mortem professi sint, et Christo in baptismo consepulti!".
ratum "Ratifié, validement conclu".
757 *commixtione* Le mot est employé pour désigner l'union sexuelle dans Ps.-Quint. *Declam.* 3b, 4.
763 *Apostolus sanctos* *Rom.* 1, 7: "dilectis Dei, vocatis sanctis"; 15, 25; 1. *Cor.* 1, 2; *Col.* 1, 2, etc.
764 *in baptismate* Le *in* a sans doute une valeur instrumentale comme souvent dans la Vulg. (hellénisme).
Christo consignati "Marqués d'un signe, d'un sceau" pour le Christ.
765 *vnde* Equivaut à "ex qua", ce relatif ayant pour antécédent "dedicatio" implicite dans *dedicati*.
770 *haud scio an* "Peut-être" (je ne sais pas si ... ne ... pas ...").
771 *quod appellentur* Ce subjonctif confirme le doute exprimé par "haud scio an"; avec précaution Er. conteste l'authenticité de certains "saints" des premiers siècles de l'Eglise.
772 *Hieronymus ... appellat* Hier. *Epist.* 127, 7, *PL* 22, 1091: "... me Romam cum sanctis pontificibus Paulino et Epiphanio ...".
774 *quod* Relatif.
775 *vsurpatione* "Un usage illicite, un abus".
776 *generis et gentis* Les deux mots ne semblent pas avoir un sens vraiment différent, mais le premier a une application plus vaste que le deuxième, réservé aux humains.
780–781 *non dignantur eodem titulo* Reprend les termes appliqués l. 777 au peuple juif; ce n'est pas le seul cas où Er. suggère de voir dans les moines un nouveau judaïsme; il emploie le mot *genus* pour désigner un ordre religieux: "... qui hodie nouos cultus et prodigiose insignes reperiunt, vt dicatur 'Hoc hominum genus ille instituit'". Sur moines et Juifs: *Gramm. rhét.*, pp. 342 et 577.
783 φιλαδελφίαν *Rom.* 12, 10; 1. *Thess.* 4, 9; *Hebr.* 13, 1; Er. traduit par "fraterna charitas".
factitiis sodalitatibus Les "confréries" de pélerins par ex. (à Jérusalem, l. 784.)
785–786 *eodem ... renatus est* Le baptême: *Ioh.* 3, 5: "nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei".
786 *Christo dicatus* Voir p. 198, l. 942 sq. "Deo dicati".
787 *in idem corpus ... insitus* Cf. p. 182, l. 633.
788 *haereditatem* *Hebr.* 9, 15: "accipiant qui vocati sunt aeternae haereditatis".
Antonius, Cornelius aut Georgius Il y avait des confréries de chacun de ces saints; ce dernier, christianisation d'Hercule, est purement légendaire, voir *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 123, n.l. 966 et livre II, *ASD* V, 4, p. 327, n.l. 966. Sur Antoine, fondateur de la vie érémitique, voir *ASD* V, 4, p. 177, n.l. 853. Sur le pape Corneille, voir *Légende dorée*, t. 2, pp. 207–208.
conciliat "Procure, fait obtenir".
790 *religionis nomen* Voir L. Valla, *De professione religiosorum*; *Moria*, *ASD*, IV, 3, p. 189, l. 146, où Moria prend "religio" au sens de "monachisme".
791 *tremore* Pourtant maintes fois Er. oppose la peur et l'amour comme caractérisant l'une l'Ancien Testament, l'autre le Nouveau; voir *Gramm. rhét.*, p. 917; dans *Adag.* 1231: "Odit vero quisquis metuit" (*LB* II, 493 E). Mais il distingue deux sortes de crainte, celle de l'esclave devant son maître, celle du fils devant son père: *Gramm. rhét.*, p. 1145. Il faut donc admettre qu'il donne ici à *tremore* le sens de "crainte" compatible avec l'amour, et non celui de "terreur".
791–792 *Iac.* 1, 27. Er. traduit: "inuisere orphanos et viduas in afflictione sua, immaculatum seipsum seruare a mundo".
795 *status* "Statut": laïc, clerc, moine.
ordinis "Ordre": bénédictin, dominicain, franciscain, etc.
797–798 *qui se ... religiosos appellant* Pour tout ce passage on comparera avec Valla, *De professione religiosorum*, IV, 10–12; après avoir cité *Iac.* 1, 26–27 Valla poursuit: "Itaque cum vos religiosos tantum modo facitis qui professi estis, ceteros vero religiosos negatis, quid aliud quam vos solos christianos, vos solos bonos, vos solos mundos immaculatosque fatemini, alios autem damnatis, etc." (ed. Mariarosa Cortesi, Padoue, 1986, p. 21).

religiosos appellant, quod in verba Benedicti aut Francisci iurarint (nam hi soli apud Latinos scripserunt regulam) mihi quidem videntur ambitiose facere. Nihil enim interest vtrum quis dicat: 'Ego sum religiosus', an: 'Ego sum pius, ego sum sanctus'. Quis autem ferat ita loquentem? Si professio instituti, quod Benedictus aut Franciscus tradidit, aut amictus quem illi praescripserunt, si tamen vllum certum praescripserunt homines pii, sed quorum neuter eruditione Scripturarum praecelluit, praestat homini vt religiosus appelletur, quanto iustius id praestabit professio, qua nos totos ad fontem sacrum Christo Redemptori addiximus. Quod si vitae meritis tribuendus est huius cognominis honos, ne spectemus pallium aut cingulum hominis, sed in dictis ac factis obseruemus contemptum honorum, neglectum pecuniae, modestiam in verbis, benignitatem in egenos, clementiam in delinquentes, charitatis affectum erga cunctos. Arrogans igitur sermo est *nos religiosi, nos mundo mortui*, nihilo tolerabilior quam si dicant: *nos sancti, nos perfecti.* Verum ad arrogantiam accedit etiam contumelia, quum sacerdotes a monachismo liberos ac laicos negant esse religiosos, sed mundanos appellant ac seculares, quum ex diametro pugnent inter sese, mundanum aut secularem esse et esse christianum. Iam illa est verae religionis natura, vt quo magis accedit ad perfectionem, tanto magis sese deiiciat. Pius itaque monachus, quum ab aliis honoris gratia audit religiosus, dicat: 'Vtinam essem quod audio, sed heu
LB 1023 procul absum ab istius tituli dignitate'. Qui parem | aut etiam inferiorem appellat dominum, ciuilis est, sed si alter serio se praedicet dominum, nonne risui futurus est omnibus? Proinde ad corrigendos omnium mores fuerit conducibilius, si ecclesiastes ea quae Scriptura praecipit de morte spirituali, de abnegando mundo, de mortificandis secularibus desideriis, de religionis obseruatione, doceat ad omnes Christianos pertinere.

His adhaeret celebre nomen *obedientiae*, quod quidam detorquent ad confirmandam hominum autoritatem, ne dicam tyrannidem, quum praecipua veraque obedientia sit, credere Scripturis Diuinis, obtemperare praeceptis illarum et in omnibus omnes cupiditates et affectus humanos submittere voluntati diuinae; quod non tantum pertinet ad praecepta credendi ac viuendi, verum etiam ad tolerantiam afflictionum, quas secum adfert haec vita variis erumnis obnoxia. Sic Paulus scribens Romanis appellat *obedientiam fidei.* Similiter ad Corinthios scribit omnes sanctos glorificare Deum propter obedientiam confessionis Corinthiorum in Euangelio Christi. Itidem Petrus: *In obedientiam et aspersionem sanguinis Iesu Christi.* De Christo scriptum est, quod Patri fuerit *obediens vsque ad mortem.* Hinc eluxit martyrum obedientia, ad quorum exemplum accedunt quicunque calamitates vel ob iusticiae studium adactas vel ex huius vitae conditione obiectas, tanquam a Deo immissas, aequo patiuntur animo. Hic si quis dixerit: '*Quid igitur? Non debet homo homini obedientiam?*'. Maxime, sed secundum Deum. Alioqui Paulus nequaquam commemoraret inter enormia scelera non obedire parentibus, nec toties admoneret vt serui obediant dominis suis ex animo, vxores maritis, populus

799 *soli ... regulam* Exact, si l'on ne tient pas compte de la "règle de saint Augustin" (reprise par les Dominicains); mais Er. conteste qu'Aug. en soit l'auteur; ci-dessus, p. 26, l. 414.

801–806 *Si professio ... addiximus* Comparatio a maiori (ou maiore); voir livre II, *ASD* V, 4, p. 424, ll. 413–433. La *professio* par laquelle tous s'engagent envers le Christ est évidemment le baptême.

807 *pallium* La "robe" du moine; *cingulum* la ceinture, dont la matière, la longueur, le nombre de noeuds étaient fixés, comme la couleur pour la robe.

809 *modestiam* La modération, la mesure.

812 *contumelia* Cf. p. 186, l. 709.

814 *ex diametro* "De vehementer inter se pugnantibus olim dicebatur, etc." (*Adag.* 945, *LB* II, 380 E–F, où sont cités ou mentionnés: Lucian. Athan. Basil. Macr. Euclide, Aristot.).

815–816 *quo magis ... deiiciat* Cf. *Mt.* 23, 12; *Lc.* 14, 11: "Qui se exaltauerit humiliabitur; et qui se humiliauerit exaltabitur" (trad. Er.).

817 *audit religiosus* "Il s'entend appeler religieux"; cet emploi de "audire" se rencontre à plusieurs reprises chez Hor. *Epist.* 1, 7, 38; 1, 16, 17; *Serm.* II, 7, 101.

819 *dominum* Attribut du complément d'objet *parem*, *inferiorem*, tous deux adjectifs substantivés.

820 *risui ... omnibus* Double datif provenant de Liv. IV, 35, 10; VI, 34, 6.

821 *conducibilius* L'adjectif est chez Plaute, ce comparatif: *Rhet. Her.* II, 14, 21.

morte spirituali "Quisquis voluerit animam suam seruare, perdet eam; quisquis autem perdiderit animam suam causa mea et Euangelii, hic seruabit eam" (*Mc.* 8, 35; cf. *Mt.* 10, 39; 16, 25; *Lc.* 9, 24; 17, 33; *Ioh.* 12, 25) et "Stulte, tu quod seminas non viuificatur, nisi mortuum fuerit" (1. *Cor.* 15, 36; cf. *Ioh.* 12, 24).

822 *mortificandis* Cf. *Rom.* 8, 13 ainsi paraphrasé (*LB* VII, 802 B): "Si iuxta carnem vixeritis, ad mortem properatis; contra si vigore spiritus, carnis cupiditates exstinxeritis, mortuis illis vos viuetis"; cf. *Col.* 3, 5 paraphrasé (*LB* VII, 1012 C): "interim curandum vt totum corpus sublimi coelestique capiti respondeat, cuius membra nisi penitus hîc moriantur terrenis cupiditatibus, non poterunt in coelis viuere cum Christo".

824 *obedientiae* Le voeu d'obéissance des moines.

828 *non tantum* Equivalent de "non solum".

830 *Rom.* 1, 5; 16, 26; Er. traduit par "vt obediatur fidei" la première fois et comme la Vulgate dans le deuxième passage; son *Annot.* (*LB* VI, 558 D) dit: "Vocat *obedientiam fidei*, quemadmodum exponit Chrysostomus, quod non accipiamus curiosis ratiocinationibus, sed simplici obedientia et tacita auscultatione; idque ad vtrumque populum pertinet, et Iudaeorum qui signa requirebant et Gentium quae philosophicas rationes flagitabant, et hodie fortassis ad quaestionum Scholasticarum labyrinthos inexplicabiles, de his rebus quae pie nesciuntur".

831–832 *omnes sanctos ... Christi* 2. *Cor.* 9, 13; l'*Annot.* (*LB* VI, 783 D) dit: "*Obedientia confessionis* potest accipi quod obedientes Euangelio in eleemosynis largiendis declararent se vere et ex animo confiteri Euangelium ... Quanquam ὁμολογία non solum *confessionem* significat, verum etiam *consensum*, vt accipias futurum vt multi gratias agant Deo, cum viderint Corinthios tanto consensu obedire Paulo. Atque ita tacite monet, vt omnes conferant pro sua quisque voluntate et facultate". Lui-même traduit par "obedientia consensus vestri".

833 1. *Petr.* 1, 2.

834 *Patri ... ad mortem* *Phil.* 2, 8.

837 *homini* Le supérieur du moine.

838 *secundum Deum* "Après Dieu"; pour ce sens de *secundum*: Cic. *De or.* I, 52, 264 ("après" dans le temps); Er. *Paraphr. in Eph.* 5, 31 (*LB* VII, 987 E): "secundum Deum nulli plus debemus quam parentibus"; *Encom. medic.*, *ASD* I, 4, p. 168, l. 106 sq.: "medicinam alteram secundum Deum vitae parentem, etc."; Ep. 396, Allen II, p. 219, l. 325: "nihil esse secundum Euangelicas et Apostolicas litteras dignius quod legatur a Christianis" (il s'agit de Hier.); et ci-dessous, p. 208, ll. 174–175, ci-dessus, p. 80, l. 562; plus une dizaine d'autres exemples. Donc Er. veut dire que l'obéissance au supérieur passe après l'obéissance à Dieu, c'est-à-dire à la conscience.

839 *inter enormia ... parentibus* Cf. *Rom.* 1, 30.

840 *serui ... ex animo* Cf. *Eph.* 6, 5; *Col.* 3, 22.

vxores maritis Cf. *Eph.* 5, 22; *Col.* 3, 18; *Tit.* 2, 5.

840–841 *populus ... magistratibus* Cf. *Rom.* 13, 1: "Omnis anima potestatibus supereminentibus subdita sit" avec cette *Annot.* (*LB* VI, 634 E–F): "Intelligit enim homines auctoritate publica praeditos, qualis est Regum, Praesidum et Magistratuum"; *Col.* 3, 1: "Admoneto illos, vt principatibus et potes-

regi ac magistratibus. Itaque recte monent, qui exhortantur vt pareamus iis, quibus est in nos legitima autoritas. Quod ni fiat, non potest consistere pax et tranquillitas. Caeterum et iis qui sunt cum autoritate et iis qui subsunt, commendanda est obedientia Dei; qui praesunt, ne quid praescribant suis quod dissideat a praeceptis Dei, cui et ipsi debent obedientiam; qui subsunt, vt homini pareant non metu aut adulatione aut spe commodi, sed in homine obediant Deo; qui si iusta et aequa praecipit, sic reputent secum Deum ista postulare, non hominem; sin molesta praeterque modestiam, tamen obtemperent, non quod ille dignus sit obsequio, sed quod ita placitum sit Deo, vt amore pacis et concordiae inferiores obsequundent superioribus suis, non solum commodis ac modestis, verum etiam morosis ac difficilibus. Haec obedientia patientiae laudem promeretur. Verum si superioris autoritas compellat ad impietatem aut turpitudinem, primum erit christianae moderationis excusare nepharium obsequium. Si precibus nihil proficitur, quaerenda ratio qua se subtrahat illius autoritati, vel fuga, si non datur via commodior. Si nec hoc licet, audiat praescriptor iniustus vocem illam apostolicam: 'Vtrum oporteat *hominibus obedire potius quam Deo*, tu ipse iudex esto'. Nunc quidam ita praedicant humanam obedientiam, vt summam illam, quam omnes Deo debemus obscurent. Pontifex toties exigit obedientiam a principibus, episcopus a clericis ac presbyteris suis, abbas a monachis; additur iusiurandum, vt periurii crimen obiici possit, nisi per omnia mos geratur hominis voluntati, ne dicam libidini. Nam interdum fit, vt praepositus aliquis indoctus, stultus, fortassis nec sobrius monachum per sanctam obedientiam, quasi per rem diuinam, obtestetur, vt obtemperet. In quo? Non vt caste viuat, non vt abstineat ab ebrietate, non vt fugiat hypocrisim. Sed quid? Ne discat Graece aut ne attingat libros eloquentium aut aliud his etiam ineptius, quod intelligi malim quam exprimere. Si monachus Baccho seruit, si ventri indulget, si scortatur, si obtrectat, si odio et inuidia madet, si nihil attigit Sacrarum Literarum, nec periurus est nec inobediens. Si negligit imperata non sobrii ac
LB 1024 superciliosi praepositi, horrendum facinus admissum est, | violata sancta obedientia, scelus carceribus et capite plectendum! Tenetur subditus dicto audiens esse praeposito suo, sed non magis quam praepositus tenetur expendere quid praescribat subditis suis.

Sic et *perfectionis* vocabulum arctamus ad paucos, perfectionem aestimantes rebus externis; ac proinde monachi, quibus in totum interdictus est esus carnium, perfectiores habentur iis quibus non in totum interdictus est et nudipedes perfectiores iudicantur calceatis. Atqui ad omnes Christianos pertinet illa vox euangelica: '*Estote perfecti, sicut et Pater vester perfectus est*'. In quo igitur sita est perfectio, inquies? Id continenter explicat Dominus: '*Qui solem*, ait, *suum facit oriri super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos*'. Qui profecit ad eum charitatis gradum, vt ex animo de omnibus bene mereri cupiat, siue digni sint siue indigni, is sibi quidem non vindicabit, sed tamen promeruit perfecti titulum, quatenus in hac vita contingit perfectio. Nec

vllum est vitae genus, in quo non liceat esse perfectos, iuxta suum cuique modum.

Quidam vbicunque *carnem* legunt in Paulo, putant fieri mentionem de concupiscentia Veneris, eoque quod Paulus Corinthiis scribit sibi datum stimulum carnis, de libidinis affectu interpretantur, quum Apostolus ibi

847 praecipit *O*: praecipiet *BAS LB*.

tatibus subditi sint, vt magistratibus pareant". Cf. 1. *Petr.* 2, 18.

852 *patientiae* Terme paulinien: 2. *Cor.* 6, 4; *Eph.* 4, 2, etc.

854 *excusare ... obsequium* Sens qui se rencontre chez Tac. *Ann.* I, 44: "refuser en donnant des excuses, s'excuser de ne pas faire quelque chose".
precibus Dont l'idée est implicite dans *excusare*.

855 *ratio* "Méthode, plan, procédé".
vel fuga Même par la fuite". Pour *fuga* on peut hésiter: nominatif comme *ratio* ou ablatif comme *qua*?

856 *nec* Au sens de "ne ... quidem"; *praescriptor* déjà chez Budé (Hoven).

856–857 *Vtrum ... iudex esto* *Act.* 5, 29; en fait la citation est limitée à "oportet hominibus obedire potius quam Deo" ou plus exactement à "oboedire oportet Deo magis quam hominibus" (Vulg. Er.). Les mots "vtrum" et "tu ipse iudex esto" sont une sorte de piège; celui qui a donné l'ordre injuste osera-t-il faire prévaloir son propre jugement sur le précepte divin?

859 *Pontifex* Ici le Souverain Pontife.

864 *In quo* Neutre peu conforme à l'usage classique.

865 *hypocrisim* Mot appliqué aux Pharisiens: *Mt.* 12, 1; *Mt.* 23, 28, etc.
Ne discat Graece Comme occasion d'hérésie. On peut donner l'exemple de Rabelais en 1523 d'après Colletet, se fondant sur une lettre de Budé (*Omnia opera*, Bâle, N. Episcopius, 1557, t. I, p. 435 B).

866 *eloquentium* Substantivé.

866–867 *aliud ... exprimere* "Une autre chose plus sotte que celles-ci, que je préférerais que l'on comprenne plutôt que de la formuler"; quelle est cette chose qu'Er. laisse à son lecteur le soin de deviner? sans doute l'interdiction de lire l'Ecriture! C'est ce qu'on peut déduire de ll. 868–869 *si nihil attigit Sacrarum Literarum*.

868 *obtrectat* Voir *Lingua*, *ASD* IV, 1A, p. 120, ll. 75–88.

madet "Ruisselle de"; Gell. XIII, 8, 5: "... vitia facundissime accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes".

869 *non sobrii* La négation porte exclusivement sur *sobrii* et fait corps avec lui.

871 *subditus* Substantivé comme l. 873: "Le subordonné".

871–872 *Tenetur ... esse* Expression du langage juridique: "il est tenu de".
dicto audiens ... praepositio suo "Être obéissant aux ordres de quelqu'un" (Plaut. Cic. *Verr.*).

877 *nudipedes* Mot de Tert. *De pallio* 5. Il s'agit des moines n'ayant que des sandales.

878 *Mt.* 5, 48.

879 *continenter* Pas tout à fait car la citation qui suit *Qui solem ... iniustos* (*Mt.* 5, 45) est séparée par deux versets de la précédente.

882 *non vindicabit* "Ne revendiquera pas", car s'il le faisait il manquerait à l'humilité chrétienne.

883–885 *Nec vllum ... modum* C'est une formule qui équivaut à celle de l'*Enchir.*, Holborn, p. 135, l. 8: "Monachatus non est pietas", surtout si l'on n'oublie pas la suite immédiate: "sed vitae genus, pro suo cuique corporis ingeniique habitu vel vtile vel inutile".

886 *carnem* Mot absent de la liste p. 186, ll. 692–693. Le mot revient près de 60 fois dans les Epîtres de Paul.

888 *stimulum carnis* 2. *Cor.* 12, 7; Er. traduit: "datus fuit mihi stimulus per carnem, nuncius Satanae, vt me colaphis caederet, ne supra modum efferrer". L'*Annot.* (*LB* VI, 793 E–F) dit: "Nonnulli *stimulum* hunc interpretantur motus et affectus libidinis, quod demiror vlli docto Theologo placere. Quid enim absurdius quam putare tantum Apostolum iam senem adhuc sollicitari vrtica libidinis, et ita sollicitari vt hac gratia coactus sit ter interpellare Dominum? Mouet istos mentio *carnis* ac statim putant de Venere verba fieri ... quum Paulus omnem affectum humanum qui non proficiscitur a Spiritu Dei *carnem* appellare soleat". Er.

stimulum carnis appellet externas afflictiones, quibus ob Euangelium diuexabatur; in quem sensum et alias eam vocem vsurpat, interdum carnis nomine designans quicquid ab hominis natura proficiscitur, vt iam caro sit non tantum affectus crassior, puta libidinis aut crapulae, verum etiam ipsa hominis ratio, imo totus homo cum vniuersis naturae viribus, si desit Christi spiritus. Idem vsu venit in nomine *concupiscentiae*, quam fere de Veneris appetitu interpretantur, quum eius vocis ratio multo latius pateat.

Superest detestabile nomen *apostatae*, quae vox Graece nescientibus atrocior est quam Latina *desertor* aut *transfuga*; et apostasia peius sonat quam defectio. Graecis autem et vxor, quae diuortium cum marito fecit, ἀποστῆναι dicitur ac repudii libellus ἀποστάσιον appellatur. Item, quum miles ab imperatore suo deficit ad hostem, ἀποστάτης dicitur; et populus qui desciscit a principe, ἀποστῆναι dicitur. Denique discipulus qui recedit a placitis sui doctoris, ἀποστάτης appellatur. Veluti si quis ab Stoicis deficiat ad Peripateticos, aut si quis ex Nominali fiat Realis. Hinc veteres Christiani, qui ab euangelica fide defecissent ad veterem paganismum aut Iudaismum, eos infami vocabulo vocabant apostatas, quod ab Imperatore Christo, cui semel dederant nomen, ad Satanam quem abiurarant desciuissent. Princeps autem omnium apostatarum fuit Lucifer, quoniam primus defecit a Deo conditore suo, qui primos humani generis parentes eo pellexit, vt et ipsi neglectis Dei iussis serpenti potius obtemperarent. Optimo igitur iure Christianorum aures exhorrent apostatae nomen. Nihil enim execrabilius quam si Christo semel initiatus deficiat ad Belial. At hodie plerique nominis huius inuidiam detorquent in eos, qui Benedicti aut Francisci deserunt institutum aut, si non deserunt, tamen aliquid immutant e sacro cultu. Nolim hic illis esse patronus qui, quum aetate matura, nullo metu compulsi, nullis artibus illecti, suapte sponte certoque animi decreto religioso cuipiam coetui semet addixerint, amore huius mundi deserunt institutum. Nam hi digni profecto sunt, quibus inuratur leuitatis et inconstantiae nota. Sed illud notandum arbitror, quod, quum longe grauius sit mutare professionem quam in baptismo Christo testibus et angelis et hominibus nuncuparis, ad Satanam ac mundum abiuratum relabi, quam a genere vitae ab hominibus reperto discedere, tamen monachus, etiam si sit ebriosus, scortator, maleficus, maledicus, impostor, auarus, modo ne mutet amictum, non audit apostata. Dira minantur illi ab irato Benedicto, qui ab
LB 1025 huius praescriptis discesserit, et ab irato Christo | nihil putant metuendum eis qui in contumeliam imperatoris sui toto pectore mundo Satanaeque militant. At qui Scripturam syncere tractare volet, huius cognominis infamiam docebit in omnes haerere qui, quum semel Euangelii regulam sint professi vestemque candidam innocentiae symbolum ab Ecclesiae manibus acceperint, tamen toto pectore mundo et Satanae seruiunt, interdum ne a verbis quidem blasphemis et impiis temperantes. Proinde si Christianis omnibus persuasum esset tales

898 et vxor *O*: vxor *BAS LB*.

919 ad *erratum A cett.*: et ad *A*.

rapporte ensuite plusieurs interprétations qui prennent "chair" au sens de "maladie" ou de "douleur" du corps. "At mihi vero proximum videtur, quod ait Ambrosius; insectationem malorum hominum, quae illi negotium facessebat assidue, vocari stimulum. Etc.".

894 *concupiscentiae* Par ex. *Rom.* 7, 7 et 8; *Col.* 3, 5; *Gal.* 5, 24 etc.

896 *apostatae* Vulgate, *Prv.* 6, 12; on traduit par "vaurien" (Osty, Guillaumont, Bible de Jérusalem) le mot de l'original. Ce n'est donc pas la source d'Er. Ce pourrait être l'Ambrosiaster; Aug. *Civ.* V, 21: "Iuliano apostatae"; Hier. *In Eph.* 6, 11: "apostatam diabolum".

898 ἀποστῆναι Ce verbe en ce sens n'est pas dans le Nouveau Testament ni dans les auteurs païens.

repudii libellus Cf. *Mt.* 5, 31; 19, 7; *Mc.* 10, 4; Er. dit: "libellum diuortii" (*Mt.* 5, 31) ou "libellum repudii" pour le même mot grec d'ἀποστάσιον qui sert à la LXX pour traduire *Dt.* 24, 1.

900 ἀποστάτης Plut. *Vit. Cim.* X, 11, 485 b.

900–901 *populus ... dicitur* Par ex. Hdt. passim.

901–902 *discipulus ... appellatur* Source non identifiée.

903 *ex Nominali ... Realis* Déjà *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 148, l. 418 raille les "scholasticorum viae"; voir aussi la lettre à Paul Volz, Allen III, Ep. 858, p. 364, ll. 80–92.

903–906 *Hinc ... desciuissent* Le mot est pris en ce sens: Greg. Naz. *Oratio* 43 *In laudem Basilii Magni* 30, *PG* 36, 537 A; appliqué à Julien.

907 *Lucifer* Est ici présenté comme distinct du serpent de *Gn.* 3, 1–5.

910–911 *Christo ... Belial* 2. *Cor.* 6, 15: "quae concordia Christo cum Belial" (trad. Er.) avec cette Annotation: "Graeca scholia indicant 'Belial' Hebraeis significare 'Desertorem', hoc est, Luciferum. At eximius ille Iohannes Reuchlinus, vir vndequaque doctissimus ... in suo Lexico docet 'Belial' apud Hebraeos significare 'malum et iniquum' aut etiam 'noxium Daemonem' quod satis quadrat. Nam Christus omnia fecit, vt prosit: contra Belial, etiam cum iuuat, in hoc iuuat vt noceat".

913 *aliquid immutant e sacro cultu* Ce dernier mot: "l'habit, le vêtement". On sait qu'Er. a connu des mésaventures et subi des reproches pour cette raison: Ep. 447 (à Grunnius), Allen III, p. 304, l. 470 sq. avec l. 497 cette exclamation: "Bone Deus, quantum tragoediarum ex re nihili! Hic exhorrescent stolidi qui summam religionis in veste collocant". Le mot d'"apostata" y figure ll. 620, 624, 627, 629.

914–915 *aetate matura ... semet addixerint* L'énumération de ces circonstances amène a contrario à évoquer les "vocations" monastiques forcées dont plusieurs fois Er. parle avec colère ou pitié, par ex. *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 29, ll. 499–518.

916–917 *inuratur ... nota* Cf. Cic. *Sull.* 88: "alicui nota turpitudinis inuritur".

917 *notandum* Au sens fort: "doit être blâmé, flétri".

918–919 *Christo ... nuncuparis* Le verbe est au subjonctif parfait (syncopé). Il signifie "prononcer publiquement" comme dans Cic. *Phil.* 3, 4, 11 et Liv. XXI, 63, 9: "ad vota nuncupanda"; ici c'est *professionem* qui remplace "vota" dont il a le sens. *Christo* est au datif.

919 *Satanam ... abiuratum* Voir p. 188, l. 754.

920 *genere ... reperto* Voir entre autres *Paraphr. in* 1. *Cor.* 3, 4, en particulier, *LB* VII, 867 A–B: "Veluti si Frangilius quispiam aut Benotius aut Augulius aut Carmilius aut alius quocunque nomine ... commentus sit aliquod humanum vitae institutum, etc.".

921 *impostor* "Versutus et fallax homo" (R. Stephanus, *Thes. ling. lat.*).

922 *amictum* Cf. p. 192, l. 802.

non audit apostata Voir p. 192, l. 817 et n.

Dira minantur Le verbe est un passif; Prisc. *Ars gramm.* 8, 29 parle d'un verbe "mino", mais ne donne point d'exemple. Ernout-Meillet: "dans la langue rustique et populaire, et à basse époque, apparaît une forme active 'mino, -are' (le déponent ayant été éliminé) avec le sens de 'mener les animaux', le conducteur les menaçant de ses cris, de son fouet, etc."; par ex. *Is.* 11, 6: "vitulus et leo et ouis simul morabuntur et puer paruulus minabit eos" (Vulg.) cité ci-dessous, p. 272, l. 597–598. La menace est l'excommunication: *Règle de Saint Benoît*, ch. 23; mais il peut y avoir aussi châtiment corporel (*Règles* pp. 91–93).

924 *imperatoris sui* Le Christ; cf. "Enchiridion militis christiani"; la métaphore militaire est présente dans le mot de "sacramentum" qui désignait le serment que les soldats prêtaient à leur général à Rome.

925–926 *infamiam ... haerere* Variation de "nota inuritur", ll. 916–917. Mais la construction avec *in* + acc. est incorrecte.

926–927 *vestem candidam* *Iac.* 2, 2; mais Er. substitue au *candida* de Vulg. dans sa trad. "splendida" ou "praeclara", ce qui fait disparaître le symbole d'innocence.

homines, quamuis laicos, verius esse apostatas ac magis infames magisque detestabiles esse quam monachum transfugam, quem horrent et abominantur, non ita passim vulgus laetaretur, quum male fecerit, et exultaret in rebus pessimis. Quam multi sunt qui quod opes per fas nefasque congerunt, prudentiae volunt imputari, qui constupratas virgines, violatas aliorum coniuges in gloria numerant, ferociam in proximos, saeuitiam in vindicandis iniuriis, fortitudinem ac magnanimitatem videri volunt, hoc freti quod laici sint; quumque candidam vestem, quam in professione baptismi susceperant, vna cum tota Christi regula abiecerint atque a totius Ecclesiae contubernio sese subtraxerint, tamen sibi plaudunt et apostatam execrantur, qui pallii colorem mutarit aut ab humano sodalitio recesserit, si non impio, certe humano.

Simili errore *Deo dicati* dicuntur, qui monachismum professi sunt; non hoc reprehendo: illud reprehendendum est, quod hoc elogium sibi ceu proprium ac peculiare vindicant, quasi caeteri Christiani Deo dicati non sint. Omnes sunt eodem Christi sanguine consignati, omnes Christo sacri sunt, qui semel Euangelii gratiam professi sunt. Itaque qui Scripturae locum: '*Nolite tangere Christos meos*' ad sacerdotes tantum ac monachos accommodant, rectius facerent si ad omnes Christianos accommodarent. Qua fronte pro prophanis habentur, quorum pectora Spiritui Sancto pro templis consecrata sunt? Si impium est polluere aut violare templum ab homine suffraganeo vnctum, quanto sceleratius est violare templum quod Deus per coelestem sui spiritus vnctionem sibi dedicauit, quod Vnigeniti sui precioso sanguine consignauit, non minio. Hoc pacto si Scripturam a sua latitudine non contrahemus ad paucos, sed ad omnes applicabimus ad quos pertinet, nequaquam simplex fuerit vtilitas. Primum supercilium adimetur iis qui titulis huiusmodi sese venditant, deinde securitatem excutiemus iis qui, quod laici dicantur ac mundani, sibi persuadent ad se non pertinere quae Scriptura praecipit de perfectione vitae euangelicae deque synceritate religionis. Execrabile flagitium habetur, si quis monacham stupro polluat, idque eo habetur execrabilius, si patrator incesti sit monachus. Nec in hoc sane erratur. Atqui quum omnes Christum professi Deo dicati sint, religiose cogitat qui omnem coitum illicitum pro incesto ducit, quandoquidem vtrunque corpus Christo dedicatum est. Nunc vulgus leuem ac prope nullam culpam esse putat, quoties solutus stuprum committit cum soluta, quum nullus Christianus liber sit ad peccandum; sed quoniam Christi religionem professus est, quoties committit quod phas non est, aduersus arctissimam professionem suam peccat. Ex eodem errore manat, quod inexpiabile crimen vulgus existimat, si quis quid eripiat sacerdotibus aut monachis, nec in hoc sane fallitur; sed ibi fallitur, quum leuem culpam ducit, spoliatis proximis laicis. Sacrilegium est, quandocunque Christianus fraudat Christianum. *Sacrum* enim est, quicquid possidet Deo consecratus. Quod monasteriis datur, Deo dari dicitur, et verum est, si modo pietatis respectu detur; sed errant qui putant non dari Deo, quod

liberis, vxoribus et cognatis egentibus datur; imo peccatum enorme ac Paulo quoque detestatum committunt, qui fraudatis filiis ac domesticis facultates

931 *transfugam* Cf. ci-dessus, p. 196, l. 897.
933 *per fas nefasque* "Tous moyens, permis et défendus"; Otto 644.
934 *constupratas ... violatas* Ces propositions participiales sont parallèles à la complétive *quod ... congerunt* l. 933.
935 *ferociam in proximos* En contradiction avec le précepte "Diliges proximum tuum" (*Lv.* 19, 18; *Mt.* 5, 43; etc.).
935–936 *saeuitiam ... iniuriis* En contradiction avec le 'Pater noster', *Mt.* 6, 12; *Lc.* 11, 4.
938 *Ecclesiae contubernio* Eglise est à prendre ici au sens spirituel (*Gramm. rhét.*, pp. 692–695); mais le mot "contubernium", proprement "camaraderie entre soldats vivant sous la même tente", prolonge la métaphore militaire (l. 924).
940 *humano* Voir ci-dessus, n.l. 920.
942 *Deo dicati* L'expression ne figure pas dans la liste de p. 186, l. 693.
943 *elogium* "Inscription", d'où "titre".
945 *consignati* "Marqués d'un signe".
946–947 *Ps.* 104, 15, reprenant 1. *Par.* 16, 22; *christos* "oints".
948 *fronte* "Honte, impudence".
949 *pro templis* 1. *Cor.* 6, 19: "corpus vestrum templum est habitantis in vobis Spiritus Sancti"; d'autres textes (1. *Cor.* 3, 16; 2. *Cor.* 6, 16; *Eph.* 2, 22) ont un sens analogue, mais nulle part on ne trouve exactement une telle formule avec *pectora.*
950 *homine suffraganeo* Terme dépréciatif pour désigner l'évêque qui a consacré une église, et qui a été élu par un chapitre, non pas par Dieu!
951–952 *violare ... dedicauit* 1. *Cor.* 3, 17; *violare* vient de la Vulgate; Er. traduit par "profanat".
952 *Vnigeniti* Terme propre à *Ioh.* pour désigner le Christ; par là Er. rappelle que le Christ est Dieu.
consignauit Cf. l. 945.
953 *minio* "Neque alius est color qui in picturis proprie sanguinem reddat" (Plin. *Nat.* XXXIII, 38, 116).
latitudine Son "extension": elle parle de tous les baptisés, non des seuls moines.
956 *securitatem* Au sens subjectif: "absence de soucis", sentiment (trompeur) de sécurité.
958 *perfectione* Voir p. 194, l. 874 sq.
synceritate Cf. 1. *Cor.* 5, 8; 2. *Cor.* 1, 12 et 2, 17.
959 *eo* Annonce *si* (l. 960) comme un "quod" ou un "quia".
960 *patrator* Le mot est dans Tac. *Ann.* XIV, 62, 2: "maternae necis patrator".
incesti C'est le mot que le droit canon emploie pour les relations entre prêtre ou religieux (-se) et une autre personne qui peut aussi être "vouée à Dieu"; voir A. Bernard, art. "Bâtard", *Dictionn. droit canonique*, 2, col. 252. Le mot s'applique à des relations sexuelles qui sont non seulement irrégulières, mais qui violent le sacré.
961 *Christum professi* Participe substantivé.
964 *solutus, soluta* Qui n'est lié(e) ni par le mariage ni par les voeux de chasteté.
966 *arctissimam* "Contraignante" (mot à mot: "serrée, étroite").
professionem Presque un jeu de mots: les voeux du moine, les voeux du baptême.
968 *sane* Equivaut à "quidem", annonce *sed.*
ibi Annonce *quum* (969) et a donc un sens temporel "au moment ... où".
969 *leuem* Attribut du complément d'objet *culpam.*
proximis laicis Le premier mot joue le rôle de substantif sujet de *spoliatis*; il fait allusion au précepte rappelé ci-dessus, n.l. 935; *laicis* est adjectif.
972 *pietatis respectu* "Par une considération de piété" et non pas par ostentation ou par superstition, en croyant acheter ainsi son salut.
972–973 *non dari ... datur* Cf. *Prv.* 19, 17: "Feneratur Domino qui miseretur pauperis" (Hugo: "Qui donne au pauvre prête à Dieu").
973–974 *peccatum ... detestatum* 1. *Tim.* 5, 8: "Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit et est infideli deterior"; l'*Annot.* (*LB* VI, 940 E) commente ainsi "deterior": "hac parte deterior est, qui officii non praestet suis, quibus naturae vinculo iungitur, quod Ethnici quoque instinctu naturae praestant. At hodie iudicio quorumdam summa habetur pietas, si quis, domi relictis liberis et vxore, aut etiam grandaeuis parentibus, vel Hierosolymas abeat vel in monasterium abdat sese, sibi victurus, aut fortassis etiam ventri". Er. pour sa part traduit: "Si qua ..." et considère que le verset s'applique en fait à une veuve. Ici il renchérit sur l'*Annot.*

suas collegiis ac monasteriis largiuntur. Et Dominus in Euangelio taxat eos qui, fraudatis parentibus, ditant Corbonam. |

LB 1026 Vt autem ecclesiastes apposite et ad rem Scripturam accommodet, non sat habet e collectaneis aut elenchis sententiolas decerpere, sed ipsos adeat fontes atque ex iis quae praecedunt quaeque sequuntur, germanum Scripturae sensum rimetur.

Interpretes autem cum delectu iudicioque legendi sunt, in genere tamen Graeci Latinos superant in synceriter tractandis Scripturis et antiqui recentiores. Ad Graecos enim prius dimanauit Euangelium quam ad Latinos, et ipsa natio semper ingeniis felicibus excelluit. Vetustas autem gemina est: altera prisca et Apostolorum temporibus aut aequalis aut vicina, cuius ordinis sunt Clemens, Papias, Ignatius, Iustinus, Irenaeus, Origenes et Tertullianus. Altera media est, quae tulit Athanasium, Basilium, Chrysostomum et Cyrillum, apud Latinos Ambrosium, Hieronymum et Augustinum, Ecclesia iam per insultus haereticorum satis in Scripturis exercitata et in fidei dogmatibus confirmata.

Prisci igitur cum reuerentia quidem legendi sunt, at non sine delectu, sed rursum maiore cum venia quam recentiores, quod illis temporibus quoniam de multis nondum exerte pronunciarat Ecclesia, non erat impium addubitare, modo hic adesset animus vt, veritate patefacta, protinus vel error vel dubitatio poneretur. Simul illud obseruandum aliquot libellos vehementer priscorum titulo aeditos, quos illi non conscripserunt, quod idem accidit in mediae antiquitatis celeberrimis scriptoribus, Ambrosio, Augustino, Hieronymo, vt de Graecis sileam. In hoc ordine primae tribuuntur Augustino, quod is suis definitionibus plurimum adiuuerit scholas theologicas.

Hos ergo qui monent reuerenter esse legendos, nec temere reiiciendum quod definiunt, recte monent; at qui nobis legem praescribunt vt, quod illi in ambiguis aut obscuris Scripturarum locis interpretati sunt, pro articulo fidei habeatur, vt iam phas non sit experiri an verior magisque germanus Scripturae sensus possit inueniri, et duram et parum aequam legem nobis praescribunt, quando nec ipsi doctores sibi postulant hanc autoritatem, sed solis Scripturis Canonicis eam deferunt, et illi ipsi qui legem hanc praescribunt, quoties res postulat, ab illorum opinione dissentiunt. Adde quod ipsi quorum autoritatem nobis inuiolabilem esse volunt, frequenter inter se dissentiunt, interim et ipsi a seipsis. Dein in confesso est eos in enarrandis Scripturis frequenter haerere, neque raro non assequi verum Scripturae sensum, sed multa perperam interpretari, vt ne commemorem quod illi, quoniam plerunque vel loquuntur vel scribunt populo, multa dederunt imperitae multitudinis affectibus, cui non semper conueniunt exactiora. Verum in iis, inquiunt, pro oraculis audiendi sunt, in quibus consentiunt. Fateor multorum celebrium consensum ad fidem vehementer facere, si is sit perpetuus. Verum quid facias, si duo tresue consentiant, ac totidem dissentiant? Totius Ecclesiae consensus facit, vt credamus Christi matrem nunquam a viro fuisse cognitam, tametsi id in Scripturis expressum non est, eo quod nullus vnquam orthodoxus hac de re

975–976 *Dominus ... Corbonam* *Mc.* 7, 11; la *Paraphr.* (*LB* VII, 211 C–D): "Vos autem vestris commodis consulentes, commentitia doctrina subuertitis praeceptum Dei et postulatis vt quod Deus tantopere voluit cedat vestrae doctrinae fucatae. Deus ipse clamat: 'Honora patrem et matrem'. Vos audetis contra dicere: 'Ne honora patrem et matrem'. Non clamatis haec verbis, sed re facitis; quo sceleratior est vestra impietas, quam imagine pietatis obnubilatis. Etenim vt gazophylacium [= salle du trésor du Temple] expleatur, vnde vester alitur luxus ac fastus, technis allicitis quos potestis, vt etiam fraudatis parentibus, quorum egestatem oportebat subleuare iuxta praeceptum Dei, quam plurimum donariorum adferant in Templum; persuadentes, ita satisfactum esse praecepto, quasi Deo donetur quod consecratur Templo, et Deus verus sit Pater omnium. ... Atqui nec Deus eget vestra pecunia, nec ista pecunia vertitur in gloriam Dei, sed in vsus vestros; et si verteretur in structuram Templi, tamen Deo nullum Templum tam sacrum est, vt eius causa velit parentes a liberis destitui". Le Corban ou Corbona est le Trésor du Temple. Ici se termine le développement commencé p. 186, l. 689, qui est une critique du monachisme comme contredisant la hiérarchie entre spirituel et matériel, entre Christ et inventions humaines, etc.

977 *Vt autem ecclesiastes ... accommodet* Er. après avoir esquissé une analyse des tropes utilisés dans l'Ecriture (p. 176, l. 498 sq.) revient à son sujet: la prédication, plus précisément la connaissance que le prédicateur doit avoir de l'Ecriture; *rem* le sujet qu'il traite.

978 *collectaneis* Des recueils de sentences extraites de l'Ecriture.
elenchis Table des matières ou index; le mot se trouve dans certains "peruetusta exemplaria" de Plin. *Nat.* livre I, aussitôt après la Préface (R. Stephanus, *Thes. ling. lat.*).

979 *ex iis ... sequuntur* Cf. *Gramm. rhét.*, pp. 579–581.

981 *Interpretes* Les "commentateurs" et non les traducteurs.

982–983 *antiqui recentiores* Sous-entendu *superant*; les Pères de l'Eglise valent mieux que les Nicolas de Lyre, Hugues de Saint-Cher et autres Thomas d'Aquin, du moins "en général" (*in genere*).

986 *Clemens* S. Clément Romain (92–101); S. *Papias* ca. 130, dont des fragments sont cités dans Eus. *H.E.*; S. Ignace d'Antioche, mort en 107; S. Justin de 100/110 à 163/167; S. Irénée ca. 140-ca. 202; Origène 185/186 à 254/255; Tertullien ca. 160–222/223.

987 *tulit* "Produisit", cf. Cic. *Brut.* 45: "Haec aetas oratorem prope perfectum tulit".
Athanasium ... Cyrillum S. Athanase 295–373; S. Basile ca. 330–379; S. Jean Chrysostome 344–407; S. Cyrille de Jérusalem ca. 313–386.

988 *Ambrosium ... Augustinum* S. Ambroise ca. 333–397; S. Jérôme ca. 342–419; S. Augustin 354–430. Ces indications chronologiques: Rouët de Journel, *Enchir. Patr.*

988–989 *Ecclesia ... confirmata* Ablatif absolu: "à une époque où ...".

988 *insultus* (Ps.-)Lact. *De passione Domini* 33: "... simulata clientis / oscula, et insultus, et saeuae iurgia turbae". "Outrages".

989 *exercitata* Exercée par l'obligation de réfuter les hérétiques.

992 *de multis* Au neutre: sur beaucoup de points.
exerte "Hautement", c'est-à-dire: en définissant le dogme.

993 *hic ... animus* Le démonstratif annonce *vt*.

994 *vehementer* Rattaché à *aeditos*: "publiés avec une assurance passionnée".

997 *primae* Sous-entendu "partes": le premier rôle.

998 *suis definitionibus ... theologicas* Ce n'est pas un éloge; cf. *Hyperasp.* II, *LB* X, 1495 D: "... scholasticam theologiam quam Augustinus non aliter quam Iupiter Mineruam e cerebro suo genuit"; *Apolog. adv. monach. hisp.*, *LB* IX, 1058 D–E: "Diuum Augustinum proferam fontem et parentem omnis scholasticae theologiae, ...".

1 *interpretati sunt* Leurs "interprétations", cf. ci-dessus, l. 981.

4 *nec* Au sens de "ne ... quidem" comme l. 856 ci-dessus.
ipsi doctores Les Pères de l'Eglise énumérés ci-dessus.

5 *illi* Les modernes.

6 *illorum* Les Pères de l'Eglise.

8 *in confesso est* Le tour vient de Sen. passim.

9–10 *non assequi ... interpretari* Il suffit de feuilleter les *Annot.* pour y trouver à foison des exemples.

11–12 *multa dederunt ... affectibus* Au sens de: "accorder, concéder".

12 *exactiora* Des choses "trop précises, trop minutieuses".

14 *facias* Subjonctif délibératif: "que doit-on faire?".

16 *Christi ... cognitam* Pourtant Hier. rapporte que certains pensaient autrement et s'em-

dubitauit. Atqui quum in exponendo Scripturae loco Hieronymus et Augustinus consentiunt, Origenes et Ambrosius dissentiunt, non arbitror esse nephas id sequi quod videtur esse rectius, modo adsit christiana modestia, absit peruicacia. Nec ideo vacillat Scripturarum autoritas, si quem locum hic aut ille non assequitur, nec prorsus abrogatur doctorum autoritas, si cum iudicio et reuerentia legantur. Siquidem horum commentationes etiam quum ambigunt aut errant, praebent occasionem aliquid exactius inueniendi. Tanta autem est tamque inexhausta Scripturarum opulentia in mysteriis recondita, vt nunquam defuerit neque defuturum sit, quod rimetur eruatque studiosorum pia sedulitas, semper inconcussis fidei catholicae dogmatibus. Nec turpe est quamlibet magno doctori in quibusdam Scripturae locis ambigere, in quibus dam ingenue fateri: 'non intelligo', praesertim quum quaedam illic habeantur, | LB 1027 quae Spiritus Sanctus noluit ad plenum intelligi; quod genus sunt quae Dominus in Euangelio vaticinatur de consummatione mundi. Item quae Paulus scribit Thessalonicensibus: *Tantum nunc qui tenet teneat, donec de medio fiat.* Hunc locum Augustinus ingenue fatetur se non intelligere.

Porro in citandis Scripturarum testimoniis pro nostra virili annitendum est ne quid alio detorqueamus quam habet germanus Scripturae sensus, praesertim quoties pro fidei dogmatibus pugnamus aduersus haereticos. Videmus enim et veteres hac in parte sibi nonnihil indulsisse et recentioribus quibusdam vsu venire, vt, quum in scholasticis palaestris sint exercitatissimi, in allegandis Scripturarum testimoniis non perinde felices appareant. In causa esse suspicor, quod quidam ad certas difficultates, quae plus faciunt ad ostentationem, et eo magis in dies adlubescunt ingeniosis, quodammodo consenescant. Itaque verso rerum ordine fit interdum vt Aristoteles aut humanae rationes serio citentur, Scripturarum testimonia pro more potius quam ex animo. Sunt quaedam decantata ac velut in prouerbium versa, quae a parum attentis frequenter parum in loco adhibentur.

Quod genus est: *Regnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.* Hoc fere detorquent ad vigilias, inedias, reliquasque corporis afflictiones. Ac pia quidem sententia est exhortans vt vim faciamus cupiditatibus nostris, quae rebellionem moliuntur aduersus spiritum, vtque cum beato Paulo castigemus corpus nostrum et in seruitutem redigamus; verum is non est germanus eius loci sensus. Similiter quod Paulus Romanis scribit: *Rationabile obsequium vestrum,* huc deflectunt, quasi Apostolus admoneat moderandam esse corporis macerationem; et haec interpretatio rectum quidem habet sensum, sed a Pauli

23 et *O*: aut *BAS LB*.

ploie à les réfuter; Er. le rappelle dans ses *Annot.*, *LB* VI, 5 C–D. Il ne fait aucun commentaire lorsque *Mt.* 12, 46 parle des "frères" de Jésus; dans sa *Paraphr.* (*LB* VII, 76 D) il appelle les prétendus frères des "consobrini".

21 *ideo* Annonce *si* (comme "eo" ll. 959–960). *vacillat* Cf. à propos non plus des exégètes

anciens, mais de l'Ecriture elle-même et de ses contradictions éventuelles (*Annot. in Mt.* 2, 6, *LB* VI, 13 D): "Neque enim continuo forte vacillet totius Scripturae Sacrae auctoritas, sicubi varient vel in verbis vel in sensu, modo summa constet earum rerum de quibus agitur et vnde cardo pendet nostrae salutis".

26 *rimetur* Cf. l. 980.

28 *ambigere* Cf. ci-dessus, l. 1 "ambiguis", l. 23 sq. "ambigunt". Cf. *Annot.*, *LB* VI, 702 F: "Videbam Scripturam hac in parte, vt in plerisque, esse perplexam et ancipitem". Comme on sait, Luther considérait, lui, que l'Ecriture est toujours claire. Er. lui réplique dans l'*Hyperaspistes* en tirant argument des difficultés rencontrées par les Pères: "Quod si sola Grammatices peritia submouet omnem obscuritatem a sacris Litteris, qui factum est vt diuus Hieronymus Linguis omnibus instructus, sic passim haereat, sudet in explanandis Prophetis? ne quid alios commemorem, in quibus est et Augustinus, cui nonnihil tribuis" (*LB* X, 1263 C). Voir *Gramm. rhét.*, p. 544 sq.

31 *vaticinatur ... mundi* *Mt.* 24, 3 sq.; *Mc.* 13, 4 sq.; *Lc.* 21, 25 sq. Ce que Dieu a voulu tenir caché c'est le jour et l'heure (*Mt.* 24, 36; *Mc.* 13, 32: le Fils même l'ignore); le Christ précise seulement que la fin du monde arrivera "avant que cette génération passe".

32–33 2. *Thess.* 2, 7; Er. traduit: "Tantum qui tenet, in praesentia teneat, donec e medio tollatur" et annote (*LB* VI, 918 D): "Hunc locum exponunt de imperio Romano, quo soluto sit venturus Antichristus. Nonnulli de Nerone, quem putant aut resurrecturum ac futurum Antichristum aut in hoc sublatum asseruari, vt suo tempore prodeat. Quidam de fictis Christianis. Quibus de rebus accuratius disserit Augustinus libro *de Ciuit. Dei XX* cap. XIX".

33 *Augustinus ... non intelligere* Aug. loc. cit.: "Ego prorsus quid dixerit me fateor ignorare".

35 *alio ... quam* "Dans une autre direction que".

36 *quoties ... haereticos* A plusieurs reprises dans les *Annot.* Er. signale des passages mal interprétés ou même faussés pour mieux réfuter les Ariens. *Gramm. rhét.*, p. 490.

38 *scholasticis palaestris* "Les exercices scolastiques", relevant de la dialectique, voire de l'éristique, tels que "diatribe" (comme le *De libero arbitrio*).

39 *appareant* Non pas "apparaissent", mais "se révèlent avec évidence".

41 *ostentationem* "Etalage, parade", allusion sans doute aux "disputationes" qui donnaient l'occasion de victoires comme une sorte de tournoi.

43 *pro more* Comme "pro iure" ou "pro potestate": "en vertu de".

46 *Mt.* 11, 12; *fere* "En général".

47–50 *pia ... redigamus* Cf. 1. *Cor.* 9, 27: "verum subiicio corpus meum et in seruitutem redigo, ne quo modo fiat vt, quum aliis praedicarim, ipse reprobus efficiar" (trad. Er. *LB* VI, 710 A).

50–51 *germanus ... sensus* Celui-ci est expliqué *Annot.* (*LB* VI, 60 D–F): "vt inuaditur, siue occupatur, vel ob turbam irruentium ac vi conantium irrumpere, adeo iam vrgebat tempus Euangelii". Er. rapporte ensuite brièvement l'opinion d'Aug. et de "probatissimi auctores"; mais "Primum illud liquet, opinor, hoc loco 'regnum coelorum' dici nouam Euangelii doctrinam, ad quam iam vltro confluebat turba, ceu pertaesa Mosen. Nec enim in hoc vim patitur doctrina Christi neque vi rapitur, si nos vim admouemus affectibus nostris, sed magis vim facit". Telle est l'interprétation de Chrysostome, de Théophylacte et, à peu près, d'Hilaire. "Hoc sermone Dominus excludit murmur Iudaeorum, qui indignabantur, quod ad ipsis promissam Euangelii gratiam reciperet quoscumque; imo, inquit, non illos recipio, sed ipsi vobis cunctantibus irrumpunt".

51–52 *Rationabile ... vestrum* *Rom.* 12, 1 (*LB* VI, 628 A: "Obsecro igitur vos ... vt praebeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, acceptam Deo, rationalem cultum vestrum"; *Annot.* (*LB* VI, 628 E–F): "... 'rationalem' vocat non vt intelligas cultum moderatum, hoc est moderatam corporis macerationem, quemadmodum hodie passim citare solet Concionatorum vulgus, vt ipsis quidem videtur erudite, caeterum iis qui Graece norunt admodum ridicule, sed victimam viuam ac rationis compotem. ... Verum quid faciant vbi sententiae vis a Graeco pendet idiomate, et Interpres eius linguae prorsus ignarus est? 'Obsequium' hic posuit pro sacrificio siue cultu, idque suo more. Caeterum vt ostenderet Christianorum cultum dissimilem esse Iudaicis ceremoniis, quibus immolabant brutas pecudes, adiecit 'rationale', nimirum ipsum hominem sentiens, qui victima est rationalis, et ob id Deo acceptior, quum Iudaeorum pecudes apud Esaiam abominetur Dominus. Etc.".

mente longe alienum. Rursus locum qui est Deuteronomii cap. XXVIII: *Et erit vita tua quasi pendens ante te, et non credes vitae tuae*, quidam etiam veterum interpretati sunt de Christo crucifixo, quem Iudaei viderunt pendentem nec illi crediderunt, cui si credidissent, per eum vitam assequi poterant. Verum ipsa sermonis consequentia declarat alium eius loci sensum esse, videlicet Deum minari populo, si violent ipsius praecepta, fore vt ad gentes ignotas dispergantur, inter quas summa cum formidine viuant, semper expectantes ne occidantur, etiam si nemo paret occidere. Hanc Moses appellat vitam pensilem, cui diffiderent. Sic habet locus: *Erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis die ac nocte, et non credes vitae tuae.* Quod in medio positum est et quod praecedit et quod sequitur, exponit. Porro *credere* positum pro *confidere.* Fatebitur aliquis hunc esse germanum sensum, sed per allegoriam de Christo intelligi. Vitiosa est allegoria, cui repugnat sensus rectus. Nam si de Christo accipis, frustra additum est *quasi.* Et Iudaei non in alienis regionibus, sed in Iudaea viderunt Christum in cruce pendentem, nec illi crediderunt.

Recentiores quod habetur in Genesi: *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit vxori suae*, huc detorquent quasi his verbis prohibitum sit matrimonium inter parentes et liberos. Qui si vera praedicant, parum apposite citauit hoc testimonium Christus in Euangelio, in hoc allegans vt ostendat coniugii vinculum esse prorsus indissolubile. Item quod est in Deuteronomio et in Apocalypsi: *Nihil addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo*, quidam eo detorquent quasi nefas sit in aeditione Veteris Instrumenti fontes Hebraeorum aut translationes Graecorum consulere aut in Nouo ex Graecis codicibus petere vel lectionem synceriorem vel sensum magis germanum, quum multo aliud sentiat Scripturae locus. Imo qui collatione locorum ac praesidio linguarum rimatur germanum sensum, is vere implet quod iussit Moses. Contra qui ex Scripturae verbis perperam intellectis aliud pro alio interpretatur, is demum et aufert non verba, sed quod est maius, ipsam Scripturae mentem et addit quod Scriptura non agnoscit. Ad hanc rem |
LB 1028 plurimum momenti adferet linguarum peritia variaque diuersorum translatio, modo adsit iudicium ac delectus non sinister.

Iam, vt dicere coeperam, prisci doctores sibi nonnunquam permittunt vt Scripturae voces ad id quod agunt detorqueant, praesertim vbi pugnant aduersus haereticos aut exhortantur ad perfectionem. Exempla crebrius sunt obuia quam vellemus. Nonnulla tamen proferam, partim quo dilucidius fiat quod dico, partim quo cautius vitemus hanc licentiam.

Origenes in Homiliis quas scripsit in Lucam, quod est in Virginis Cantico: *Quia respexit humilitatem ancillae suae* sic interpretatur, quasi Maria suam praedicet modestiam, qua promeruerit fieri mater Dei, atque hoc commentum posteriores fere sequuntur, quum immodestiae sit suam ipsius praedicare modestiam. Imo his verbis sanctissima Virgo suam profitetur indignitatem, quemadmodum diuus Paulus profitetur se Apostolorum infimum atque etiam indignum Apostoli nomine. Neque enim haec humilitas declarat virtutem, sed

abiectam conditionem et, vt ita loquar, vilitatem. Id esse verum plane liquebit, si quis totius Cantici tenorem attentius obseruet. Qua de re quoniam alias sat diligenter admonuimus, non onerabimus hic lectorem pluribus verbis. Non mentiuntur, qui dicunt Virginem summopere placuisse Deo per insignem illam modestiam. Verum illa modestia magis exprimitur, si accipiamus ipsam profiteri suam indignitatem.

54–55 *Et erit ... vitae tuae* *Dt.* 28, 66 avec une coupure; le texte complet est cité ll. 62–63.

61 *pensilem* Le mot n'est pas dans la Bible, mais Er. le présente comme un synonyme de *quasi pendens ante te* (l. 62): "suspendue" et non pas stable, en équilibre.

63 *Quod in medio ... est* La phrase d'abord supprimée, puis rétablie: *Timebis die ac nocte* (ll. 62–63), dont le sens est direct et évident.
quod praecedit Sc. *Erit ... ante te* (l. 62).

64 *quod sequitur* Sc. *et non ... vitae tuae* (l. 63).
exponit A pour sujet *Quod in medio positum est* et pour compléments d'objet *et quod praecedit et quod sequitur*.
credere ... pro confidere Dans *credes* (l. 63).

64–65 *Fatebitur ... intelligi* Objection précédée d'une concession.

65–66 *Vitiosa ... rectus* Er. réfute l'objection.

66–67 *si de Christo ... quasi* Comme l'interprètent "quidam veterum" (l. 55) et "aliquis" (l. 64); le Crucifié a été réellement suspendu en croix: on ne doit donc pas prendre le mot *pendens* comme une allégorie, ainsi que le suggère *quasi*. Le passage ne concerne donc pas le Christ.

67 *in alienis regionibus* Ce qui est dit *Dt.* 28, 64: "disperget te Dominus in omnes populos, etc.".

69–70 *Gn.* 2, 24. Quels sont les modernes qui interprètent ce passage comme une interdiction de l'inceste? On peut au moins citer Thomas d'Aquin *STh* III, suppl. q. 54, art. 3: "... sed a prima sui conditione hoc habuit humana natura, quod pater et mater a matrimonio excluderentur; quod patet per hoc quod dicitur *Gn.* 2: 'Propter hoc relinquet homo patrem et matrem'; quod non potest intelligi quantum ad cohabitationem et sic oportet quod intelligatur quantum ad matrimonii coniunctionem" (ed. léonine, Rome, 1887, t. 5, p. 282).

72 *citauit ... Euangelio* *Mt.* 19, 5; *Mc.* 10, 7.

74–75 *Dt.* 4, 2; *Ap. Ioh.* 22, 19.

76–78 *aut in Nouo ... germanum* Cf. Lettre à Dorp, Ep. 337, Allen II, p. 109 sq., l. 713 sq.

79–80 *quod iussit Moses* Dans *Dt.* 4, 2 cité ci-dessus, ll. 74–75.

83 *linguarum peritia* Cf. livre II, *ASD* V, 4, p. 258, l. 254 sq.; p. 262, l. 340 sq.
variaque diuersorum translatio Er. ne présente nullement sa propre version comme la meilleure!

84 *sinister* "Maladroit, de travers".

85 *vt dicere coeperam* Cf. p. 202, ll. 34–36.

86 *id quod agunt* "La cause qu'ils plaident", "la thèse qu'ils soutiennent".

90 *Homiliis* Orig. *In Lucam hom.* 8, *PG* 13, 1821. Er. doute de l'attribution à Orig.

91 *Lc.* 1, 48. L'*Annot.* (*LB* VI, 225 F–227 B): "Vt intelligas 'paruitatem', non animi virtutem ... Nec est 'respexit humilitatem', sed 'aspexit ad humilitatem' ... vt sit contrarium ei quod est 'auersari', sitque sensus: 'Etsi sim infima ancilla', tamen non est auersatus me. Rideat qui volet has Grammatistarum annotationes, modo fateatur terque quaterque Theologos in his labi. Tolerabile, si tantum laberentur, nisi lapsui iungerent impudentiam calumniandi" (suit l'anecdote d'un théologien parisien) "Iam vero me non fallit esse qui occasione huius vocis 'humilitatem' multa praedicent de modestia, praesertim is qui mihi suspecto Origenis titulo scripsit Homilias in Lucam. ... Haec tam multa inter se congruentia satis declarant Mariam non praedicare suam modestiam, qua promeruerit fieri Mater Dei, sed Dei gratiam ac misericordiam erga ipsam et erga omnes extollere. Quanto melius ageretur cum re Theologica, si qui Theologiam absolutam profitentur, a linguacibus et Grammatistis comiter acciperent, quod illi pro sua qualicumque portione conferunt in medium et illis vicissim illa sublimiora mysteria fraterne communicarent, hoc maiore modestia, quo penitius ingressi sunt in eius philosophiae penetralia, quae dedocet fastum omnem ac supercilium, docetque summam tolerantiam erga imbecilles".

93 *immodestiae* Le sens usuel est: "excès, démesure"; Er. lui donne le sens de "immodestie".

95–96 *Paulus profitetur ... nomine* 1. *Cor.* 15, 9.

99 *alias* Cf. n.l. 91.

Minus quidem peccatur, quum, aberrantes a germano Scripturae sensu, quiddam adferimus quod aeque pium sit et aliis Scripturae locis continetur. Optimum tamen est, si fieri possit, nusquam a vera Scripturarum intelligentia deflectere.

Ita quum eiusdem loci variae feruntur interpretationes, non ea arripienda est quae maxime facit ad praesens argumentum, sed ea quam iudicaris esse germanam. Veluti quum beatus Hieronymus, aduersus Iouinianum efferens virginitatem, arripit hanc lectionem, μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ παρθένος, quasi tanta sit virginum dignitas, vt mulierum nomine non debeat censeri. Verum alibi fatetur hunc sensum non esse veritatis apostolicae. Possem innumera huius generis exempla proferre, sed admonitionem scribimus, non reprehensionem. Haec itaque docendi gratia dicta videntur sufficere.

Eadem synceritas praestanda est in explicandis allegoriis, in quo veteres aliquot sibi plus satis indulserunt, praesertim Origenes, qui multis videtur nimium libenter recedere a litera, quum ea sit basis ac fundamentum allegoriae. Ad Origenis exemplum frequenter accedunt Ambrosius et Hilarius, interdum et Hieronymus, quum huius verba sint in Mal. caput I, *vbi manifestissima prophetia de futuris texitur, per incerta allegoriae non* oportet extenuare quae scripta sunt. Origenem nonnihil excusat temporum ratio.

Olim ingens dissidium erat inter Iudaeos et Gentes, adeo vt Iudaei indignarentur quenquam ad Euangelii gratiam admitti, nisi circumcisus Mosi Legem profiteretur. Contra Gentes, odio superstitiosae ac superciliosae nationis, etiam a Lege abhorrebant adeo vt extiterint qui Vetus Testamentum in totum esse reiiciendum contenderent, nec ab eodem Deo proditum esse crederent a quo proditum est Nouum, videlicet offensi partim narrationum quarundam specie, quae parum videbantur consentaneae veris aut parum respondentes maiestati Scripturae Diuinae (qualis est tota fere conditi orbis historia; item Lya sponso nocte supposita pro Rachel et vnius noctis concubitus mandragora redemptus a sorore; amores ac vindictae Sampsonis; acerbitates minarum quas habet Deut. cap. XXVII), partim multitudine praescriptionum de lepra, de sacrificiis, de ciborum delectu, de vestitu, etc. quae prima fronte videntur ad superstitionem tendere magis quam ad veram pietatem, partim saeuitia vindicandi, si quid in his praetermissum fuisset, ac
LB 1029 duricia quorundam praeceptorum, quae non satis | humanitatis prae se ferunt, veluti quod legimus de diluuio et arca Noe, de tot milibus trucidatis ob erectum vitulum aureum, de tot milibus partim terra dehiscente absorptis, partim igni coelitus immisso exustis ob seditionem motam aduersus Aaron ac Mosen, de Acham lapidato totaque illius familia cum facultatibus igni consumpta ob pallium coccineum et nonnihil auri et argenti clam ex hostium praeda subreptum, de hoc quod iubentur tot gentes internecione delere perpetuoque auersari odio, de Oza subita morte percusso, quod arcam lapsuram porrecta manu sustentauerit. Alia sunt huius generis innumera, quum in Nouo Testamento sit simplex ac perspicua veritas, neque quicquam

quod superstitionem aut saeuitiam sapiat, sed synceritatis et mansuetudinis plena omnia.

Quemadmodum igitur Paulus, quo simul et Iudaeorum superstitionem corrigeret et gentibus persuaderet Legem Veterem nequaquam repudiandam, sed sanctam ac bonam esse, si recte intelligatur, post Christum typorum inuolucra explicuit et allegoriarum fontes aperuit, sic et Origenes, vir pius ac Paulini spiritus, quo Graecis commendaret Veteris Instrumenti libros, per allegorias ostendit etiam in illis, quae in speciem immitia ac superstitiosa videbantur, latere sensum euangelicum. Quo in studio si fuit immodicus, tempori est tribuendum. Quod sic a me dictum accipi velim, non vt in totum

123 Mosi *A B D BAS*: Moisi *C*, Mosis *LB*.
130 Lya *cett.*: Lea *LB*.
131 Sampsonis *cett.*: Samsonis *LB*.
132 caput XXVII *BAS LB*: caput XXVIII *O*.

109–111 ***beatus Hieronymus*** ... ***censeri*** Hier. *Adv. Iov.* I, 13, *PL* 23, 230: "Nunc illud breuiter admoneo in Latinis codicibus hunc locum ita legi 'Diuisa est virgo et mulier'" (1. *Cor.* 7, 33–34); Er. rappelle cette interprétation dans son *Annot.*, *LB*, VI, 691 B–C.

112 ***alibi fatetur*** En particulier dans la lettre à Eustochium, Hier. *Epist.* 22, 21, à laquelle Er. fait allusion dans son *Annot.*, LB VI, 691 B.

115 ***explicandis allegoriis*** Cf. p. 160, l. 141; p. 182, l. 615 sq.

119 ***huius verba*** ... ***Mal. caput I*** Hier., *PL* 25, 1551 A (sur *Mal.* 1, 10).

122–124 ***dissidium*** ... ***profiteretur*** *Act.* 15, 1–5.

124 ***superstitiosae*** Ils confondaient les rites et la piété.
superciliosae Ils se disaient le "peuple élu".

125–127 *Vetus Testamentum* ... *Nouum* Allusion sans doute à certains gnostiques comme Marcion connu à travers Tertullien, Irénée, etc.

127 ***offensi partim*** A ce mot correspondent d'autres ***partim***, ci-dessous, ll. 132, 135, 139.

129–130 ***tota*** ... ***historia*** *Gn.* 1, 1–10.

130 ***Lya*** ... ***Rachel*** *Gn.* 29, 23–24.

130–131 ***vnius*** ... ***sorore*** *Gn.* 30, 15–16. On attribuait à la mandragore aux fruits odoriférants des propriétés aphrodisiaques.

131 ***amores*** ... ***Sampsonis*** *Iudic.* 16, 4–30.

132 ***minarum*** ... *XXVII* Ce sont les douze malédictions de *Dt.* 27, 14–26.

133 ***de lepra*** *Lv.* 13–14; ***sacrificiis*** *Lv.* 1–7; ***ciborum delectu*** *Lv.* 11; ***vestitu*** Les habits d'Aaron et des prêtres: *Ex.* 28; au livre I, s'appuyant sur Hier. Er. propose une exégèse allégorique de ces prescriptions vestimentaires: *ASD* V, 4, pp. 94–104, ll. 278–453.

134 ***superstitionem*** Cf. ci-dessus, l. 124.

137 ***diluuio et arca Noe*** *Gn.* 6, 13 et 17; 21–23.

137–138 ***tot milibus*** ... ***aureum*** *Ex.* 32, 27–28.

138–140 ***tot milibus*** ... ***Mosen*** *Nu.* 16, 31–35.

140–142 ***de Acham*** ... ***subreptum*** *Ios.* 7, 19–26; ***coccineum*** "d'écarlate".

142 ***iubentur*** A pour sujet les Juifs.
gentes internecione delere L'expression se rencontre par ex. *Is.* 10, 7 (mais c'est Assour qui parle ainsi) ou *Ez.* 9, 5–8 (mais la colère de Yahvé s'abat sur Israël lui-même); elle est dirigée contre les ennemis d'Israël: *Nu.* 21, 35; *Dt.* 3, 3 et 7, 2: "percuties eas [= gentes] vsque ad internecionem, non inibis cum eis foedus, nec misereberis eas"; *Ios.* 10, 20 et 33; *Iudic.* 4, 16.

143 ***perpetuo*** ... ***odio*** Peut-être *Gn.* 43, 32; *Ioh.* 4, 9.

143–144 ***Oza*** ... ***sustentauerit*** 2. *Sm.* 6, 6–7.

146 ***superstitionem*** ... ***mansuetudinis*** Double antithèse: entre ***saeuitiam*** et ***mansuetudinis***, entre ***superstitionem*** "pratiques superflues" et ***synceritatis*** "sans mélange (de telles pratiques)".

149–150 *Legem Veterem* ... ***bonam esse*** Par ex. *Rom.* 7, 14 et 16.

150–151 ***typorum*** ... ***aperuit*** Par ex. *Rom.* 9, 6–13; 9–24, etc. Sur la différence entre "type" et "allégorie" voir p. 240, l. 920 sq. Er. établit donc une "lignée" Christ-Paul-Origène.

Origenem culpa liberem, sed vt venia dignus habeatur, vir alioqui multis magnisque virtutibus commendabilis.

Quanquam autem in his locis quorum allegoriam nobis non aperuit Canonicae Scripturae autoritas non imputatur crimen impietatis, si quis sedulo citraque contentionem adfert sententiam quam ibi fortassis non cogitabat is qui scripsit, modo pietati congruat quod adfertur, tamen, quantum humana industria praestari potest, bona fide cauendum est vt quod interpretamur quam minime sit violentum ac detortum. Id autem fieri nequaquam potest, nisi sensus historicus siue grammaticus, cui superstruitur allegoria, fuerit exacte perceptus ac perpensus. Etenim si in fundamento fuerit erratum, non potest quadrare quicquid superstruxeris. Imo quo fuerit operosior structura, hoc erit deformior atque absurdior.

Omnes veteres vno ore mysticum Canticum Salomonis per allegoriam accommodant Christo sponso et Ecclesiae sponsae. Hoc recentiores pertraxerunt ad sacratissimam Virginem Iesu matrem iuxta carnem. Nec deest quod tergiuersentur. Fatentur Canticum ad Christum et Ecclesiam pertinere, non tamen absurde per tropologiam applicari ad sponsi matrem, quae inter Christi sponsas primas tenet. Omnes autem piorum animae Christi sponsae sunt. Paulus in Ecclesiae corpore, secundum caput quod est Christus, primum locum tribuit Apostolis, qui fuerunt proximi sodales sponsi. Praeclarum autem erat inter sponsi sodales principatum tribuere Virgini matri. At sit eximia beatissimae Virginis dignitas, ac cedat huic etiam ordinis apostolici maiestas, multa tamen sunt in eo Cantico, quae parum verecunde castissimae Virgini tribuerentur, loquor iuxta sensum humanarum aurium, alioqui scio in eo argumento nihil esse non mysticum. Huius rei nullum pono exemplum, quod facile sint occursura, quisquis hoc Canticum vel semel legerit. Adde his, quaedam illic esse, quae parum congruant Virgini ab omni labe criminis immuni. Quod genus: '*Nigra sum, sed formosa*'. '*Nolite me considerare quod fusca sim*'. Et: '*Quaesiui eum et non inueni, inuenerunt me custodes ciuitatis*', etc. Verum vtcunque hic tergiuersetur aliquis, illud in confesso est, Scripturam Mysticam praeter omnium veterum interpretationem nonnihil deflexam a sensu germano. Quod si nobis permittimus, vt quicunque sermones in Mysticis Libris figurant Ecclesiam, eos ad Virginem matrem accommodemus, quemadmodum dicitur hortus conclusus, fons signatus, ita dicatur et arca Noe et domus in qua comedebatur phase, domus Raab, templum Salomonis, caulae ouium,
LB 1030 vnicum altare, | coenaculum in quo Christus celebrauit nouum phase, ciuitas Sion, coenaculum in quo discipuli acceperunt Spiritum Sanctum, et huius generis alia.

Durius est, quod quae in libris hagiographis dicta sunt de sapientia, qui iuxta sensum anagogicum est Filius Dei, detorquemus ad Virginem matrem. '*Ego ab initio et ante secula creata sum et vsque ad futurum seculum non desinam*'. '*Dominus creauit me initio viarum suarum*', etc. Non me fugit haec commento praedestinationis detorqueri ad Virginem, sed eadem ratione poterant ad

omnes homines pios accommodari. Huius generis est quod diuus Ambrosius in oratione funebri, multa quae in Cantico Salomonis dicuntur de Christo transfert ad corpus Valentiniani defuncti, plura ad animam illius, quae ibidem dicuntur de sponsa Ecclesia. Fateor hoc pio studio fieri, sed ego maluissem imperatorem absque Scripturarum violentia praedicari.

Beatus Augustinus non affectatione, sed interpretatione parum commoda deceptus, dum enarrat titulum Psalmi XXXIII quam violentis vtitur allegoriis! Titulus sic habet: *Psalmus Dauid quum mutauit vultum suum, coram Abimelech et dimisit eum et abiit.* Locus qui est primi Regnorum cap. XXI sic a Septuaginta redditus est: ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ καὶ προσεποιήσατο ἐν

189 hortus *editor*: ortus *cett.*
201 transfert *O*: confert *BAS LB*.
208 ἠλλοίωσε *editor*: Ηλλίωσε *O BAS LB*.

160 *citra contentionem* Ou bien: "effort", "tension" (interprétation forcée et artificielle) ou bien "conflit", "opposition" (avec le sens traditionnellement admis). Le premier sens s'accorde avec l. 163 "violentum ac detortum", et avec l. 166 "operosior".

164 *sensus ... grammaticus* Ce dernier mot est l'équivalent grec du latin "litteralis" plus employé. Sur "sensus historicus" voir p. 220, l. 451; p. 242, l. 945; p. 286, l. 894 et l. 905.

164–166 *superstruitur, fundamento, quadrare, superstruxeris, structura* Joignant l'exemple au précepte en quelque sorte, Er. développe une allégorie qui fait de l'exégèse allégorique une architecture.

168 *mysticum Canticum Salomonis* Le Cantique des Cantiques.

169 *recentiores* Par ex. Bernardus *Aquaeduct.* 2 (*Ct.* 2, 3); 6 (*Ct.* 8, 5; 4, 16).

171 *tergiuersentur* Voir p. 114, l. 216.

172 *tropologiam* Voir p. 220, l. 445; l. 463; l. 469 sq.
sponsi L'"époux" du *Ct.*, type du Christ. Mais comment la mère du Christ peut-elle être une de ses épouses?

174 *Paulus* 1. *Cor.* 12, 28.
secundum "Après"; voir p. 192, l. 838.

176 *sit* Sens concessif: "admettons que soit ...", corrélatif de l. 178 *tamen.*

177 *huic* Représente "dignitati".

181 *quisquis* "Pour quiconque a lu".
vel "Même".

183 *Nigra, fusca* Pris en un sens allégorique, comme symbolisant le péché, tache sur l'âme.

183–184 *Ct.* 1, 4 et 1, 5.

184 *Ct.* 3, 1 et 3.

185 *tergiuersetur* Voir ci-dessus, l. 171.

189 *hortus conclusus, fons signatus* *Ct.* 4, 12.
arca Noe *Gn.* 6, 14–22.

189–190 *domus ... phase* 2. *Chr.* 35, 11–12. *Phase* est la Pâque et l'agneau rôti qu'on mangeait alors.

190 *domus Raab* *Ios.* 2, 1; Raab est une "meretrix".
templum Salomonis 1. *Chr.* 22; 2. *Chr.* 3–6.
caulae ouium "Enclos pour les moutons" *Nu.* 32, 16; *Dt.* 28, 4; etc.

191 *vnicum altare* *Ex.* 20, 24.
coenaculum ... phase La Cène: *Mt.* 26, 20–29; *Mc.* 14, 17–25; *Lc.* 22, 14–23.

191–192 *ciuitas Sion* La forteresse de Sion à Jérusalem 2. *Sm.* 5, 7; etc.

192 *coenaculum ... Sanctum* *Act.* 2, 1–2.

194 *hagiographis* Livres de l'Ancien Testament autres que le Pentateuque et les Prophètes; ils sont onze.

195 *sensum anagogicum* Voir p. 220, ll. 445, 448 sq., 466 et p. 222, l. 474 sq.

196 *Sir.* 24, 14.

197 *Prv.* 8, 22. Ce qu'Er. rend par *creauit* est traduit par "possedit" dans la Vulgate (et auparavant dans les versions grecques d'Aquila, Symmaque et Théodotion); mais les LXX disent ἔκτισεν. Le mot hébreu a les deux sens.
haec Pluriel neutre; *commento* ablatif de "commentum" (idée, invention).

200 *oratione funebri* Ambr. *De obitu Valentiniani consolatio*, *PL* 16, 1376–1377. Il s'agit de l'empereur Valentinien II.

203 *violentia* Cf. ci-dessus, l. 163 et ci-dessous, l. 205.

204 *affectatione* "Recherche, affectation".

205 *enarrat ... XXXIII* Aug. *Enarr. in Ps.* 33, *Sermo* 1, *PL* 36, 300–307.

206–207 *Psalmus ... abiit* C'est là une traduction de LXX: τῷ Δαυίδ, ὁπότε ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐναντίον Ἀβιμέλεχ, καὶ ἀπέλυσεν αὐτὸν καὶ ἀπῆλθεν.

207–210 *Locus ... αὐτοῦ* 1. *Sm.* 21, 13 (partiel).

τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἐτυμπάνιζεν ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς πόλεως, καὶ παρεφέρετο ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Hunc ex Hebraica veritate sic reddidit Hieronymus: *Et mutauit os suum coram Achis, et collabebatur inter manus eorum, et impingebat in ostia portae.* Augustinus autem iuxta versionem e Septuaginta translatione ductam, legit hunc in modum: *Mutauit vultum suum coram eo, et affectabat, et ad ostia ciuitatis tympanizabat, et ferebatur in manibus suis.* Quoniam autem hic erratum est in fundamento, hoc est, in sensu historico, vide quot modis claudicat allegoria, quam Augustinus ad Christum accommodat. Primum quod est in titulo Psalmi: *Dimisit eum et abiit*, interpretatur quasi Dauid dimisso rege Achis abierit, quum sensus sit: Achis dimisit Dauidem, atque ille dimissus abiit. Est enim ἀπέλυσεν, ἀπολύει vero qui sinit aut iubet abire quempiam. Et huic sensui magis congruit allegoria, quod Christus, quem populus Iudaeorum pro insano reiecit (crux enim Iudaeis erat scandalo), per Apostolos Euangelii gratiam transtulit ad gentes. Deinde quod legit pro προσεποιήσατο *affectabat*, accommodat ad Christi desiderium, qui desiderio desiderabat sua morte redimere genus humanum, pie magis quam apte. Nam προσεποιήσατο illic idem est quod ὑπεκρίνατο, id est, *simulabat*, hoc est, aliud prae se ferebat quam erat res. Rursum quod legit, *ferebatur in manibus suis*, interpretatur de Christo, qui suum corpus et sanguinem in suprema coena suis manibus porrexit Apostolis suis dicens: *Accipite, comedite, hoc est corpus meum*, quum iuxta versionem Hieronymi longe sit alius sensus historicus, videlicet quod Dauid collabebatur inter manus volentium eum apprehendere, quasi parum consistens pedibus, quod est furentium et ebriorum. Est enim non ἐφέρετο, sed παρεφέρετο, quod est ferri impetu, quo non oportet. Iam vt demus verum esse quod verterunt Septuaginta, *ferebatur in manibus suis*, sensus historicus nihil habet absurdi. Quum enim simularet insaniam, fingebat se destitui pedibus, et manibus suis se sustentabat, corpore impingens in portam ciuitatis. At Augustinus hic recedit a litera. *Quomodo*, inquit, *intelligatur in ipso Dauid secundum literam, non inuenimus, in Christo autem inuenimus, quando commendans ipsum corpus ait: Hoc est corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis.*

Intolerabilius est quod quidam arcam Noe, quae iuxta veterum interpretationem typum habet Ecclesiae, detorquent ad Virginem matrem Iesu. Audiui ipse quendam, non theologum, sed sacro amictu, quem et morientes ambiunt, venerabilem, suo iudicio valde sapientem, in celebri festo Virginis, in templo primario, frequentissima concione, tota hora nihil aliud agentem vel satagentem potius quam vt to|tam arcae structuram, quae refertur in Genesi, per
LB 1031
allegoriam ad Virginem accommodaret, idque ea fronte eoque supercilio ac gestu, vt facile agnosceres hominem sibi videri rem egregiam ac praeclaram explicare. Dictu vero mirum quam sudarit, vt persuaderet in Virginem quadrare ligna leuigata, eaque intus ac foris oblita bitumine, trecentorum cubitorum longitudinem, quinquaginta latitudinem, triginta altitudinem, fastigium cubiti vnius, fenestram additam in summo, in imo additum ostium,

coenacula et triplicem contignationem, aliaque quae nihil necesse est singillatim et ad Ecclesiam accommodare. Quanquam beatus Petrus velut ansam porrexit antiquis, vt arcam interpretarentur Ecclesiam. *In diebus*, inquit, *Noe quum fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animae saluae factae sunt per aquam, quod et nos nunc similis formae saluos facit baptismus.* In baptismo mergitur homo vetus; in arca, quae est Ecclesia, salui fiunt electi. Non tamen oportet omnes

235 se *O*: sese *BAS LB*.

211 *Achis* La Vulgate a "eis"; mais voir Hier. *Quaest. Hebr. liber in Genesim* 13, *PL* 23, 1007 B.

221 *crux ... scandalo* 1. *Cor.* 1, 23: "Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam". Er. préfère ici un double datif.

223 *desiderio desiderabat* Cf. *Lc.* 22, 15; la *Paraphr.* (*LB* VII, 450 D) rend par "ingenti desiderio desideraui".

223–224 *sua morte ... genus humanum* Cela n'est pas exprimé dans l'Ecriture sous cette forme explicite. S'en rapproche le plus *Eph.* 1, 7 et 1. *Ioh.* 1, 7.

227–228 *Christo ... corpus meum* *Mt.* 26, 26.

231 *ebriorum* Cf. Diog. Laert. VII, 7, 183: "ἐν μέντοι ταῖς οἰνώσεσιν ἠσύχαζε παραφερόμενος τοῖς σκέλεσιν, ὥστ' εἰπεῖν τὴν δούλην 'Χρυσίππου μόνα τὰ σκέλη μεθύει'". Cette anecdote figure dans les *Apophth.* d'Er. (*LB* IV, 347 B): "In conuiuiis caetera quietus, tantum ex more agitabat crura. Vnde famula quae illi inseruiebat, dicere solebat: 'Chrysippi sola crura inebriari'".

232 *vt demus* "A supposer que nous admettions".

234 *simularet insaniam* C'est le sens de "simulabat" comme le confirment les versets suivants dans 1. *Sm.* 21, 14–15: "vidistis hominem insanum quare adduxistis eum ad me? an desunt nobis furiosi quod introduxistis istum vt fureret me praesente?" (Vulg.).

236–239 Aug. *Enarr. in Ps.* 33, *Sermo* 1, *PL* 36, 306.

240–241 *quidam ... detorquent* Cf. p. 208, l. 163 *detortum*; p. 230, l. 688; p. 232, l. 719. Pour l'Arche comme symbole de l'Eglise voir *PL* 1, 696; 4, 503; 9, 874; 33, 847; 37, 1358.

242–243 *sacro amictu ... venerabilem* Cf. *Coll.* 'Exequiae seraphicae', *ASD* I, 3, p. 687, ll. 40–42: "... Eusebius ... totum sanctissimi Francisci amictum induit, raditur, accipit cucullam cinericiam, vestem eiusdem coloris, funem nodosum, fenestratos calceos". Le prédicateur était donc un Franciscain.

243 *celebri festo* Annonciation? Assomption? etc. L'adjectif signifie: "célébré par une foule nombreuse".

243–244 *templo primario* Aucun détail ne permet de préciser.

244 *agentem* "Plaider, discourir"; *satagentem* "S'agiter, se démener". Le calembour vient de Quint. *Inst.* VI, 3, 54: "Afer venuste Manlium Suram, multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deiicientem et reponentem, non agere dixit, sed satagere".

245 *in Genesi* *Gn.* 6, 14–16: "Fac tibi arcam de lignis leuigatis, mansiunculas in arca facies et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus, et sic facies eam; trecentorum cubitorum erit longitudo arcae, quinquaginta cubitorum latitudo, et triginta cubitorum altitudo illius; fenestram in arca facies et in cubito consummabis summitatem; ostium autem arcae pones ex latere deorsum; cenacula et tristega facies in ea". Sur l'Arche voir déjà livre II, *ASD* V, 4, p. 296, ll. 139–140; p. 298, l. 197 sq.

249 *leuigata* "Polis, lisses".

252 *triplicem contignationem* Correspond au "tristega" de Vulg.; le mot est dans Hier. *Comment. in Ir.* 4, 22, v. 12 sq., *PL* 24, 814 A.

253 *ansam* Voir *Adag.* 304 (*ASD* II, 1, p. 411, l. 113): "Ansa est, qua quippiam prehenditur ac tenetur"; parmi les expressions métaphoriques qui utilisent le mot, Er. en cite plusieurs de Plat. où il traduit le verbe par "praebere".

254–256 1. *Petr.* 3, 20–21. C'est le texte de la Vulgate où "vos" a été remplacé par *nos* conformément au texte grec. Mais la *Paraphr.* (*LB* VII, 1094 E) reprend "vobis"; on n'y rencontre pas le mot *Ecclesia* (l. 257), mais par trois fois "Euangelio".

historiae partes ad allegoriam pertrahere. Quomodo vero quadrabit in Virginem, quod octo homines cum omni genere animantium, exceptis piscibus, ingressi sunt arcam? Quid autem fructus ex ea concione retulit populus? Fructus nihil, taedii permultum. Ibi profecto sum admiratus christianae concionis patientiam, qua vir ille satis impudenter abusus est.

Quin et diuus Hieronymus hac in parte nonnihil indulget sibi, praesertim quum omni armorum genere depugnat cum aduersario, aut quoties plenis velis fertur in laudem virginitatis, aut quae huic proxima est viduitatis. Vnum atque alterum locum exempli causa proferam.

Scribens ad Gerontiam aduersus viduam iterantem coniugium, citat illud Hieremiae: *Facies meretricis facta est tibi, impudorata es tu.* Neque enim illic propheta quicquam agit de digamia aut polygamia, sed gentem Israeliticam, quae ad idolorum cultum et omnem impietatem, neglecto Deo, semet auerterat, confert mulieri quae relicto viro legitimo prostituit se multis amatoribus. Qua fronte ergo tam atrox conuitium detorquetur in christianam foeminam, quae concessis vtitur, perseuerans in sancta religione? Nec interim quaecunque denuo nubit, libidinis causa nubit: fieri potest vt optet prolem, fieri potest vt quaerat domus suae gubernatorem aut inopiae nutricium. Sed fac incontinentiae quaeri remedium, longe aliud est obfirmata impietas, aliud humanae carnis infirmitas. Denique culpa venialis non diuellit nos ab amicitia Dei. Alioqui nullus haberet Deum propitium.

Huc accommodat et quod est Geneseos sexto, digamiam inter immunda animalia, imo inter serpentes ponens. Non iam excutio quid discriminis sit inter homines et animalia, rursus inter munda et immunda, inter quadrupedia, volatilia et reptilia. Mihi immunda, in quibus sunt et reptilia, videntur notare tinctos quidem baptismo, sed corrupte viuentes, qui tamen in Ecclesia largius accepta, seruantur in spem resipiscentiae, vt conueniat hic typus cum parabola euangelica, qua sagena referta bonis et malis piscibus trahitur ad littus. Itaque dure dicitur serpens, mulier quae nupsit iterum, vtens Apostoli consilio: *Adolescentiores viduas volo nubere.* Quod si serpens est, quisquis imperfectus est, et virgines erunt serpentes atque adeo Christiani pariter omnes.

Eodem adducit Pauli locum ad Timotheum. Magnam domum quidam interpretantur hunc mundum, sed largiamur per magnam domum intelligi Ecclesiam. In hac vasa aurea sunt, insigni pietate praediti, argentea probi quidem et illi, sed notae inferioris, atque haec quidem honestis vsibus deputata sunt. Lignea et fictilia quae dicuntur in contumeliam facta, sunt haeretici, schismatici et impie viuentes, quos tamen tolerat Ecclesia in spem poenitentiae, id quod indicat Apostoli sermo qui subiicitur: *Si quis igitur se mundauerit ab istis, erit vas in honorem.* Et quemadmodum ollae fictiles ac matulae vasa sunt ignominiosa, tamen ad totius domus vsum necessaria sunt,
LB 1032 sic haereticorum improbitas et persequutorum saeuitia per occasionem mul|tum vtilitatis attulerunt Ecclesiae Christi, dum illi pios exercent ad eruditionem, hi

262 *concionis* La foule des auditeurs. 263 *hac in parte* L'exégèse allégorique.

267 *Scribens ad Gerontiam* Hier. *Epist.* 123, 9, *PL* 22, 1052. Le nom s'écrit aussi Geruntia, Ageruchia (*PL*), Acherusia, Acherundia!

268 *Ir.* 3, 3; Vulg.: "frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere"; la traduction reproduite par Er. est celle de Hier. dans la lettre commentée, *PL* 123. Le mot *impudorata* est aussi chez le traducteur antique d'Irénée, livre III, ch. 21 (jadis ch. 25), 3 qui traite de l'interprétation de l'Ecriture: "... vere impudorati et audaces ostenduntur, qui nunc volunt aliter interpretatione facere, etc." (ed. Stieren, Leipzig, 1853, p. 535).

269 *digamia aut polygamia* Il s'agit bien sûr de remariage après veuvage.

271 *relicto viro* C'est plutôt l'inverse: "Vulgo dicitur, si dimiserit vir vxorem suam et recedens ab eo duxerit virum alterum, etc." (*Ir.* 3, 1).

271–272 *prostituit ... amatoribus* "Tu autem fornicata es cum amatoribus multis" (*Ir.* 3, 1 suite).

275 *nutricium* Au masc. "quelqu'un qui nourrisse".

276 *fac* "Suppose que", "admettons que"; cette concession s'oppose au *longe aliud* qui suit.

277 *venialis* Le péché véniel, qui mérite le pardon, s'oppose au péché mortel qui nous exclut de la grâce divine; l'une des "erreurs" de Martin Luther relevées par la bulle de Léon X en 1520 commence par "Nullo modo praesumas confiteri peccata venialia, sed nec omnia mortalia, quia impossibile est vt omnia mortalia cognoscas".

277–278 *ab amicitia Dei* C'est-à-dire de sa grâce, à la différence du péché mortel.

279 *Geneseos sexto* *Gn.* 6, 12: "cumque vidisset Deus terram esse corruptam, omnis quippe caro corruperat viam suam super terram".

279–280 *digamiam ... ponens* Hier. *Epist.* 123, 9, *PL* 22, 1052.

281 *munda et immunda* Cf. *Gn.* 7, 2: "Ex omnibus animantibus mundis tolle septena septena masculum et feminam, de animantibus vero non mundis duo duo masculum et feminam". Hier. en parle loc. cit.

281–282 *quadrupedia, volatilia et reptilia* Cf. *Gn.* 6, 20: "de volucribus iuxta genus suum et de iumentis in genere suo et ex omni reptili terrae secundum genus suum".

283–284 *Ecclesia largius accepta* Sur les acceptions diverses du mot voir *Gramm. rhét.*, pp. 692–695.

285 *sagena ... ad littus* *Mt.* 13, 48 (trad. Er. *LB* VI, 76 C): "Quod quum impletum fuisset, subduxerunt in littus et sedentes collegerunt quae bona sunt in vasa, etc."; (*Paraphr.*, *LB* VII, 81 E–F): "Quam cum iam senserint impletam, tum ad littus pertrahunt, iamque sedentes in sicco, bonos pisces seligunt ac recondunt in vasa ... Nec sinent amplius malos bonis admixtos intra eandem sagenam, sed ex meritis, non ex professione, quemque existimabunt".

286 *dure dicitur* Par Hier.

287 1. *Tim.* 5, 14 (trad. Er. *LB* VI, 942 A): "Volo igitur iuniores nubere"; *Paraphr.* (*LB* VII, 1051 B): "Ob has causas tutius esse duco, vt viduae iuniores potius nubant maritis, cuius auctoritate et sexus et aetas imbecillior temperetur"; Er. n'introduit pas la notion de "veuves", car il en est question dans les versets précédents 11 sq.

289 *adducit* Sc. Hier. *Ad Timotheum*; 2. *Tim.* 2, 20 (trad. Er. *LB* VI, 958 A): "Caeterum in magna domo non tantum sunt vasa aurea et argentea, verum etiam lignea ac testacea et alia quidem in honorem, alia vero in contumeliam". Er. ne dit point quels sont les *quidam* qui interprètent la maison comme étant le monde; dans sa *Paraphr.* (*LB* VII, 1062 B) il choisit "l'Eglise": "Optandum quidem votis omnibus, ne quid oboriretur huiusmodi pestium in Ecclesia. Sed fieri non potest quin in tanta hominum multitudine quosdam improbos feramus bonis admixtos. Sic in ampla diuitis domo, etc."; on peut remarquer que si l'on prend "Eglise" au sens large (l. 283) la différence entre celle-ci et "monde" est fort réduite.

294 *haeretici ... tolerat Ecclesia* Cela ne décrit pas un état de fait, l'Eglise au temps d'Er. brûlait les "hérétiques" (par ex. Louis de Berquin son traducteur); cela décrit l'attitude chrétienne; cf. *Gramm. rhét.*, p. 661 avec les *Paraphr.* de *Mt.* 13, 39; de *Lc.* 6, 45.

295–296 2. *Tim.* 2, 21: la Vulgate à très peu près.

298 *haereticorum ... saeuitia* La "perversité" des hérétiques (voir *Gramm. rhét.*, pp. 1129–1139) et la cruauté des persécuteurs sont mises sur le même plan; ces derniers sont ceux qui ont persécuté l'Eglise, les Néron, les Décie, les Dioclétien, comme dans le titre de Lactance; mais on peut se demander si les persécuteurs des "hérétiques" ne sont pas, aux yeux d'Er., inclus eux aussi dans cette désignation.

299 *ad eruditionem* En obligeant à s'instruire pour pouvoir réfuter les thèses hérétiques. Er. a peut-être ici présent à l'esprit le passage de 1. *Cor.* 11, 19: "Oportet haereses esse". Thème fréquent chez Aug.

ad patientiam ac mansuetudinem. Quo igitur iure quae bis nubit matulae comparatur? Quod autem Paulus illic agit de haereticis, declarant quae praecedunt: *Ex quibus est Hymenaeus et Philetus, qui deuiauerunt a veritate, dicentes resurrectionem iam factam esse, et fidem quorundam subuerterunt.* In hunc sensum et grauissimi doctores Apostoli sermonem interpretantur.

Adnectit his parabolam euangelicam: *Nam quum*, inquit, *in semente terrae bonae, centesimum et sexagesimum et trigesimum fructum Euangelia doceant, et centenarius pro virginitatis corona primum gradum teneat, sexagenarius pro labore viduarum in secundo sit numero, tricenarius foedera nuptiarum ipsa digitorum coniunctione testetur, digamia in quo erit numero? Imo extra numerum. Certe in bona terra non oritur, sed in vepribus et spinetis vulpium, quae Herodi impiissimo comparantur, vt in eo se putet esse laudabilem, si scortis melior sit, si publicarum libidinum victimas superet, si vni sit prostituta, non pluribus.* Hunc in modum Hieronymus studio castitatis velut aestu quodam propemodum abreptus in Tertulliani scopulos impingit. Atqui huius parabolae allegoria non est eadem apud interpretes. Siquidem Origenes primum locum tribuit martyribus, proximum virginibus, tertium coniugatis. Quod si foedera nuptiarum tertium gradum obtinent, quomodo est extra numerum, quae est in foedere coniugii? Iam si velimus ad ordinem quem Paulus indicat accommodare parabolam, qui primas tribuit Apostolis, proximas prophetis, tertias doctoribus, quartas virtutibus, quintas gratiae curationum, sextas opitulationibus, septimas gubernationibus, octauas generibus linguarum, nonas interpretationibus sermonum, vbi erunt etiam monogami? An in nullo numero? Imo vbi quarti vsque ad nonum quando parabola euangelica tres tantum bonae terrae gradus habet? Quod si digamia nullo in numero est, nec oritur in terra bona sine causa damnatus est Tertullianus, quod digamiam excludere tentarit ab Ecclesia; et rem impiam docet Paulus, qui adolescentiores viduas vult nubere ac matresfamilias fieri et filios procreare. Ad haec, si mala terra sunt, et cum impiissimo Herode vulpibus comparantur, quicunque curis seculi distringuntur, eodem titulo censebuntur et prima nuptiarum foedera, quae Hieronymus bonam terram appellauit. De vtrisque enim ita loquitur Apostolus: *Alligatus es vxori, noli quaerere solutionem; solutus es ab vxore, noli quaerere vxorem; si autem acceperis vxorem non peccasti, et si nupserit virgo non peccat. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi.* Tribulationem autem carnis appellat curas externas, quas secum trahit coniugium, velut cum affinibus necessaria commercia, marito debitum obsequium, fidem vxori debitam, solicitudinem alendorum, educandorum et elocandorum liberorum. Atqui hae curae adeo non sunt malae, vt crimen sit eas non obire, modo hactenus gerantur, vt non auocent a pietate; tum enim demum incipiunt esse spinae, quae suffocant verbum ne fructum exerat. Alioqui et vidua si liberos habet, cogitur huiusmodi curis aliquam sui partem dare. Quod si ob id digamia comparatur malae terrae spinis ac vepribus obsitae, quod externam adferat solicitudinem, facit idem virginis coniugium, quod Hieronymus ad trigesimum fructum existimat pertinere.

Simplicior est allegoriae ratio, si per centesimum fructum accipiamus summam pietatem, per sexagesimum mediocrem, per tricesimum infimam. At non statim malum est quod infimum est. Vbicunque enim est ordo, ibi summum, medium et infimum sit oportet, quae res sunt et inter Angelos et Apostolos. Rursum si malae terrae deputatur quod imperfectum est, hoc ipsum si virgo

300 *patientiam* La capacité à supporter la souffrance.
mansuetudinem La douceur qui sait pardonner.

301–302 *quae praecedunt* La "tenor" ou continuité permet de déterminer le sens d'un passage; cf. p. 201, n.l. 979.

302–303 2. *Tim.* 2, 17–18; Er. dans sa propre trad. conserve le présent "subuertunt".

305 *Adnectit* Toujours pour sujet Hier. loc. cit.

305–312 *Nam quum ... non pluribus* Ibid. Citation: *Mt.* 13, 8.

310 *quae Herodi ... comparantur* L'antécédent du relatif est *vulpium*; voir *Lc.* 13, 32; *Paraphr.* (*LB* VII, 399 C): "vulpi illi qui versutia humana credit se aliquid posse aduersus consilium Dei". On note qu'Er. fait de *vulpes* un masculin par inadvertance (ou coquille).

313 *Tertulliani scopulos* Tert. condamne le remariage après veuvage dans le *De exhortatione castitatis* et (après sa séparation d'avec l'Eglise) dans le *De monogamia*; on sait que Tert. se "convertit" à l'hérésie montaniste: c'est ce qu'Er. appelle "ses écueils".

315 *Origenes* On n'a trouvé aucune confirmation ni dans *PG* ni dans Cabrol-Leclercq-Marrou, *Dict. archéol. chrét. et liturg.*, 15, 1e partie, art. "Saint", ni dans Denzinger-Schönmetzer.

318–321 *Paulus ... sermonum* 1. *Cor.* 12, 28 et 29; les *interpretationibus sermonum* n'apparaissent que dans le verset 30.

322 *in nullo numero* Ce dernier mot a le sens de "rang, place" comme l. 317; cf. Cic. *Brut.* 117: "nullo in oratorum numero esse".
vbi quarti Sous-entendu "numerus est": "où est la place du quatrième" (dans la hiérarchie de 1. *Cor.* 12, 28).

323 *parabola ... habet* Voir ci-dessus, ll. 305–309 d'après *Mt.* 13, 8.

324–325 *sine causa ... ab Ecclesia* A la différence de beaucoup d'autres Tert. n'est pas devenu hérétique par l'effet d'une condamnation émanant des autorités ecclésiastiques: c'est lui qui a quitté et pour ainsi dire condamné l'Eglise. La question de la "monogamie" en a été la raison; voir Aug. *De haeresibus* 86, *PL* 42, 47.

325–327 *rem impiam ... procreare* Réfutation par l'absurde de l'exégèse de Hier.

327 *mala terra* Attribut, le verbe *sunt* ayant pour sujet *quicunque ... distringuntur.* Voir *Mt.* 13, 5: "alia autem ceciderunt in petrosa, ...".

328 *eodem titulo* C'est-à-dire: *curis seculi distringuntur.*

329 *censebuntur* "Seront évaluées; *et* adverbe.

330–333 1. *Cor.* 7, 27–28; Er. traduit par "afflictionem in carne" ce que la Vulg. rend par *tribulationem carnis.* L'*Annot.* (*LB* VI, 689 F n. 27) explique: "incommoda huius mundi, velut lites cum affinibus, curam liberorum, sollicitudinem rei domesticae, et id genus alia sexcenta quae matrimonium comitantur. Paulus enim suo more *carnem* vocat quod pinguius est et crassius, et ab illa diuini Spiritus puritate simplicitateque recedens". On comparera avec ici ll. 333–336.

336 *elocandorum* "Placer au-dehors"; semble faire allusion au souci de marier convenablement ses enfants.

338 *spinae ... verbum* Cf. *Mt.* 13, 7: "alia autem ceciderunt in spinas et creuerunt spinae et suffocauerunt ea".

340 *id* Annonce *quod ... adferat solicitudinem* (l. 341).

343 *ratio* Le "compte", le "chiffrage".

345 *statim* "Automatiquement", "de ce seul fait", sens fréquent chez Er.

346 *inter Angelos* Ps.-Dion. (l'Aréopagite) distingue trois ordres dans la hiérarchie des anges, chaque ordre comprenant à son tour trois étages: Séraphins, Chérubins, Trônes (*Hierarch. coelest.*).

346 *Apostolos* Répartis en trois groupes dans l'ordre: Pierre, André, Jacques et Jean; Philippe, Barthélemy, Matthieu et Thomas; Jacques, Thaddée, Simon et Judas (*Mt.* 10, 2–4; voir *Dict. du NT*).

347–348 *hoc ipsum ... castitatis* Ce ne serait donc pas le remariage, mais le premier mariage qu'il faudrait condamner; *hoc ipsum* annonce la subordonnée par *si* qui joue le rôle d'une complétive (voir Ernout-Thomas, § 379 fin).

nubat, defluit a perfectione perpetuae castitatis. Praeterea si generatio et educatio liberorum, quoniam absque solicitudine non geritur, ad infrugiferam terram pertinet, quomodo Paulus dicit mulierem fieri saluam per filiorum LB 1033 generationem ac fidelem educationem? Nam id | subindicat quum addit, *si in fide permanserint*. Minus itaque coactum erat, si fructum centesimum, sexagesimum ac trigesimum, non ad professionum formas, sed in omni vitae genere ad animorum puritatem referamus. Sunt virgines fatuae, quae a sponsi thalamo excluduntur, sunt virgines squalidae, quae vix trigesimum adferunt fructum, sunt coniugatae, quae centesimum adferunt.

Eodem accommodat, quod Lamech primus omnium memoratur duxisse duas vxores, atque hunc vult esse typum haereticorum, qui vnicam Ecclesiam in plures diuidunt. Hoc quid attinet ad mulierem, quae defuncto marito nubit alteri, quum Lamech simul duas duxerit vxores, Ada et Sella? Hieronymus appellat illum maledictum, quod vnde hauserit nescio, certe si fuit execrabilis, non ob hoc fuit, quod duxerit duas vxores, sed quod fuerit homicida, quemadmodum Cain. Quod si maledictus erat, qui duas habebat vxores, quid dicemus de laudatissimis patriarchis, Abraham, Isaac et Iacob, quid de Dauide, qui cum haberet plures vxores, Michol Saulis filiam repudiatam et post repudium alteri nuptam, rursus ad se reuocauit. Quomodo autem potuit dici Lamech maledictus, legitimo coniugio obseruans praeceptum Domini: *Crescite et multiplicamini et replete terram*.

Porro quoniam vbi semel a synceritate Scripturarum discessum est, pluribus opus est furcis, vt id quod vi detortum est suo tueamur loco; vt ostendat hoc praeceptum: *Crescite et multiplicamini* ante diluuium et post diluuium valuisse, post aeditum Euangelium non item, adducit illud Pauli: *Tempus breue est*, et illud Ioannis Baptistae: *Iam securis ad radices arborum posita est*, quae syluam Legis et nuptiarum euangelica castitate succidat, item illud Ecclesiastae: *Tempus amplexandi, et tempus longe fieri a complexibus*. Atqui Paulus non ideo commemorat tempus esse breue, vt abstineretur a coniugio, sed vt qui vxores haberent, haberent eas quasi non habentes, hoc est, ne sic essent vxorii, vt studium pietatis voluptatis gratia negligerent. Atque hic Pauli sermo pertinet non ad digamos proprie, sed ad omne matrimonium, vel ad omnia potius humanae vitae negotia. Qui vrgent de coniugio, quin eadem opera vrgent de ementibus et possidentibus? An hodie qui se mundo mortuos profitentur, emunt tanquam quod emptum est non possideant? Nec illa securis qua Iudaeos terret Ioannes, succidit Legem et nuptias, sed carnales cupiditates; nec a coniugio reuocauit Ioannes, sed ad poenitentiam inuitat. Iam si tempus amplexandi pertinet ad Veterem Legem, tempus abstinendi a complexibus ad Nouam, non digamia tantum, sed omne coniugium interdictum erit Christianis.

Huiusmodi permulta sunt in scriptis veterum, quae si pergam omnia commemorare, nascetur ingens volumen. Quanquam autem haec Scripturas detorquendi ratio excusabilior est in exhortando, dehortando aut consolando

quam in docendo aut in conuincendis haereticis, tamen optabilius est nusquam a Scripturarum germana sententia recedere. Huc pro viribus annitenti, si quid secus acciderit, par est paratam esse veniam, iis qui consulto id faciunt

366 rursus *cett.*: post *A*.
376 *alt.* vt *om. O*.
388 scriptis *A*: scripturis *B–D BAS LB*.

349 *infrugiferam* Un ancien scoliaste d'Hor. *Carm.* II, 15, 4 emploie cet adjectif à propos d'un arbre (platane) stérile.

351–352 1. *Tim.* 2, 15 (trad. Er.): "Salua tamen fiet per generationem liberorum, si manserint in fide ac dilectione et sanctificatione cum castitate"; l'*Annot.* (*LB* VI, 933 B–E, n. 21) fait remarquer l'erreur de Vulg. qui traduit au singulier "si permanserit"; Er. s'appuie sur l'autorité de plusieurs Pères, puis: "Pudet autem vel ipsius nomine hoc loco referre, quae Thomas Aquinas commentetur in haec Pauli verba, quam se torqueat, quot rimas quaerat, quibus elabi possit. Qui volet ipse conferat et intelliget quid sit scribere commentarios in Nouum Testamentum, non consultis Graecis exemplaribus". (L'Aquinate développe l'idée qui découle de "permanserit" avec pour sujet la mère.)

353 *professionum formas* Virginité, veuvage, mariage.

354 *fatuae* Allusion aux "vierges folles" de *Mt.* 25, 2; si elles ne se marient pas ce n'est pas par attachement à la chasteté, mais parce qu'aucun mari ne veut d'elles: *a sponsi thalamo excluduntur*.

355 *squalidae* Voir *Thr.* 1, 4 (à propos de Sion): "... virgines eius squalidae et ipsa oppressa amaritudine"; le mot signifie ici: "en vêtements de deuil".

357 *accommodat* Le sujet est toujours Hier. (dans la lettre 123, 9).
Lamech Fils de Mathusalem, père de Noé (*Gn.* 5, 23–31): "qui accepit vxores duas, nomen vni Ada et nomen alteri Sella".

362 *homicida Gn.* 4, 23 Lamech chante: "occidi virum in vulnus meum et adulescentulum in liuorem meum. Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies".

364 *Abraham* Eut de sa femme Sarah un fils Isaac et de sa servante Hagar un autre fils Ismaël (*Gn.* 21, 1–9). Il eut une autre femme Cetthura (25, 1) et des concubines (25, 6).
Isaac Eut pour femme Rebecca (24, 67) et point d'autre; peut-être Er. confond-il avec Esaü qui prit pour femmes en même temps Judith et Basemath (*Gn.* 26, 34).
Iacob Epousa Léa puis sa sœur Rachel; restée stérile celle-ci poussa dans le lit de Iacob sa servante Bilhal (29, 16–30; 30, 4).

365 *Dauide ... plures vxores* David épousa Michol fille de Saül (1. *Sm.* 18, 27), Abigaïl veuve de Nabal (1. *Sm.* 25, 39–42) et Ahinoam (1. *Sm.* 25, 43), d'autres femmes et concubines (2. *Sm.* 5, 13–15); Michol épouse Palti quand David prend Abigaïl pour femme (1. *Sm.* 25, 44); David redemande Michol (2. *Sm.* 3, 13–16), etc.

368 *Gn.* 9, 7 (à Noé et à ses fils au sortir de l'arche). Lamech engendra Noé (*Gn.* 5, 28), puis "filios et filias" (*Gn.* 5, 30).

370 *furcis* "Etançons", pièces de bois placées verticalement pour soutenir un mur, etc.
ostendat A pour sujet Hier. de même que *adducit*; Hier. *Epist.* 123, 13.

372–373 1. *Cor.* 7, 29; la suite du verset dit: "reliquum est vt qui habent vxores tamquam non habentes sint".

373 *Mt.* 3, 10; *Lc.* 3, 9; c'est Jean-Baptiste qui s'adresse ainsi aux Pharisiens venus le voir baptiser.

375 *Eccl.* 3, 5.

378 *vxorii* Empressés auprès de leurs femmes.

380–381 *vrgent ... vrgent* "Pressent", "se montrent exigeants envers", le complément d'objet sous-entendu signifiant: "les Chrétiens".
eadem opera "Du même coup, par la même occasion" (Plaute).

381–382 *se ... profitentur* Les moines. Cf. ci-dessus, p. 186, l. 707 sq.

384 *Ioannes* Jean-Baptiste dans le passage considéré (l. 373).

390 *exhortando ... consolando* Qui relèvent du "mouere" ou "flectere": l'action sur les "affectus".

391 *conuincendis* "Démontrer l'erreur de".

392 *annitenti* Participe substantivé.

393 *secus acciderit* Euphémisme; "tourne mal" pour "s'ils se fourvoient" s'ils tombent dans l'erreur (comme Hier. et Aug. dans les exemples qu'a analysés Er.); Cic. *Fam.* VI, 21, 2: "etiam si secus acciderit".

non item. In antiquis vero qui alioqui pleraque docte ac syncere tractant in Diuinis Voluminibus, aequum est huiusmodi naeuos dissimulare potius quam imitari. Expedit tamen haec commonstrasse, non vt suggillemus viros optime meritos de religione christiana, quorum memoriam optimo iure vt sacrosanctam veneramur, sed vt ecclesiasten ad syncere tractandas Scripturas reddamus instructiorem.

Nunc quando ipse sermonis cursus nos huc propemodum deduxit, non videtur intempestiuum de ratione allegoriarum disserere. Quanquam diuus Augustinus abunde de iis tradidisse videtur, in libris De doctrina christiana, et nos olim in Methodo nonnulla attigimus, non grauabimur tamen de iisdem, quantum ad praesens institutum satis erit admonere. Metaphora fons est complurium troporum, collationis, imaginis et abusionis, aenigmatis, allegoriae, prouerbii et apologi, et si qui sunt alii huic affines generi. |

LB 1034 Metaphora autem, vt in superioribus attigimus, est, quum alicuius commodi gratia receditur a verbis propriis ac per similitudinem aliunde translatitia mutuamur. Ea potest in vno verbo esse, vt quum dicimus 'iuuentutem hominis auolare' aut 'animum ira incanduisse'. 'Auolare' tantum et 'incandescere' translatitium est, caetera propria.

Quod si fit necessitate, quia desit proprium verbum, abusio est, quam Graeci κατάχρησιν appellant. Veluti quum Vergilius dicit: *laetas segetes*, et, *luxuriem segetum*. Vix enim reperias proprias voces, quibus exprimas quod sensit poeta, nisi per circuitionem id efficias, sed incommodius.

Frequenter autem sententia translatitiis ac propriis inter se mixtis effertur. Quod si tota constet translatitiis, erit allegoria. Veluti si quis veterem dolorem ac iam tempore consopitum oratione renouanti dicat: 'Quur vulnus cicatrice obductum refricas?'. Allegoria est, Matthaei III: *Cuius ventilabrum in manu ipsius*, etc.

Huic si accedat commoda breuitas ac publicus vsus, erit παροιμία, vt si quis inuoluto negociis, quae nec tueri possit nec ab iis liberari dicat: *Lupum auribus tenes.*

Cui si accedat obscuritas, aenigma erit. Quod genus illud: *De ore fortis egressa est dulcedo*, quum sensus esset: in ore leonis repertum mel. Huic simile illud Diogenis, qui malum tibicinem, quoniam ab omnibus deserebatur, salutabat gallum. Gallus excitat a somno et excitari dicuntur qui surgunt et abeunt.

Vt autem metaphora breuis est similitudo, ita similitudo siue collatio est explicata et ad rem accommodata metaphora. Exempli causa: 'Citra lectionem sterilescit eloquentia', metaphora est. Explica: 'Quemadmodum ager nisi subinde laetamen adhibeas, cultu exhauritur ac sterilescit: ita stilus assidua scriptione ieiunus redditur, nisi crebra autorum lectione instruatur', similitudo est.

Quae si in hoc adhibeatur, vt rei faciem ponas ob oculos, erit imago. Veluti si dicas virum ferocem ruisse in praelium 'similem draconi, diducto rictu, ardentibus oculis, erectis iubis'.

Rhetores, vt ante diximus, allegoriam definiunt perpetuam metaphoram, verum in Sacris Literis, et apud doctores ecclesiasticos ea vox latius vsurpatur, interdum pro quouis tropo, nonnunquam et pro typo, velut Apostolus Galat. IIII quae Genesis narrat de Sara et Agar, deque Isaac et Hismaele vocat

413 Vergilius *O BAS*: Virgilius *LB*.
424 accedat *A–C LB*: accedet *D BAS*.
441 Galat. *O*: ad Galatas *BAS LB*.

395 *naeuos* Evoquent, même s'il faut les cacher, Hor. *Serm.* I, 6, 67: "Egregio inspersos reprendas corpore naeuos".
396 *suggillemus* Le mot est en *Lc.* 18, 5 avec le sens de "chercher querelle à".
402 *libris De doctrina christiana* III, ch. 5 à 29; Aug. n'emploie pas le mot d'"allegoria" mais celui de "figura" (et ses dérivés).
403 *Methodo* La *Ratio seu Methodus ver. theol.*, Holborn, pp. 259, l. 33 sq.; 274–284; "in allegoriis ... quoniam his omnis fere constat diuina Scriptura ... praecipua cura ponenda est" (274, ll. 24–26).
404 *Metaphora* Voir ci-dessus, pp. 64, l. 240; 154, l. 22; 159, l. 129.
405–406 *troporum ... apologi* Cf. p. 64, l. 240; Er. comme on l'a vu (p. 176, l. 495) emploie "tropes" et "figures" comme équivalents; les deux listes sont loin de coïncider, la première se limite à "parabola, allegoria, abusus, imago".
407 *in superioribus* Cf. p. 159, l. 129 sq.
409 *translatitia* Sc. *verba.*
410 *auolare* Cf. Cic. *Fin.* 2, 32, 106: "Fluit voluptas corporis et prima quaeque auolat"; pour le thème *Carmen de senectute*, vers 78 (*Poems*, p. 285).
incanduisse Cet emploi métaphorique semble une innovation d'Er.
412 *abusio* Voir p. 160, l. 135 sq.
413–414 *laetas ... segetum* Cf. p. 160, l. 139: "luxuriem in herbis, laetitiam in segetibus" (Verg. *Georg.* I, 1 et 112).
415 *circuitionem* *Rhet. Her.* IV, 32, 43: "Circumitio est oratio rem simplicem adsumpta circumscribens elocutione"; Quint. *Inst.* VIII, 6, 59: "Pluribus verbis cum id quod vno aut paucioribus certe dici potest explicatur, periphrasin vocant, circumitum quendam eloquendi, etc.".
417 *allegoria* Cf. p. 160, l. 141. Voir aussi *De cop. verb.*, *ASD* I, 6, p. 258.
418–419 *vulnus ... obductum* Cf. Cic. *Leg. agr.* 3, 4: "cicatrix rei publicae obducta"; Verg. *Aen.* X, 64: "dolor obductus".
419 *refricas* Cic. *De or.* II, 199: "eorum dolorem qui lugebant suos, oratione refricabam".
419–420 *Mt.* 3, 12.
421 παροιμία Comparer cette définition à celle des *Adag.* (*ASD* II, 1, p. 46, ll. 44–45): "Paroemia est celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne".
422 *inuoluto negociis* Participe substantivé.
422–423 *Lupum ... tenes* Voir *Adag.* 425 'Auribus lupum teneo' (*ASD* II, 1, p. 498), d'après Ter. *Phorm.* 506 exprimant l'embarras de celui qui ne peut ni garder ni lâcher quelqu'un ou quelque chose.
424 *aenigma* Quint. *Inst.* VIII, 6, 52: "allegoria quae est obscurior 'aenigma' dicitur, etc.".
424–425 *Iudic.* 14, 14.
426–428 *Diogenis ... abeunt* Diog. Laert. VI, 2, 48 (Vie de Diogène); l'anecdote est reprise par Er. *Apophth.* III, Diog. Cyn. 91 (*LB* IV, 181 B) avec ce commentaire: "Iocum captauit ex ambiguitate verbi Graeci, ἀνεγείρειν enim dicitur et qui excitat dormientem, quod solent galli gallinacei mane canentes, et qui sedentem excitat vt surgat, quod ille solet".
429–430 *similitudo ... metaphora* Cf. p. 160, l. 145.
431 *sterilescit* Cet emploi figuré semble dû à Er. car App. Verg. *Dirae* 9 a un autre sens que "devenir stérile". Pour l'idée voir Quint. *Inst.* X, 1, 2: "citra lectionis exemplum labor ille carens rectore fluitabit"; X, 1, 8 "Id autem consequemur optima legendo ..." et tout ce chapitre.
435 *imago* Voir p. 160, l. 156. L'exemple choisi est le même: p. 160, ll. 160–164; certains détails ont disparu (les dents), un autre s'y est ajouté (les crêtes); la source est toujours *Rhet. Her.* IV, 49, 62.
440 *typo* Voir p. 240, l. 920 sq.
441 *Galat. IV* Versets 24–31; le mot *allegoria* est au v. 24[a].
Genesis *Gn.* 21, 1–9; ci-dessus, l. 364.

allegoriam, quum constet in narratione nullum esse tropum, sed in ipsis rebus gestis subest altioris sententiae significatio.

Non me clam est, neotericos in Scripturis quadruplicem tradere intellectum, historicum siue grammaticum, tropologicum, allegoricum et anagogicum. Hos ita digerunt, vt singulis doctoribus suum tribuant, Hieronymo grammaticum, Gregorio tropologicum, Ambrosio allegoricum, Augustino anagogicum. Haec distributio non dissimilis est illi, quae singulos articulos Symboli in singulos Apostolos partita est. Caeterum prisci doctores non agnoscunt nisi duos sensus, grammaticum siue literalem aut, si mauis, historicum et spiritualem, quem variis appellant nominibus, nunc tropologiam, nunc allegoriam, nunc anagogen, nullo tamen discrimine. Id quod perspicuum eruditis esse potest, quum ex variis doctorum locis, tum praecipue ex Hieronymi commentario in epistolae ad Galatas caput quartum, rursus in Esaiae caput quartum, rursus in Esaiae caput XV, in Ezechielis XVI, in Amos tertium. Item Origenis Homilia super Numeros vndecima. Quin et ipse Paulus Galat. IIII allegoriam appellat, quum per Saram ait designatam coelestem Hierosolymam, quae est Ecclesia triumphans. Porro recentiores viderunt in his sensibus esse non mediocre discrimen, eoque vocabula generalia ad species coartarunt.

Etymologiae harum vocum diuersae sunt, sed eodem recidunt. Allegoria Graecis dicta est, quod aliud dicitur, aliud intelligitur, quae ratio competit et in ironiam; tropologia, quod receditur a simplicitate sermonis et, quod sentimus, figura nouamus, a τρέπω, verto. Vnde tropi dicuntur schemata, quod nouam faciem addant orationi. Tametsi quidam et haec distinguunt,
LB 1035 licet parum constanter. Anagoge hinc | dicta est, quod ab humili sensu subuehat Scripturam ad sublimiora.

Neque tamen absurde fecerunt, qui docendi gratia distinxerunt has voces, vt tropologia sit, quoties Scripturam ad singulorum mores erudiendos accommodamus. Nam τρόπος Graecis tria significat, schema, modum et vitam ac mores hominis. Hic autem sensus infimo proximus est, in ipsa obiter historia indicans quae ad bonos mores conferunt. Allegoria, quum Scripturam accommodamus ad Christum et huius corpus mysticum Ecclesiam militantem.

443 *altioris ... significatio* Cf. *Enchir.*, Holborn, pp. 70–73 (70, ll. 14–19): "omnibus litteris, quae ex simplici sensu et mysterio tamquam corpore atque animo constant ... Maxime vero scripturae diuinae, quae fere Silenis illis Alcibiadeis similes sub tectorio sordido ac paene ridiculo merum numen claudunt".

444 *neotericos* Ps.-Aur. Vict. *Orig. gent. Rom.*: "Vt quisquam neotericorum asseuerauit"; formé à partir de νεώτερος que Cic. emploie avec une valeur péjorative pour désigner les "modernes" (en poésie) *Att.* VII, 2, 1; ce sont les théologiens scolastiques.

quadruplicem Sur la théorie des quatre sens voir H. de Lubac, *Exégèse médiévale. Les quatre sens de l'écriture*, Paris, 1959, 4 vol. Toutefois le chapitre consacré à Er. est faible.

446–448 *singulis doctoribus ... anagogicum* On trouve d'autres répartitions par ex. chez Richard de Saint-Victor (de Lubac p. 114); historia – Hier., allegoria – Aug., tropologia – Greg., anagoge – Salomon (!). Mais au XVe s. est établie une hiérarchie qui place au-dessus des autres Pères de l'Eglise: "illos

quatuor omnium summos, paene alteros euangelistas" Aug. Ambr. Hier. (au-dessus d'Aug. autant que l'Océan au-dessus de la Méditerranée) Greg. (Valla, *Encomium sancti Thomae Aquinatis*, *Opera omnia*, t. 1, p. 350) sans pour autant leur attribuer telle forme particulière d'exégèse. Mais voir dès le XIIe s. les textes cités p. 30 par de Lubac.

448–449 *Haec distributio ... partita est* Chacun des "versets" du Symbole dit Apostolique était attribué à l'un des Apôtres, bien qu'il ait été rédigé plusieurs siècles après (Denzinger-Schönmetzer, pp. 20–29). C'est Valla qui a montré l'absurdité de cette tradition (même si sous le nom de Symbole apostolique il n'entend pas le même texte que les historiens actuels); dans son *Apologia ad Eugenium* il soutient "symbolum non factum esse ab apostolis per particulas"; Valla fut pour cela attaqué furieusement en chaire par un prédicateur. Il en parle aussi dans son *Antidotum ad Nicolaum V*; l'intérêt d'Er. pour cette question apparaît dans la lettre d'Amerbach, Ep. 2280, Allen VIII, p. 370, ll. 5–8. Il approuve Valla dans sa *Resp. ad ep. Alb. Pii* de 1526 (*LB* IX, 1170 A–C) et parle plus d'une fois, sans nommer Valla, du Symbole "quod dicitur apostolicum", ce qui marque son rejet de la tradition.

449 *prisci doctores* Vont être partiellement énumérés: Hier. Orig. Paul lui-même en remontant l'ordre du temps. L'*Enchir.*, Holborn, p. 71, nomme Ps.-Dion. *De diuinis nominibus*; Aug. *Doctr. chr.*, Paul et Orig. qui "in hac parte theologiae facile principatum obtinet".

454 *commentario ... quartum* Hier., *PL* 26, 370–393, surtout 391 A–B.

455 *Esaiae ... quartum* Hier., *PL* 24, 72 B–74 D.
Esaiae ... XV Hier., *PL* 24, 230 C–234 B.
Ezechielis XVI Hier., *PL* 25, 124 C–160 B; par ex. 125 A–B sur ce que signifie Jérusalem.

456 *Amos tertium* Hier., *PL* 26, 1013–1022, surtout 1014 C.
Homilia ... vndecima Orig., *PG* 12, 640–655, en particulier 643 A–644 A (643 B): "Quid opus est in his allegoriam quaerere, cum aedificet etiam littera".

457–458 *Paulus ... triumphans* *Gal.* 4, 24: ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα "per allegoriam dicta" (Vulg.) "per allegoriam dicuntur" (Er.); l'*Annot.* (*LB* VI, 820 B–C) n. 33: "Est autem allegoria cum aliud dicitur, aliud significatur ... Chrysostomus admonet Paulum abusum hac voce 'allegoria' pro typo et figura. Nam allegoria proprie est perpetua metaphora. Verum Apostolus hîc veram historiam refert, quae typus sit alterius". Pour *triumphans* cf. ci-dessous, l. 473 et p. 258, l. 342.

459–460 *vocabula ... coartarunt* Chacun des termes équivalents qui désignaient l'exégèse "spirituelle" a pris un sens restreint, s'est spécialisé pour désigner une sorte particulière d'exégèse spirituelle.

462 *aliud ... intelligitur* Cf. p. 160, ll. 141–142; ci-dessus, l. 457.
ratio "Explication", sens proche de "définition".

463 *in ironiam* Sur l'ironie dans l'Ecriture selon Er. *Gramm. rhét.*, pp. 582–583.
tropologia Cf. *Hyperasp.* I, 70, *LB* X, 1310 A: "... velis nolis [tropi] frequenter occurrunt in prophetis, in parabolis, in aenigmatibus. Nec mihi placent affectati tropi, praesertim qui subuertunt sensum historicum, verum si tropologias excludas a Sacris Libris, perit bona pars et iucunditatis et vtilitatis arcanae Scripturae" (à Luther). Cette définition est tirée des rhéteurs, mais il en existe une autre, peut-être plus répandue, qui donne à τρόπος le sens de "façon de faire, coutume, moeurs" et fait de "tropologie" un synonyme d'exégèse morale; voir H. de Lubac, op. cit. (n.l. 444), 2, pp. 549–550 avec références et citations telles que "Ab eadem re saepe allegoria fidem, tropologia mores variis modis aedificat" (Jean de Salisbury, *Polycraticon* 7, 12, *PL* 199, 666 B); c'est ce sens que rappelle Er. ll. 469–471.
quod ... et, quod Le premier est conjonction causale comme ll. 462 et 465, 466; le deuxième est un relatif dont l'antécédent non-exprimé est complément d'objet du verbe *nouamus*.

464 *figura* Une fois de plus Er. ne distingue pas "trope" et "figure"; cf. p. 218, ll. 405–406. Quint. *Inst.* IX, 1, 14: "arte aliqua nouata forma dicendi".

465 *haec* Tropes et schemata ou figurae; cf. Quint. *Inst.* IX, 1, 1; la définition fondée sur la synonymie de "figura" et "facies" semble bien être d'Er. lui-même.

471 *infimo* Le sens littéral ou grammatical ou historique; cf. p. 208, l. 164.

473 *militantem* L'ensemble des fidèles vivants qui combattent au sens spirituel (voir le titre "Enchiridion militis christiani" et *Eph.* 6, 11–17); distinguée de l'Eglise souffrante (les âmes du purgatoire) et de l'Eglise triomphante (les élus); cf. l. 474.

Anagoge, quum hinc euehimur ad Ecclesiam triumphantem et substantias separatas, vsque ad Trinitatis fastigium, vltra quod nullus est excessus.

Sumamus verbi gratia, Abrahamum tres viros excipientem hospitio. Hic historia quae narratur Geneseos cap. XVIII basis est. Hanc si accommodes ad commendationem hospitalitatis, multa suppetunt argumenta. Procul visis occurrit Abraham, ignotos homines dominos appellat, seipsum serui nomine designans; procumbens in terram, obnixe rogat, vt ad se diuerterent. Hoc vbi impetrasset, homo centenarius curriculo festinat in tabernaculum, mandans Sarae, vt celeriter coquat e simila panes subcinericios. Illa, licet anus nonagenaria, alacriter obit imperata. Sic instituerat vxorem suam patriarcha. Ipse interim cucurrit ad armentum, adducturus vitulum non quemlibet, sed tenerrimum et optimum. Alioqui poterat hoc mandare famulis, quos habebat non paucos. Vitulum tradit puero coquendum. Currit et puer, ac sine mora iussa peragit, vt in familia bene instituta omnes sunt in officio. Delectum vituli non committit famulo, delectum tradit famulo, non suffugiens ministerium, sed vt hospitalitatis officium celerius perageretur. Nec interim a ministerio cessat senis optimi sedulitas. Apparat butyrum et lac, vitulumque coctum apponit eis. Ipse interim honoris causa astat vescentibus sub arbore, tanquam paratus ad ministerium; abeuntes deducit. Haec omnia nobis declarant, quanta cum alacritate sint accipiendi hospites.

Hic incidunt loci morales, talem fere esse familiam, qualis est paterfamilias. Humanitatem ea alacritate praestandam hospitibus, quasi beneficium non des, sed accipias: neque notis tantum ac bene meritis, verum etiam ignotis et humilibus. Abraham enim nihil aliud existimabat eos esse initio nisi homines. Nam quod singulari numero ait: *Domine, si inueni gratiam in oculis tuis*, ob id vnum appellat, quod is videretur honoratior, cuius assensum si impetrasset, de caeterorum animo non dubitabat.

Annotanda et verborum modestia, quibus illos inuitat. Lassis, vt putabat, et famelicis nihil promittit nisi requiem sub arbore, lotionem pedum et buccellam panis, quasi dicat: 'Nihil mihi sumptus aut negotii adferetis', quum tamen quam potuit lautissimum conuiuium illis destinasset. Item locus est, vxores maritis suis dicto audientes esse debere, similiter et famulos dominis.

Ex his multa dicendi materia in eos qui cupide vtuntur hospitio alieno, ipsi hospitem non aliter quam anguem fugiunt aut, si quos excipiunt, tristes et cum taedio id faciunt. Rursus in vxores, per quas non licet maritis hospitem in aedes suas inducere, alioqui rixis et iurgiis perturbant domum, non admodum dissimiles vxori Socratis, quae vasa mensae subuertit, quod conuiuae diutius sederent, non iam vescentes, sed philosophice fabulantes.

Iam quod refecti promittunt Sarae sterili partum, significat non perire quod hospitibus impenditur, sed a Deo multo cum foenore reponi, siquidem Abraham pro vitulo filium accepit. Rursus quod pro hominibus accepit Angelos, significat quicquid amore Dei proximis impenditur, Deo impendi, non homini, iuxta Christi testimonium: '*Quod vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis*'.

Potest autem et ad frugalitatis exemplum accommodari, quod homo praediues ac liberalis quum treis exciperet, nihil apparatus fecit praeter

477 Geneseos *O*: Gen. *BAS*, Genesis *LB*.

519 treis *cett.*: tres *LB*.

474–475 *substantias separatas* Les anges; substances séparées des choses sensibles; cf. Thomas d'Aquin, *STh* Ia, q. 50, art. 3 "Respondeo" où l'on lit que selon Aristot. "substantiae separatae non possunt esse species exemplares horum sensibilium; sed habent quasdam naturas altiores naturis rerum sensibilium" et, dit Thomas, "rationabile est quod substantiae immateriales excedant secundum multitudinem substantias materiales, quasi incomparabiliter" (ed. léonine, Rome, 1886, t. 1, p. 403). Les élus et les anges vivent ensemble.

476 *Abrahamum .... hospitio* *Gn.* 18. Er. ne dit pas que ces trois hommes sont Dieu et deux anges, comme on le comprend traditionnellement, du fait que selon le verset 1 c'est Dieu seul qui apparaît.

478–480 *Procul ... diuerterent* Résume les versets 2 à 5. Toutefois le texte biblique a "Domine" (gr. Κύριε) au verset 3: Abraham s'adresse à Dieu. Voir l'explication d'Er. ci-dessous, ll. 498–500 et 593–604.

480–482 *Hoc ... subcinericios* L'indication sur l'âge d'Abraham provient de 17, 1 et 24 (il a 99 ans lorsqu'il est circoncis); il est dit "centenarius" en 17, 17.

482–483 *Illa ... patriarcha* L'empressement de Sara n'est pas exprimé dans le texte. Il n'est pas dit non plus qu'Abraham l'avait éduquée à cela. Seul l'âge est précisé en 17, 17.

483 485 *Ipse ... optimum* *Gn.* 18, 7; le nombre des domestiques est déduit de 17, 27.

486–487 *Vitulum ... officio* Déduit de "deditque puero qui festinauit et coxit illum" (18, 7c).

487–489 *Delectum ... perageretur* Le premier *delectum* est un substantif "le choix"; le deuxième un participe accordé à "vitulum" sous-entendu: "le veau qui avait été choisi".

490 *ministerio* "L'office de serviteur" (cf. l. 488) est expliqué par la phrase suivante qui rend à peu près littéralement 18, 8a.

491–492 *Ipse ... ad ministerium* *Gn.* 18, 8b; comme dans tous les versets précédents, là où le texte biblique se borne à rapporter les actes, Er. y ajoute une explication psychologique (intention ou rôle).

492 *abeuntes deducit* *Gn.* 18, 16b; Er. a laissé de côté l'annonce que Sarah aurait un fils, et l'accueil fait par la vieille femme à cette prédiction; de même il néglige 16a "viri direxerunt oculos suos contra Sodomam", pour s'en tenir à la "commendationem hospitalitatis" (l. 478).

495 *Humanitatem* "Amabilité, bonté"; le sens est éclairé par *beneficium*.

496 *notis ... meritis* Participe substantivé.

498 *Gn.* 18, 2.

499 *vnum appellat* "Il adresse la parole à un seul".

504–505 *vxores ... dominis* *Eph.* 5, 22 et *Col.* 3, 18; *Eph.* 6, 5 et *Col.* 3, 22; l'expression "dicto audiens" est chez Plaut. Cic., etc. "obéissant à la parole" ou "aux ordres" (avec datif).

506 *his* Au neutre: les faits rapportés ci-dessus.
cupide "Avec empressement", "avec passion".
vtuntur ... alieno "Se font recevoir par d'autres comme invités".
ipsi Asyndète marquant une opposition.

507 *anguem* Voir *Adag.* 1863 'Odit cane peius et angue' (*ASD* II, 4, p. 254); se rencontre aussi avec "vitat" au lieu de "odit", ou comme ici avec *fugit*; la raison de cette peur: ils n'aiment pas dépenser pour autrui.

510–511 *vxori Socratis ... fabulantes* Rien de tel dans les *Apophth.* qui rapportent pourtant plusieurs anecdotes relatives à Xanthippe (*LB* IV, 161 B–E, 59–64); il est possible qu'Er. se soit souvenu en le déformant de Plut. *Mor.* 461 E, *De cohibenda ira* 13: Socrate sortant de la palestre avait amené chez lui pour le repas Euthydème; Xanthippe en colère survient, déverse des injures, enfin renverse la table, etc. Er. mêle cela avec le banquet (Plat. Xen.).

512 *promittunt* Il faudrait le singulier: c'est Dieu seul qui parle.

513 *multo ... reponi* "Est rendu"; cf. l'épisode du jeune homme riche *Mt.* 19, 21 pour l'idée que le bien fait à autrui sera rendu surabondamment.

516–517 *Mt.* 25, 40: "Quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis mihi fecistis" (Vulg.) ou "Quatenus fecistis etc." (Er. *LB* VI, 132 B). Toute cette exégèse morale sur l'hospitalité n'est pas sans analogie avec la leçon qu'on pourrait tirer de l'épisode de Philémon et Baucis dans Ov. *Met.* VIII, 722–724.

vitulum ac panem subcinericium, neque quicquam addidit condimentorum LB 1036 praeter lac et butyrum, hoc est, ca|seum. Vini nulla mentio. Tum enim deliciae erant haurire de puteo bonae venae. Quis nunc non fastidiret panem calidum modo sub cineribus coctum? aut vitulum coctum, priusquam a caede refrixisset? Qualis erat domus, in qua nec panis erat, nisi forte cibarius? Nam simila pro deliciis paratur hospitibus. At hodie in diuitum aedibus inexpectatus hospes si aduenerit, inueniet aprugnam arte coctam ac ceruinam crusto triticeo incoctam, inueniet capos et perdices similiter in crusto coctas, succo iam gratiore quam si recentes essent. Inueniet phasianos pridie assos et lepores, hoc palato gratiores, quod sunt teneriores, nihil horum absque condituris aromatum. Inueniet preciosas aues muria conditas aromatica, ne quid dicam de piscium luxu deque bellariis atticis. Paratius erat occidere capos aut perdices atque his teneritudinem arte asciscere, si occisi dulci vino mersarentur. Verum haec artificia gulae nondum nouerat antiquitas. Frugalitatis exemplum habet et illud, quod tantus patriarcha pro domo tabernaculum habet, pro conclaui arborem, nec in arcibus habitat, sed in conualle, nostrorum temporum diuitibus exprobrans luxus et ambitionis intemperantiam.

Pertinet et illud ad mores, quod Sara non prodit in conspectum virorum, sed intra tabernaculum manens peragit quae maritus imperarat. Maritus stat in ostio tabernaculi, Sara stat post ostium in tabernaculo occulta, eoque dicunt: '*Vbi est Sara, vxor tua?*'. Solus maritus nouit, vbi sit vxor.

Porro quod deducit abeuntes, admonet hospitem venientem alacriter excipiendum esse, volentem abire non esse remorandum, sed officiose deducendum, quum hodie mira videatur hospitalitas, si hospitem etiam ad seria negocia properantem arte retineant inuitum, magno ipsius incommodo, velut occultatis equorum frenis aut simili commento, quidam etiam non nisi bene potum. Atque ita demum existimant pulchre expletos omnes hospitalitatis numeros.

Deinde quod Abraham intellecto periculo Sodomae tam instanter orat, vt parcatur multitudini, admonet esse piorum hominum pro impiis interpellare Domini misericordiam. Ciuilitatis videtur, quod Abraham non obtundit hospites percontationibus: 'Vnde venitis, quo tenditis, quid agitis?'. Sed tacitus illos deducit, donec vltro quid agant aperiant.

Si recipimus neotericorum distinctionem, haec videri potest tropologia, velut adhaerens historiae, quae tamen non minus habet iucunditatis quam vtilitatis, ingerens idiotarum oculis exempla piorum hominum, quorum actus tam diligenter nobis commendant Scripturae vt imitemur. In hac parte explicanda vigilans quidem ac dexter est Origenes, sed admiscens sensus retrusiores. Chrysostomus hanc fere solam tractat, sed argute iuxta ac feliciter. Id opinor maluit, quod harum rerum annotatio praesentem adfert vtilitatem ad instituendos hominum mores et ob hoc magis mouent auditorem, quod a singulis agnoscuntur et ad singulos pertinent, tum maiore cum fide audiuntur, quam allegoriae aut anagogae, quae interpretis ingenio reperiuntur, et quo-

520 addidit *A*: addit *B–D BAS LB*.

523 a caede *O*: e caede *BAS LB*.

521 *butyrum, hoc est, caseum* La Bible de Jérusalem, Osty traduisent par "caillé", Dhorme par "beurre".

522 *venae* Canal d'eau naturel, veine d'eau; les puits et l'eau vive jouent un rôle important dans la Bible: Joseph et ses frères, la Samaritaine, etc.

524 *panis ... cibarius* "Pain grossier"; Cic. *Tusc.* V, 97, mais aussi *Ps.* 77, 25, etc.; voir Jacques André, *L'alimentation et la cuisine à Rome*, Paris, 1981, p. 69; on l'appelle aussi pain noir.

525 *simila* Galette faite en fleur de farine; *Ex.* 16, 31: "gustus eius quasi similae cum melle". A Rome cela signifiait, semble-t-il, "fleur de farine" (André op. cit., p. 60, n. 105).

526 *aprugnam* "Chair de sanglier" *Hist. Aug.* Iul. Capit. *Maxim.* 28, 2; c'est un adjectif dérivé de "aper", il faut sous-entendre "carnem".
ceruinam Sous-entendu là aussi "carnem".

526–527 *crusto ... incoctam* C'est ce qu'on appelle un pâté.

528 *assos* "Rôtis".

529 *hoc* annonce *quod*.

530 *condituris* "Assaisonnements", Sen. *Dial.* V, 15, 1. Un bon nombre des aromates comme des parfums venait d'Orient proche ou extrême; on les appelait "épices".
muria "Saumure" Hor. *Serm.* II, 8, 53.

531 *bellariis* "Desserts", sans doute des gâteaux; *Adag.* 1299 (Attica bellaria), *LB* II, 523 B–C: "De lautitiis & cupediis", d'après Plat. *Rep.* III, 404 d (la pâtisserie attique était renommée: Athen. XIV, 51–58; indiqué par Chambry).
luxu Cf. p. 144, l. 800; p. 57, l. 90; le génitif *piscium* est évidemment objectif la bonne chère consistant en poissons.

532–533 *si ... mersarentur* Joue le rôle d'une véritable complétive développant *arte*: "procédé consistant à".

533 *haec artificia ... antiquitas* On peut se demander pourquoi cette énumération de mets de luxe (ll. 526–533); plaisir d'utiliser un vocabulaire concret et précis (cf. *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 43, ll. 984–995), imitation d'Hor. *Serm.* II, 8 ou Sen. *Epist.* 78, 23–25; 110; 114, etc., reprise d'un thème déjà abordé dans le *Coll.* 'Conuiuium profanum', *ASD* I, 3, p. 202, l. 2517 sq., enfin méthode rhétorique: pour faire l'éloge d'une chose, faire la critique ou la satire de son contraire.

534 *tabernaculum* *Gn.* 18, 2 et 6; le commentaire d'Er. est évidemment tendancieux: il ignore les réalités du désert et de son voisinage; la vie nomade n'exclut pas la richesse et le luxe à sa façon.

535 *pro conclaui arborem* Le "conclave" ici est une salle à manger comme dans Cic. *De or.* II, 86, 353; l'arbre: *Gn.* 18, 8.
conualle Ablatif usuel de "conuallis" (vallée encaissée): 18, 1.

536 *luxus et ambitionis* Pour *luxus*: l. 531; "ambitio" est ici la pompe, le faste (cf. Tac. *Germ.* 27: "funerum nulla ambitio").

540 *Gn.* 18, 9.

541 *deducit* *Gn.* 18, 16b.

544 *arte* Adverbe: "de manière serrée", sans laisser à leur hôte de liberté.

546–547 *expletos ... numeros* "Toutes les parties de l'hospitalité ont été accomplies".

548 *orat* *Gn.* 18, 23 sq.

552 *vltro ... aperiant* Er. emploie indûment le pluriel: c'est Dieu seul qui s'adresse à lui.

553 *neotericorum* Voir p. 220, l. 444.
haec "Ceci" (ce qu'il vient d'expliquer depuis ci-dessus, l. 476); au féminin par attraction de l'attribut *tropologia*.

555 *idiotarum* Les simples gens, dépourvus de savoir.

556 *vt* Non pas consécutif, malgré le *tam*, mais final: "afin que".

557–558 *sensus retrusiores* Les sens plus cachés, c'est-à-dire anagogique et allégorique (dans l'acception étroite); le sens tropologique est plus visiblement lié aux actes eux-mêmes des personnages.

558 *hanc* La tropologie.

559 *praesentem* "Efficace, qui agit immédiatement".

560 *ob hoc* Annonce la complétive *quod ... pertinent*.

561 *singulis ... singulos* Chaque auditeur en tant qu'individu – et non pas l'Eglise ou l'Etre divin, etc. dont traitent les autres exégèses.
tum "Puis", met sur le même plan *magis mouent* et *maiore cum fide audiuntur* qui ont pour sujet "hae res" (l. 559 *harum rerum*).

dammodo arbitrariae sunt eoque nullum habent pondus ad confirmanda fidei dogmata. At tropologicum sensum ipsa historia secum defert, traditque sensui communi. Nec tam est sensus a grammatico diuersus quam huius declaratio, veluti, quum artifex in tabula magno artificio depicta ostendit spectatoribus, quid ibi sit egregium et admiratione dignum, non omnes aeque iudicant de pictura, sed omnes agnoscunt quod indicatur, quemadmodum nos tropologiam indicauimus in hac historia.

Accedet allegoria, si Abraham qui dictus est pater omnium credentium, personam gerat populi fidelis, quae est Ecclesia; quae Christum, qui velut hospes venit in hunc mundum, excepit hospitio, sicut ait Ioannes: *Quotquot autem acceperunt eum*, quum increduli audiant: *Hospes eram, et non collegistis me.* Huic Ecclesia mactauit vitulum tenerrimum et optimum, quicquid in terris amabile est, amore Christi contemnens, apposuit cibum ipsi gratissimum, de |
LB 1037 quo testatur in Euangelio: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Fidem hominum esuriebat, fidem eorundem sitiebat, quum diceret Samaritanae: *Da mihi bibere.* Deducit abeuntem, dum contemptis iis quae sunt super terram desiderio fertur in coelum. Postremo Sara prius sterilis parit Isaac, id est, gaudium, dum per fidem ad spiritum euectis humanis cupiditatibus, quarum typum habet mulier, tota foecundatur sobole virtutum, quae gaudium adferunt nunquam auferendum. Verum haec allegoria tropologiae mixta videri potest.

Sublimior erit, si vitulum optimum ac tenerrimum interpretemur Christum immaculatum ac mansuetissimum, qui mactatus est pro salute mundi. Deus enim sic dilexit mundum, vt Filium suum vnicum tradiderit in mortem pro vita generis humani. Aut si sub cinericios panes interpretemur reconditum Scripturarum intellectum, qui tres comeduntur a tribus, mysterio Trinitatis, idque sub arbore Mambrae, quae vox Hebraeis sonat perspicaciam; proinde non comeduntur a Iudaeis, qui Mosi velamen habent impositum cordibus suis, nec agnoscunt Patrem, Filium et Spiritum Sanctum vnum esse Deum, affixi literae, nec perspicientes reconditos Legis sensus.

Superest anagoge, quae nobis aperit mysterium ineffabilis essentiae diuinae, quae vna eademque est in tribus personis, Patre, Filio et Spiritu Sancto. Tres vidit simul stantes, humanam speciem videt et tamen procidens in terram adorat et iam mutato numero dicit: '*Domine, si inueni gratiam in oculis tuis*'. Ac mox: '*Lauentur pedes vestri*'. Et cum comedissent, rursus mutatur numerus: '*Cui dixit: Reuertens veniam ad te*'. Ac mox: '*Dixitque Dominus: Nunquid celare potero Abraham?*'. Et: '*Scio enim*'. Rursus quum intercedit pro Sodomis astans coram Domino, singulari numero dicit: '*Nunquid perdes iustum cum impio?*'. Breuiter in tota hac narratione, Dominus vnitatis numero refertur, nusquam Domini, in aliis additur numerus multitudinis, vt agnoscas vnum Deum in tribus personis, quem nosse et intueri cominus Ecclesiae triumphantis est beatitudo. Vltra haec quo progrediatur interpretatio Scripturae non inuenies. De nominibus igitur non erimus anxii, si de re conueniat.

573 *post* eum *add. BAS LB* etc.

590 Mosi *O BAS*: Mosis *LB*.

563 *arbitrariae* Au sens plein "arbitraires".

563–564 *nullum ... dogmata* Cette idée sera développée plus loin, pp. 246–248, ll. 53–115.

565 *sensui communi* La manière commune de sentir; cf. Cic. *De or.* I, 3, 12; Sen. *Epist.* 5, 4; Quint. *Inst.* I, 2, 20: "Sensum ipsum qui communis dicitur, vbi discet cum se a congressu, qui non hominibus solum, sed mutis quoque animalibus naturalis est, segregarit?". S'oppose à l'opinion particulière fondée sur l'"ingenium" (l. 562) ou le savoir spécialisé. Lalande, *Voc. de la Phi.*

566–569 *artifex ... in hac historia* Pour ce rapprochement entre narration et peinture, Er. se souvient sans doute d'Hor. *Ars* 361: "Vt pictura poesis", les récits bibliques étant eux-mêmes de la poésie (*Enchir.*, Holborn, pp. 70–71, en particulier p. 70, ll. 29–30).

568 *agnoscunt* Er. reprend à dessein la verbe utilisé l. 561.

570 *pater ... credentium* *Gn.* 17, 5–7; *Rom.* 3, 27–4, 25; *Gal.* 3, 6–29.

572–573 *Ioh.* 1, 12.

573 *Mt.* 25, 43.

576 *Ioh.* 4, 32.

576–577 *Fidem ... esuriebat ... sitiebat* Pour cette construction voir Petron. 119, 32: "omnia orbis praemia miles esurit" et surtout *Mt.* 5, 6: "Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam".

577–578 *Ioh.* 4, 7.

579–580 *Isaac ... gaudium* *Gn.* 17, 19; "Isaac" (yiçhaq: "il rit") forme abrégée de yiçhaq-El "que Dieu sourie (soit favorable)" (Osty).

580 *humanis* Par opposition à "divins", "célestes" (par leur objet); équivaut à "charnels", "terrestres".

581 *typum habet mulier* Cf. *Enchir.*, Holborn, p. 23, ll. 16–18: "Mulierem autem carnalem hominis partem intellige. Haec est enim Eua nostra per quam versutissimus serpens ad mortiferas voluptates mentem nostram illectat". Cette typologie est déjà présente dans Aug. *De Genesi contra Manichaeos* II, 14, 21, *PL* 34, 207. Chez plus d'un auteur chrétien il s'agit d'autre chose que d'une typologie; voir Jean Delumeau, *La Peur en Occident XIV–XVIII siècles*, Fayard, 1978, ch. 10.

tota ... virtutum Construction apparemment sans exemple car *sobole* ne peut être considéré comme un instrumental (comme "arena" dans Verg. *Georg.* IV, 291), puisqu'il exprime le résultat de la fécondation: "elle devient mère de toute une lignée de vertus".

582 *nunquam auferendum* Participe futur passif "qui ne sera jamais ôtée".

585 *mactatus ... mundi* Cf. *Ioh.* 1, 29 ainsi paraphrasé (*LB* VII, 509 B): "Hic enim est purissimus ille agnus, quem Deus iuxta vaticinium Esaiae (53, 7 d'après *Annot.*, *LB* VI, 344 E), sibi gratissimam victimam destinauit, ad expianda peccata totius mundi, omnium vitiorum genere inquinati". Il y a cependant quelque gêne à voir l'agneau remplacé par le veau d'Abraham.

585–587 *Deus ... humani* *Ioh.* 3, 16: "Sic enim Deus dilexit mundum vt Filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam".

587 *Aut si* Se rattache à *sublimior erit* (l. 584).

588 *tres ... a tribus* *Gn.* 18, 6^b et 2^a.

mysterio Apposé à *tribus*.

589 *Mambrae* *Gn.* 18, 1^a; *sonat perspicaciam* Orig. *In Gn. Hom.* 4, 3, *PG* 12, 185 C: "Mambra in nostra lingua interpretatur *visio* siue *perspicacia*".

590 *non ... Iudaeis* A prendre symboliquement; le seul interdit biblique au sujet du pain concerne les "pains de proposition" (*Lv.* 24, 5–9); ceux-ci sont au nombre de douze et non de trois.

Mosi velamen *Ex.* 34, 33–34: "impletisque sermonibus posuit velamen super faciem suam, quod, ingressus ad Dominum et loquens cum eo, auferebat donec exiret, et tunc loquebatur ad filios Israel"; 2. *Cor.* 3, 7–4, 6 présente une exégèse allégorique: "... obcaecati sunt sensus illorum; nam vsque ad diem hodiernum idem velamen in lectione Veteris Testamenti manet, nec tollitur velum, quod per Christum aboletur. Sed ad hunc vsque diem, quum legitur Moses, velamen cordibus illorum impositum est" (trad. Er., *LB* VI, 760 C–762 A); cf. *Paraphr.* (*LB* VII, 920 E–F): "Hunc [sc. Moses] legunt in Synagogis suis, sed crasse legunt, nihil spectantes nisi corporalia, cum Lex sit spiritualis, si quis perspicaces adferat oculos".

596–600 *Gn.* 18, 3; 4; 10; 17; 23.

602 *aliis* Sc. "narrationibus"; dans certains récits de la Genèse Dieu est appelé non pas Iahvé (nom révélé à Moïse, *Ex.* 6, 2), mais Elohim, pluriel de El, par ex. en *Gn.* 20.

605 *De nominibus* Les noms que l'on donne aux diverses formes de l'*interpretatio Scripturae*.

Notati sunt qui in Scripturis nimium libenter recedunt a sensu grammatico, sic amplectentes sensum allegoricum, vt infimum illum negent consistere. E diuerso fuerunt, qui sic oderunt tropos, vt vniuersam Scripturam in eum sensum accipiendam putarint, quem ipsa verba simpliciter exprimunt.

Quorum de numero fuerunt Anthropomorphitae, qui putabant Deum esse corporeum humana specie, quod legerent hominem esse factum ad imaginem Dei, praesertim quum Scriptura passim Deo tribuat humana membra, faciem, os, oculos, aures, manus, brachia, pedes. Simili errore crediderunt Deum moueri ac mutari affectibus humanis, quia legunt illum iratum et placari, furere et flecti ad misericordiam, facere aliquid et facti poenitere, nescire et resciscere, denique odisse et amare, quum in Deum nulla cadat mutatio.

Idem error genuit nobis Euchitas, qui, quoniam in Euangelio legerant semper orandum et nunquam cessandum, per omnem vitam ociosi psalmorum infinitam vim quotidie demurmurabant.

Nec defuerunt qui seipsos execarent, quod in Euangelio legerent eos fore beatos qui se castrassent propter regnum Dei.

Nec alia res fefellit Chiliastas quam locus Apocalypseos sine tropo intellectus.

Erant et qui conarentur quadraginta dies ac noctes sine cibo transigere, quod hoc a Domino factum legerent.

Nec hodie desunt qui lumbis praecinctis incedunt, quod Dominus iubeat suos esse lumbis praecinctis; qui cruces ligneas manibus gestent, quia legerunt: '*Qui non tollit crucem suam et sequitur me, non est me dignus*'.

In Africa quae iuxta prouerbium semper aliquid nouorum monstrorum gignit, erant qui vltro in Ethnicorum conuiuia incurrerent, non ob aliud nisi vt ab eis occiderentur, quidam etiam minis adigerent alios vt occiderentur,
LB 1038 quia legerant: '*Qui | perdiderit animam suam, in vitam aeternam inueniet eam*'.

Eiusdem superstitionis erat, quod Donatistae quum iussu Caesaris conuenissent, vt cum Catholicis sub iudice delegato de controuersis dogmatibus conferrent, iussi sedere a comite Caesaris, recusarunt tam pertinaciter, vt et iudex praeter morem, stans coactus sit causam cognoscere. Rogati quur nollent sedere, responderunt se commoueri Psalmi verbis: '*Non sedi in concilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo*', hoc sermone notantes Catholicos quibuscum erat disputandum, nam hos habebant pro vanis ac mendacibus et impiis. Salse vero superstitionem illorum illusit, qui respondit: 'Si vos mouebat Psalmi versiculus, nec introisse in hoc concilium oportuit. Ibidem enim additur: *et cum iniqua gerentibus non introibo*'.

Dicuntur et hodie repullulascere Sabbatarii, qui septimi diei ocium incredibili superstitione obseruant.

609 accipiendam *cett.*: accipiendum *A*.
637 in *B–D BAS LB*: cum *A*; concilio *D BAS LB*: consilio *A–C*.
641 concilium *cett.*: consilium *A*.

606 *Notati sunt* "Ont été blâmés"; voir p. 206, ll. 116–119.

607 *negent consistere* "Etre consistant"; n'est-ce pas à peu près la thèse que suggérait Er. lui-

même dans l'*Enchir.*, Holborn, p. 70, ll. 17–30, en particulier 29–30: "Fortasse plusculo fructu legetur fabula poetica cum allegoria quam narratio sacrorum librorum, si consistas in cortice".

610 *Anthropomorphitae* Cf. *Explan. symb.* II, *ASD* V, 1, p. 232, ll. 795–798; Er. développe l'indication d'Isid. *Orig.* VIII, 5, 32: "Anthropomorphitae dicti pro eo quod simplicitate rustica Deum habere humana membra, quae in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur, etc."; sources: Hier. *Adv. Iohannem Hierosolymitanum, PL* 23, 364 B; Aug. *De haeresibus* 50, *PL* 42, 39.

616 *nulla ... mutatio* Cf. livre IV, pp. 358–360, ll. 938–944.

617 *Euchitas* Voir Aug. *De haeresibus* 57, *PL* 42, 40–41.

617–618 *legerant ... cessandum* Cf. *Lc.* 18, 1; 21, 36.

618–619 *psalmorum ... quotidie* Cf. *Moria, ASD* IV, 3, p. 162, ll. 560–561: "Alius psalmorum centum effundet modios".

619 *demurmurabant* "Marmonner"; le mot est employé par Ov. *Met.* XIV, 58 en parlant de Circé qui compose ses poisons en chantonnant des sortilèges.

620 *seipsos execarent* Origène est le plus connu.

621 *beatos ... regnum Dei* Ce n'est pas une citation mais un amalgame entre la formule des Béatitudes, *Mt.* 5, 3–11, et *Mt.* 19, 12[c]: "sunt eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum coelorum".

622 *Chiliastas* Cf. Aug. *Civ.* XX, 7, 1; *De haeresibus* 8, *PL* 42, 27.
locus Apocalypseos Ap. Ioh. 20, 4[f]: "et vixerunt et regnauerunt cum Christo mille annis".

624 *Erant qui ... transigere* Aug. *Epist.* cl. II, 36, 12, 27, *PL* 33, 148: "Nisi forte aliquis idoneus sit ... vt ieiunio XL dierum, quantum potuerit, appropinquet, sicut aliquos fecisse cognouimus".

626 *Nec desunt ... incedunt* Voir *Règle de saint Benoît*, ch. 55, 19; cf. *Moria, ASD* IV, 3, p. 160, l. 540 (edd. *F G* cingula); ibid. l. 553 "funigeros"; *Coll.* 'Ichthyophagia', *ASD* I, 3, p. 523, l. 1036 sq.

626–627 *Dominus ... praecinctis Lc.* 12, 35.

627 *cruces ... gestent* Cf. *Coll.*, *ASD* I, 3, p. 384, l. 333 sq., bien qu'ici il s'agisse du bâton de voyageur terminé en croix que portaient Capucins et autres moines itinérants.

628 *Mt.* 10, 38; 16, 24; *Mc.* 8, 34; *Lc.* 9, 23. Pour l'interprétation correcte selon Er. de tous les passages de l'Ecriture cités ll. 617, 621, 625, 626 et 628 voir *Paraphr.*

629–630 *Africa ... gignit* Voir *Adag.* 2610, *ASD* II, 6, p. 430, citant Plin. *Nat.* VIII, 42 ou plutôt le paraphrasant ainsi: "in siticulosa regione ad vnum aliquem riuum plurimae ferarum species bibendi gratia conuenire cogantur; inibique varia mixtura violentae Veneris, varias monstrorum formas subindeque nouas nasci. Porro Plinius sumpsit ab Aristotele, apud quem refertur libri De generatione animalium ii. cap. v.".

630–631 *erant qui ... vt occiderentur* C'étaient les "circoncellions"; Aug. *Contra Cresconium Donatistam* 3, 42, *PL* 43, 520–521.

632 *Mt.* 10, 39; *Mc.* 8, 35; *Lc.* 17, 33; *Ioh.* 12, 25. *Paraphr.* (*LB* VII, 64 F–65 A): "Quemadmodum praeposterus amor parentis aut filii, odium est verius quam amor, cum vtrique sit noxius; ita praepostera cura seruandae vitae, verum est exitium vitae. Seruauit vitam qui bene perdidit. Perdidit qui male seruauit. Qui deserto Euangelio et abnegato me, placauit iudicem, effugit carcerem, effugit crucem, euasit mortem, cum videatur hominibus lucrifecisse vitam, vere iacturam vitae facit. Rursus qui constanter adhaerens Euangelio, fortiter sese periculis omnibus ac mortibus obiicit, videtur hominibus subire vitae dispendium, cum is demum vitam lucrifecerit. Etc.".

633 *Donatistae* Schismatiques d'Afrique du Nord; Donat était évêque de Carthage; après la persécution de Dioclétien les Donatistes refusèrent de composer avec les évêques qui avaient accepté de livrer les Livres saints à la perquisition des agents impériaux. Condamné par plusieurs conciles le donatisme disparut après l'invasion vandale.

633–636 *Donatistae ... cognoscere* Pour le récit de cette conférence à laquelle participa Augustin, Er. se fonde sur celui-ci: *Breuiculus collationis cum Donatistis*, *PL* 43, 613–650. W.H.C. Frend, *The Donatist Church, a movement of protest in Roman North Africa*, Oxford, 1952, présente un point de vue plus favorable aux vaincus.

635 *comite* "Compagnon"; est devenu un titre sous le Bas-Empire ("comte"). Le mot n'est pas chez Aug. qui parle de "cognitor" (enquêteur).

637–638 *Ps.* 25, 4; voir Aug. op. cit., *PL* 43, 634.

643 *repullulasco* Mot emprunté à Colum. IV, 22 et 24, du moins tel qu'on le lisait jadis (d'après R. Stephanus, *Thes. ling. lat.*; aujourd'hui: repullesco).
Sabbatarii Jeûnaient le jour du sabbat, voir Aug. *Epist.* cl. II, 36, 9, 21, *PL* 33, 146.

Eodem e fonte manauit Pharisaeorum superstitio, qui verba Legis circumferebant in fimbriis ac phylacteriis, quo semper essent in oculis, eo quod Dominus praecepit Deuteronomii sexto: '*Eruntque verba haec quae ego praecipio tibi hodie in corde tuo, et narrabis ea filiis tuis, et meditaberis sedens in domo tua, et ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque et mouebuntur inter oculos tuos*', etc. Nimium affixi verbis, non intellexerunt huiusmodi tropis commendari vehemens studium ac meditationem Legis.

Feruntur et his temporibus esse Christiani, qui baptizatis frontem inurunt ferro candenti, quod in Euangelio legunt: '*Ipse vos baptizabit in spiritu et igni*', non intelligentes per spiritum et ignem significari vigorem fidei et charitatis euangelicae.

Ab hac superstitione non videntur multum abesse quidam, qui verba vt sonant amplectentes quoniam legerunt: '*Qui venit ad me et non odit patrem suum, et matrem et vxorem, et filios, fratres et sorores*', existimant se nihil debere parentibus, nihil liberis, si se abdant in aliquod monachorum collegium, ac sponsam etiam deserunt inuitam et reclamantem, si nondum intercessit coitus. Si Christianus ethnicis quoque parentibus debet honorem et obsequium, modo ne violetur pietas, quanto magis Christianus debet Christianis! Et, si Paulus iubet vxorem christianam manere in contubernio et obsequio mariti increduli et idololatrae, si modo ille non quaerat diuortium, quanto minus conuenit, vt ob facticiam religionem sponsus sponsam deserat? Qui vero consistit, vt Dominus qui alibi praecipit vt et inimicos diligamus, hic praecipiat vt parentes et vxores odio persequamur? Odium non est hic maleuolentiae peruersus affectus, sed fidei robur, quo naturalem pietatem spirituali pietate superamus, quoties incidit casus vt alterutra sit deserenda. Alioqui si phas esset ob monachismum vxorem aut parentes deserere, liceret eadem ratione vitam abrumpere, sed vita contemnenda non est, nisi quum incidit articulus, vt aut impietas sit admittenda aut mors oppetenda, veluti quum dicit persequutor: 'Aut thus incende Ioui, aut ceruicem praebe securi'.

Vt igitur ad Iudaismum vergunt qui tropos et allegorias excludunt a Scripturis, ex Lege quae iuxta Paulum spiritualis est reddentes carnalem, ita Scripturae fundamentum et robur subuertunt, qui sensum infimum reiiciunt, quum huc nulla cogat necessitas. Reddunt enim illam arbitrariam, vt iam humana sit potius quam diuina. In hunc lapidem, vt dixi, nimium frequenter impingit Origenes, nonnunquam tamen et alii, quorum est Ambrosius, ingens Ecclesiae lumen, in quo nihil esset reprehendendum, nisi hoc conduceret ad ecclesiastarum eruditionem. Quemadmodum enim Hieronymus prodidit Origenis errores, quo minore periculo libri illius ab orthodoxis legerentur, ita expedit in magni nominis autoribus lapsus quosdam ceu naeuos indicare, quo maiore cum fructu, minore cum periculo legantur. Non tamen hic multis onerabo lectorem, pauca quaedam exempli gratia proferam.

Diuus Ambrosius tractans locum Euangelii, quo narratur Petrus ter abne-
LB 1039 gasse Dominum, | vt crimen Apostoli vel excuset vel eleuet, rem totam ad allegoriam seu tropologiam detorquet.

Primum quod scribitur stetisse ad prunas, quoniam frigus erat, interpretatur frigus mentis, et hactenus recte. Etenim in quo refrixit fidei vigor et

650 Nimium *O*: Nimirum *BAS*, Nimirum, *LB*.

septimi diei ocium *Ex.* 35, 2; à l'imitation de Dieu, *Gn.* 2, 2–3; le dimanche chrétien a suivi le sabbat juif sans en avoir la rigueur.

646 *fimbriis ac phylacteriis* Voir *Mt.* 23, 5.

647–650 *Dt.* 6, 6–8.

653 *Ipse ... igni* *Mt.* 3, 11[d]; Er. a omis le mot "sancto" épithète de *Spiritu*; l'*Annot.* (*LB* VI, 21 C, n. 17) dit: "Quod in nostris additum est 'et igni' in nonnullis Graecorum exemplaribus erasum est, fortassis odio quorumdam Haereticorum, qui pro lotione vtebantur inustura. ... Quod autem ait 'in spiritu et igni' trifariam potest accipi: primum vt referatur ad Spiritum Sanctum specie linguarum ignearum in die Pentecostes missum in Discipulos ... Dein, vt pertineat ad ignem afflictionum et crucis ... Tertio, per ignem intelligi potest vigor Euangelicae gratiae, qui intus datur, quum Iudaici ritus fuerint frigidi; ignis enim inter omnia elementa maximam habet agilitatem, omnia in se transformans ac sursum rapiens".

657–658 *Lc.* 14, 26.

659 *monachorum collegium* Périphrase pour éviter "monasterium" qui n'apparaît pas chez Hier., Aug., mais seulement chez Sid. Apoll.

660 *sponsam ... coitus* Cf. *Annot. in* 1. *Cor.* 7, 39 (*LB* VI, 702 B–C): "Haec constitutio ... humanis institutis".

663 *Paulus iubet* 1. *Cor.* 7, 13–14 (trad. Er.): "Et mulier quae habet maritum infidelem et is assentitur vt habitet cum ea, ne dimittat illum. Sanctificatus est enim maritus incredulus per vxorem, etc.".

665 *facticiam religionem* "Ordre religieux"; "factice" parce que c'est une institution humaine qui ne se fonde pas sur la doctrine du Christ.
Qui Adverbe: "Comment ...?".

666 *vt et inimicos diligamus* Cf. *Mt.* 5, 44; *Lc.* 6, 27 et 35.

668 *naturalem pietatem* Voir livre IV, ci-dessous, p. 336, l. 511 sq. La "naturalis pietas", celle que connaissaient les païens, a pour objet les parents, la patrie, les maîtres. La "spiritualis pietas" a pour objet Dieu, l'autre monde.

670 *parentes deserere* Voir *Coll.* 'Virgo misogamos', *ASD* I, 3, p. 294, ll. 171–194.

672 *articulus* "Moment décisif, critique"; Ter. *Ad.* 229.

673 *persequutor* C'est le mot de Lactance, mais on écrit d'ordinaire "persecutor"; voir aussi Tert. *Apolog.* 31; Ambr. *Off.* 2, 141; etc.

675 *ex Lege ... carnalem* Pour le tour cf. Cic. *Inv.* I, 2, 2: "ex feris et immanibus mites reddidit et mansuetos".
iuxta Paulum spiritualis *Rom.* 7, 14: "Scimus enim quod lex spiritalis est".

676 *infimum* Le sens historique ou grammatical; cf. ci-dessus, p. 228, l. 606.

677 *huc* Adverbe au lieu du pronom "hoc" ou "ad hoc" ou "in hoc".
illam L'Ecriture.
arbitrariam Cf. p. 226, l. 563.

678–679 *In hunc lapidem ... Origenes* Cf. *Ps.* 90, 12; *Mt.* 4, 6; *Lc.* 4, 11 et l'image fréquente de la pierre de scandale: *Rom.* 9, 33; *Lc.* 2, 34. Pour le fond: p. 206, l. 116.

679 *Ambrosius* Cf. p. 206, l. 118.

680–681 *in quo ... eruditionem* Il y a une incohérence dans l'expression car le sens ne peut être que: "en qui ce trait serait à blâmer s'il ne contribuait à la formation des prédicateurs" (il va expliquer comment) ou bien "en qui rien ne serait à blâmer si ceci contribuait à la formation des prédicateurs"; entraîné par la locution fréquente *nihil ... nisi* ... Er. a utilisé une négation de trop. Des deux sens logiquement possibles la phrase qui suit amène à choisir le premier: les erreurs des grands auteurs servent à l'instruction des débutants, si on les leur montre.

681–682 *Hieronymus ... errores* Hier. *Epist.* 51 (erreurs du *De principiis*), 84, 124; etc.

683 *naeuos* Cf. ci-dessus, p. 218, l. 395.

684 *multis* Neutre, tour peu classique.

686–688 *Diuus Ambrosius ... detorquet* Ambr. *Expos. Euang. Lc.* 10, 72–93, *PL* 15, 1822–1827. Pour *detorquet* cf. ci-dessus, p. 202, l. 47; p. 208, l. 163.

686–687 *Petrus ... Dominum* *Mt.* 26, 69 sq.; *Mc.* 14, 66 sq.; *Lc.* 22, 54 sq.; *Ioh.* 18, 24 sq.

689 *ad prunas* *Ioh.* 18, 18.

690 *refrixit* Cf. *Mt.* 24, 12: "refrigescet caritas multorum".

charitatis ardor, abnegationi proximus est, neque quicquam deest praeter vrgentem occasionem. At violentum est quod addit: *Frigus erat mentis, non corporis.* Item quod paulo ante praecessit: *Si tempus consideremus, frigus esse non poterat.* Quid enim vetat quo minus per aequinoctium vernum nox habeat suum rigorem, quum Romae noctes etiam solstitiales habeant sua frigora?

Addit: '*Adeo nouum fuisse Petrum potuisse peccare, vt peccatum illius nec ab Euangelistis potuerit comprehendi*, ob id, opinor, quod Petri negationem non referant eodem modo aut verbis obliquis referant. Iam quis non statim videat hoc violentius dictum?

Dein quod Petrus ab ostiaria compellatus, quod esset ex eorum numero qui cum Galilaeo aut cum Iesu Nazareno erant, respondit: '*Nescio quid dicas*', Ambrosius sic interpretatur quasi non sit vox negantis, sed separantis sese a proditione mulieris. Quod si verum est, quomodo constat veritas Euangelistae, qui ait: '*At ille negauit coram omnibus, dicens: 'Nescio quid dicis'.*' Deinde quomodo verum erit quod Dominus futurum praedixerat: '*Antequam gallus bis cantet, ter me abnegabis*', si haec non est prima negatio, maxime quum sequatur apud Matthaeum: '*Et iterum negauit*'; si, quod priori ancillae respondit: '*Nescio quid dicas*', non est negatio, quomodo quod alteri ancillae abiurauit Dominum, Matthaeus dicit: *Et iterum negauit.*

Rursus aeque violentum est, quod Petri sermonem abiurantis se fuisse cum Iesu Galilaeo siue cum Iesu Nazareno, sic interpretatur quasi Petrus, negando se nosse Iesum Galilaeum aut Nazarenum, professus sit Iesu diuinam naturam: *Nescio*, inquit, *Galilaeum, nescio Nazarenum, quem Filium Dei noui: habeant homines locorum vocabula, Dei Filium patria non potest nuncupare, cuius maiestatem locus nullus includit.* Primum certum est hoc non sensisse Euangelistas, quod interpretatur Ambrosius. Alioqui eiusdem impietatis est negare Iesum hominis filium et negare Dei filium.

Hoc etiam frigidius est quod sequitur: Petrus accusatus quod esset ex his qui erant cum Iesu Galilaeo respondit: *Non sum*, huc detorquet quasi Petrus non abnegarit Christum, sed reiecerit verbum aeternitatis '*erat*'. *Non enim*, inquit, *erant qui esse coeperunt; hoc est dicere: Ille solus erat, qui in principio erat.* Atqui '*erat*', per se non est verbum aeternitatis, sed hic sermo: *In principio erat*, sermo est aeternitatis. Quod enim fuit ante creaturam omnem, initio careat necesse est. Simillimum est quod protinus annectit: '*Non sum*'. Illius est enim esse qui semper est. Atqui hoc nec Petrus sensit, nec Euangelista.

Rursus quum vrgeretur quod inter Galilaei discipulos fuisset, iuxta Marcum iterum negat. Hoc sic excusat. *Negauit ex illis se esse, non Christum negauit. Negauerat hominum consortia, non Dei gratiam. Negauerat ex illis esse se, qui cum Galilaeo erant, non negauit cum Dei Filio.* Atqui quum haec sit vna e tribus negationibus, si non negauit Christum, quomodo verum est quod Christus praedixit: '*Ter me negabis*'?

Denique quum magis vrgeretur a circunstantibus, qui praeter corporis speciem etiam linguam in argumentum adducebant, tertio cum execratione

negauit se nosse hominem: *Bene*, inquit, *negauit hominem, quem sciebat Deum.* Tandem fatetur Petrum negasse, sed non peierasse. Id probat arguta quadam ratione quam non satis assequor. *Denique*, inquit, *vbi iusiurandum est, ibi cauta responsio est. Nam etsi negauit Petrus, non tamen peierauit, quia nec Deum periuraturum esse memorauerat.* Hoc sentit, opinor, quod Petrus secundum Marcum, appellatus primum ab ancilla, quod fuisset cum Iesu, tantum negauit, dicens: '*Neque scio, neque noui quid dicas*'. Rursus appellatus ab ancilla ac proditus, iterum negauit, nec aliud quicquam additur: *Vt scias*, inquit, *Euangelistam*
LB 1040 *veritati quam gratiae plus dedisse.* Verita|tem, vt opinor, appellat simplicem facti narrationem, gratiam sensum mysticum quem vult in Petri verbis latere. Tertio quum ab astantibus vrgeretur, cum iureiurando et execratione negauit, dicens: '*Nescio hominem istum quem dicitis*'. Hanc Ambrosius cautionem vocat:

691 *abnegationi* Le mot est dans Arnob. *Aduersus nationes* I, 32.
deest Pour le reniement.
692 *violentum* Cf. p. 208, l. 163, et ci-dessous, ll. 699 et 710.
quod addit Ambr. op. cit., § 76, 1822 D.
693 *paulo ante* Cf. p. 208, l. 163.
695 *Romae noctes* Er. a pu s'en rendre compte puisqu'il était à Rome dans la première moitié de 1509; voir *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 278, ll. 21–33.
696 *Addit* Ambr. op. cit., § 76, 1823 B.
698 *verbis obliquis* Cf. Suet. *Dom.* 2, 6: "obliquis orationibus" (des allusions indirectes).
700 *ostiaria* Le mot est dans *Ioh.* 18, 17, mais comme épithète de *ancilla.*
701 *Nescio quid dicas* Le seul Evangéliste à employer le subjonctif dans la Vulg. est *Mc.* 14, 68[b] "neque noui quid dicas"; pour *Mt.* 26, 70, Vulg.: "nescio quid dicis"; Er.: "Nescio quid dicas" (*LB* VI, 138 D); pour *Lc.* 22, 60, Vulg.: "nescio quod dicis"; Er. "nescio quid dicas" (*LB* VI, 322 C).
702 *interpretatur* Ambr. op. cit., § 78, 1823 B.
704 *Mt.* 26, 70 (Vulg.; Er. idem sauf: "dicas").
705–706 *Mt.* 26, 34 et 75; *Mc.* 14, 30; *Lc.* 22, 34; *Ioh.* 13, 38.
707 *Mt.* 26, 72.
708 *alteri* C'est la traduction d'Er. car Vulg. dit incorrectement "alia".
710 *violentum* Voir ci-dessus, l. 692.
711 *Galilaeo ... Nazareno* Respectivement *Mt.* 26, 69 (*Mc.* 14, 67) et 71 (*Lc.* 22, 59).
713–715 *Nescio ... includit* Ambr. op. cit., § 79.
713 *Filium Dei* *Mt.* 16, 16; *Ioh.* 6, 69.
715 *Primum* En corrélation avec *etiam* (l. 718), *Rursus* (l. 726), *Denique* (l. 732).
716 *Alioqui* "D'ailleurs, au reste": même si l'interprétation d'Ambr. était exacte Pierre aurait renié Jésus en tant qu'homme.
718–719 *Petrus ... non sum* Les mots *non sum* sont dans *Lc.* 22, 58; pour le reste c'est un résumé d'Er.
722 *In principio erat* *Ioh.* 1, 1. L'argumentation d'Er. est plus développée dans *Paraphr.*, *LB* VII, 499 C–D.
726 *discipulos* Le mot est seulement en *Ioh.* 18, 25.
726–727 *iuxta Marcum* *Mc.* 14, 70 (Vulg.): "At ille iterum negauit".
727 *excusat* A pour sujet Ambr. op. cit., § 81, 1823 D.
731 *Ter me negabis* Voir ci-dessus, ll. 705–706.
733 *linguam* *Mt.* 26, 73 (Vulg.): "loquella tua manifestum te facit"; Er. "loquela".
execratione Cf. *Mt.* 26, 74 (Vulg.): "coepit detestari et iurare quia non nouisset hominem"; (Er., *LB* VI, 138 D): "coepit execrari et iurare quod non nosset hominem"; voir aussi *Mc.* 14, 71.
734 *inquit* Sujet: Ambr. (op. cit., § 82, 1824 A) ainsi que les verbes qui suivent *fatetur*, *probat*, *inquit* (l. 736), *sentit*, *inquit* (l. 741), *appellat*, tandis que les verbes au passé ont pour sujet *Petrus*: *negauit*, *peierauit*.
737–738 *nec Deum ... memorauerat* Il est difficile de comprendre la pensée d'Ambr.; probablement: *memorauerat* aurait pour sujet le Christ et signifierait "il lui avait dit"; la formule ferait allusion à *Mt.* 26, 34 où le Christ dit à Pierre "ter me negabis"; c'est ce que comprend Er. d'après ll. 746–749. Le pronom personnel "eum" est sous-entendu; *nec* "pas non plus", "pas aussi"?
745 *Hanc* Au féminin par attraction de son attribut: "ceci".
cautionem Renvoie à *cauta* (l. 736).

'Non noui istum hominem quem vos dicitis'. Et ideo non peierauit, quia non promiserat Christo se non negaturum Deum, quum diceret: *Te non negabo*, hoc est, quem Dei Filium semel professus sum. Igitur hominem abiurans non peierat.

Rursus quum ait: *Non sum*, excusat quod non esset hominis Apostolus, sed Christi, quemadmodum Paulus negat se Euangelium suum accepisse ab homine aut per hominem, sed per Iesum Christum. Atque hunc locum persequens hoc agit, vt persuadeat Paulum aeque negasse Christum ac Petrum, nisi quod Petrus texit sensum suum, Paulus expressit.

Atque vt multa transiliam, ne taedio sim haec legenti, quod Lucas scripsit *Petrum appellatum respondisse: Non noui illum*, hoc commento tuetur: *Bene dixit, temerarium quippe erat, si diceret quod nosset eum quem mens humana non potest comprehendere. Nemo enim nouit Filium, nisi Pater.* Ita quum iuxta Lucam iterum appellatus ita respondet *Non sum ego*, hoc colore fucat, *Maluit*, inquit, *se negare quam Christum.* Tertio appellatus iuxta Lucam respondit: *Nescio quid dicas*; sic interpretatur Ambrosius: *Sacrilegia vestra nescio.*

Caeterum quoniam obiici poterat, si Christum non negauit Petrus, nec peierauit, vbi est fides Domini, praedicentis: *Ter me negabis.* Aut quid est quod ad se reuersus tam amare fleuit Petrus? Sic elabitur vt dicat Petrum in hoc agnoscere culpam, quod inuolute et ambiguis verbis Christum professus sit Deum et hominem, quum id oporteat ingenue et exerte facere.

Haec quis non intelligit esse coacta praeter Scripturae mentem, vt iam excusemus impietatem, sic accipientes negare Christum esse hominem, qui negat eum nihil aliud esse quam hominem? Sed interim dum commento ludit, excluditur exemplum quod in primis erat inculcandum: hominem quantumuis fortem ex sese nihil posse, si suis fidat viribus et nisi totus pendeat a gratia Dei, quum Petrus qui fidei robore et charitate in Dominum caeteros Apostolos antecedebat ac de se tam magnifice professus esset haud dubium quin ex animo, ad mulierculae vocem tam misere sit exanimatus, quid facturus in tormentis et mortibus?

Tolerabilis est allegoria, quod Petrus negauit in domo Caiphae. In Synagoga negatur Christus, in Ecclesia syncera constansque professio est. Item illud, quod Petrus non erupit in fletum, nisi posteaquam illum respexit Iesus. Rursus illud quod piorum hominum insignes lapsus, plus aedificant interdum Ecclesiam quam aliorum innocentia.

Ita Petri negatio docuit omnes, ne quis fidat humanis viribus. Docuit nemini in crimen lapso spem esse resipiscentiae, nisi Christus eum suo dignetur intuitu. Docuit nullum esse tam atrox facinus, quod non abluant poenitentiae lachrymae. Quemadmodum et peccatricis euangelicae exemplum, magno solatio est Christianis omnibus. Poterant igitur et haec et alia multa ad sensum tropologicum accommodari, quae diligenter persequitur Origenes, videlicet quod Petrus ideo lapsus est, quoniam Iesum sequebatur e longinquo, quod Iudaeis sese admiscuerit, quod nox esset et frigus, quod

nondum audisset galli cantum, quod non fleuerit, nisi egressus atrium pontificis. Petri vero peccatum non excusat, sed vnico tantum colore extenuat,

768 negare *editor*: negari *cett.*

747 *Te non negabo* *Mt.* 26, 35[b]: "non te negabo" (Vulg. Er.); *Mc.* 14, 31.
748 *Dei Filium* *Mt.* 14, 33 et 16, 16; *Ioh.* 6, 70.
750 *Non sum* Voir ci-dessus, ll. 718–719.
excusat Sujet: Ambr. op. cit., § 83, 1824 AB.
751–752 *Paulus negat ... Christum* *Gal.* 1, 12: "Neque enim ego ab homine accepi illud neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi".
753 *agit* "Il se propose de, il vise à"; *hoc* annonce *vt*. Ambr. op. cit., § 84, 1824 C.
aeque .. ac "Autant que", tour classique.
754 *texit* Parfait de *tego*, évidemment.
755 *haec legenti* Participe substantivé.
756 *Petrum ... illum* *Lc.* 22, 57 du moins pour *Non noui illum*, car les mots précédents résument (assez mal) la scène: Pierre n'est pas interpellé, la servante dit: "et hic cum illo erat".
758 *Nemo ... Pater* *Mt.* 11, 27.
759 *Non sum ego* *Lc.* 22, 58[d].
760 *Nescio ... dicas* *Lc.* 22, 60[b]: "Homo, nescio quod dicis".
761 *Ambrosius* Op. cit., § 86, 1825 A.
763 *fides* "Promesse, assurance": *Mt.* 26, 34; *Mc.* 14, 30; *Lc.* 22, 34; *Ioh.* 13, 38.
quid est quod "Que signifie le fait que".
764 *ad se ... Petrus* *Mt.* 26, 75: "et egressus foras plorauit amare" (Vulg.), Er. dit "fleuit"; *Lc* 22, 62 idem; *Mc.* 14, 72[d] dit seulement "et coepit flere".
dicat Ambr. op. cit., § 87, 1825 B; *sic elabitur vt dicat* "il s'en tire en disant".
767 *Haec* Annonce *vt ... excusemus* "Ceci ... à savoir que".
iam "Maintenant, désormais" c'est-à-dire: si nous suivons Ambr.
768 *sic* Annonce la proposition infinitive *negari ... hominem*.
negare (Correction pour "negari" qui ne pourrait être conservé qu'admettant une violente anacoluthe d'Er.) a pour sujet l'antécédent sous-entendu de *qui*.
769 *ludit* Mot très sévère, mais justifié, sur Ambr.
771 *et nisi* Tour peu correct au lieu de "nec".
772 *in Dominum* Se rattache à *charitate*, selon une construction peu répandue; cf. Liv. XXXV, 42, 5: "Quibus mendaciis de rege"; Tac. *Ann.* IV, 32: "discordias consulum aduersum tribunos".
773 *antecedebat* D'après *Mt.* 16, 15–19.
de se ... esset *Mt.* 26, 35[b]: "Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo".
773–774 *haud ... ex animo* L'expression elliptique *haud dubium quin* équivaut à un adverbe: "sûrement, certainement" qui porte sur *ex animo* qui est aussi l'équivalent d'un adverbe "sincèrement" portant sur *professus est*.
774 *exanimatus* Non pas "perdit le souffle", mais "perdit courage".
quid facturus Apposé à *Petrus* sujet de *sit exanimatus*: "prêt à faire quoi?", interrogation oratoire dont le sens est celui d'une affirmation renforcée: Pierre aurait fait bien pire encore sous la torture.
775 *tormentis et mortibus* Ce pluriel indique le sens: l'imminence, la proximité (à plusieurs reprises) de la mort.
776 *allegoria, quod* "L'allégorie consistant en ce que"; Ambr. op. cit., § 68, 1821 B.
domo Caiphae *Mt.* 26, 57–58, *Ioh.* 11, 50: c'est le "princeps sacerdotum"; c'est pourquoi Ambr. parle de "synagogue" (*Mt.* dit "vbi scribae et seniores conuenerant"). Voir Orig. *In Mt.*, *PG* 13, 1762 C.
778 *illud ... Iesus* *Lc.* 22, 61: "Et conuersus Dominus respexit Petrum".
779–780 *piorum ... innocentia* Ambr. op. cit., § 89, 1826 A.
784 *lachrymae* Voir ci-dessus, l. 764.
784–785 *et peccatricis ... exemplum* *Lc.* 7, 37–38 et 44–48.
787 *Origenes* Orig. *In Mt.*, *PG* 13, 1762–1764.
787–788 *sequebatur e longinquo* *Mt.* 26, 58; "a longe" (Vulg.), "procul" (Er., *LB* VI, 138 A); *Mc.* 14, 54; *Lc.* 22, 54: "a longe" (Vulg.), "eminus" (Er., *LB* VI, 208 C; 322 C).
787 *ideo* Annonce à la fois *quoniam*, et les trois *quod* gouvernant les verbes *admiscuerit*, *audisset*, *fleuerit*; en revanche le *quod ... esset ...* doit être rattaché, semble-t-il, à *quod Iudaeis sese admiscuerit* qu'il explique.
790 *colore* Au sens rhétorique (Sen. *Contr.*; Quint.): "argument de défense" donnant aux faits une "couleur" favorable à l'accusé.

quod abiurauit Dominum nondum accepto Spiritu Sancto, *quum*, vt ait Ioannes, *nemo possit profiteri Dominum Iesum nisi in Spiritu Sancto*. Et ideo Petro fuit parata venia. Caeterum eos qui post acceptum Spiritum seu verbis seu factis abnegant Christum, rursum eum sibi crucifigentes et sacrosanctum illius sanguinem pro polluto habentes, difficile est renouari ad poenitentiam. Haec inquam, nec inutiliter nec sine gratia disseruntur apud populum. Quod genus est et illud, Petrus iuxta Matthaeum ad primam appellationem tantum LB 1041 respondit: *Nescio* | *quid dicas*; quum ab alia ancilla impeteretur, negauit cum iureiurando; tertio quum vrgeretur ab astantibus, iureiurando addidit execrationem ac deuouit seipsum. Ita qui semel recessit a Christo, nisi reuocetur per Domini clementiam, semper ad peiora prolabitur, donec tradatur in reprobum sensum, quemadmodum Petrus a mendacio deuenit ad periurium, a periurio ad execrationem, fortasse cum Iuda ad suspendium denique peruenturus, nisi mature Iesus in eum flexisset oculos.

Sed Ambrosii violentiam in excusando peccato Petri notat, ni fallor, Hieronymus in commentariis his verbis: *Scio quosdam pii affectus erga Apostolum Petrum, locum hunc interpretatos, vt dicerent Petrum non Deum negasse sed hominem, et esse sensum: Nescio hominem, quia scio Deum. Hoc quam friuolum sit, prudens lector intelliget, si sic defendunt Apostolum, vt Deum mendacii reum faciant*. Ita Hieronymus.

Similis est violentiae, quod hunc versiculum Psalmi XXIII: *Attollite portas principes vestras, et eleuamini portae aeternales, et introibit Rex gloriae* attribuit angelis qui perstiterant in pristino statu, adhortantibus eos qui vacillabant nec adhuc maliciosum a Deo desciscendi propositum sumpserant, vt resipiscerent; et putat aliquos resipuisse et hoc erat *introire Regem gloriae*, quum tale quiddam nullus vsquam memoret Scripturae locus. Hoc hausisse videtur ex Origene, nam et Hieronymus in hunc psalmum simile quiddam attingit, etiam si non affirmat vllos resipuisse.

Impudentius peccant qui confictam allegoriam mendacio fulciunt. Cui vitio fuit affinis ille de quo refert beatus Hieronymus, enarrans epistolae ad Ephesios caput quintum. Is enim apud popularem concionem, cui interfuit Hieronymus, perinde quasi in theatro captaret plausum multitudinis potius quam interpretaretur Scripturae mysteria, haec Apostoli verba: *Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illucescet tibi* (siue: *continget te*) *Christus*, accommodauit ad Christum in cruce pendentem, qui hoc sermone compellarit Adam ibi sepultum sub ipsa cruce, vt sanguine Christi potuerit aspergi. Atque vt hoc commentum redderet probabilius, quasi linum, vt aiunt, lino connectens, addidit aliud figmentum, eum locum ideo fuisse dictum Caluariae, quod illic sepultum fuerit caput veteris hominis, videlicet Adae, quum Hieronymus doceat Adam fuisse sepultum in Hebron Arbae, non in monte Caluariae. Itaque aut vanitas fuit asseuerare secus quam habet Scriptura aut temeritas pro certo affirmare, quod adeo certum non est, vt vix sit verisimile. Deinde mutauit Scripturam ac pro ἐπιφαύσει σοι id est, *illucescet tibi*, legit ἐφάψεται σου

id est, *continget te*. Quanquam autem erant tum apud Graecos tum apud Latinos exemplaria, quae hanc quoque lectionem aut similem habebant, ipse tamen apostolici sermonis tenor indicat priorem lectionem esse germanam. Huic tamen commento mire fuit applausum ab imperita multitudine, cui saepe gratior est nouitas quam veritas. At non conuenit vt ecclesiastes suam orationem ad multitudinis voluptatem accommodet, sed illud potius agendum, vt populus adsuescat iis quae sunt optima delectari.

Haec veterum negligentia demanauit ad posteros, quorum nonnullis etiam

791–792 1. *Cor.* 12, 3; la Vulg. écrit: "nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu Sancto"; Er. (*LB* VI, 720 A): "nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi per Spiritum Sanctum"; la note 4 (*LB* VI, 719 D–E) justifie l'accusatif par Hier. Hil. Ambr. Orig.

794 *rursum ... crucifigentes* *Hebr.* 6, 6[c]. Cf. livre I, *ASD* V, 4, p. 216, ll. 544–549.

794–795 *sacrosanctum ... habentes* *Hebr.* 10, 29[c]: "et sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est" (Vulg.); "et sanguinem testamenti ceu rem profanam habuerit, per quem fuerat sanctificatus" (Er., *LB* VI, 1012 A).

795 *renouari ad poenitentiam* *Hebr.* 6, 6[b].

796 *gratia* "Agrément, charme".

798 *Nescio quid dicas* *Mt.* 26, 70; Vulg.: "nescio quid dicis"; cf. p. 232, l. 701.
ab alia Comparer avec p. 232, l. 708.

799 *iureiurando* *Mt.* 26, 72: "et iterum negauit cum iuramento".

799–800 *addidit ... seipsum* Voir p. 232, l. 733.

801–802 *reprobum sensum* Voir p. 172, l. 426 et p. 186, l. 677.

803 *Iuda ad suspendium* *Mt.* 27, 5.

804 *mature* "Promptement".
Iesus ... oculos Voir l. 778.

806–809 *Scio ... reum faciant* Hier. *Comm. in Evang. Mt.* IV, 26, 72, *PL* 26, 208 AB. Cf. *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 279, ll. 25–34 (citation de Hier. plus longue qu'ici).

811–812 *Ps.* 23, 7 (Vulg. iuxta LXX).

812 *attribuit* Ambr. *De fide* 4, 1, 9–14, *PL* 16, 619 BC.

817 *Hieronymus ... attingit* Ps.-Hier. *Breuiarium in Ps.* 23, *PL* 26, 887 B: "Tollite portas, principes, vestras; vox angelorum bonorum ad angelos malos quorum princeps diabolus est".

820–821 *ille ... caput quintum* Hier. *Comm. in Eph.* III, 5, 14, *PL* 26, 526 A.

823–824 *Surge ... Christus* *Eph.* 5, 14, trad. Vulg. sauf "illuminabit" au lieu de "illucescet"; Er. (*LB* VI, 852 B): "Expergiscere qui dormis et surge a mortuis et illucescet tibi Christus"; à propos du dernier verbe l'*Annot.* (*LB* VI, 852 E) dit "καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός, id est 'illucescet tibi Christus' siue 'orietur tibi Christus' vt vertit et emendat diuus Hieronymus. Caeterum quod idem admonet a quibusdam legi non ἐπιφαύσει sed ἐφάψεται, id est 'continget' qui velint hoc videri dictum a Christo pendente in cruce ad Adam illic sepultum, qui sanguine redemptoris contactus vitam receperit, coactius est et Iudaicas sapit fabulas. Et tamen Hieronymus testatur se interfuisse in concione in qua commentum hoc miro plebis applausu sit exceptum".

827 *linum ... connectens* Voir *Adag.* 759 (Linum lino nectis), *LB* II, 321 A–B: "Huius adagii duplicem apud Graecos interpretes sensum inuenio, quorum alter est 'Infirmis infirma copulas, friuola friuolis', alter 'eadem non iisdem rationibus facis aut dicis'". Le premier sens est illustré par Plat. *Euthyd.* 298 c: "Est autem ironia in sophistam qui friuolis argutiis id sibi collegisse videbatur". Er. cite aussi Aristot. Suidas, Proclus, Athénée.

828–829 *figmentum ... Adae* Voir livre I, *ASD* V, 4, p. 290, ll. 981–987.

830 *Adam ... Arbae* Hier. *Comm. in Mt.* IV, 27, 33, *PL* 26, 209, avec renvoi à *Ios.* 14, 15.

838–839 *non ... accommodet* Précision indispensable pour éviter toute erreur sur la notion de "decorum" (voir *Gramm. rhét.*): l'orateur, en particulier le prédicateur, doit s'adapter à son auditoire pour le persuader, le transformer, cela ne signifie pas qu'il doit chercher avant tout à lui procurer du plaisir (voluptas, delectari): celui-ci n'est qu'un moyen. Cf. "Pio lectori", *Paraphr. in Mt.*, *LB* VII, f° ** 3 v°.

elegans visum est, Scripturam obtorto collo ad sensum quam maxime alienum pertrahere. Extant commentarii cuiusdam, nomini parcetur, qui quod est apud prophetam Abacuc: *Turbabuntur pelles terrae Madian*, quod iuxta literam dictum est de tentoriis Aethiopiae, iuxta moralem intellectum applicari potest ad impios, quorum conscientia tandem perturbanda sit terrore iudicii, detorsit ad Barptolemaeum excoriatum, nimis impudenter etiamsi vera fuisset historia, nunc hoc etiam impudentius, quod Ecclesia eam vt fabulosam reiicit. Quis enim sic loqueretur de Apostolo excoriato, turbatas esse pelles illius?

Quod nunc referam nec legi nec ipse vidi, sed ab homine minime vano qui praesens audiuit, accepi. Locus tacebitur, ne quis offendatur morosior. E LB 1042 schola quidam prodiit iam | aliquem gradum adeptus in theologia, in vrbe totius regionis celeberrima, in frequentissima concione sui specimen daturus. Is edidicerat duodecim signa zodiaci eaque magno studio ad allegoriam detorquebat, multis admirantibus, subridentibus nonnullis, quibus erat plus nasi. Quam inutili labore vir ille se torserat tribus aut quatuor mensibus. Nam ante tantum spatii solent praemoneri, qui certis diebus eo loco dicturi sunt, quo veniant praeparatiores.

Narrabat idem alium theologiae doctorem, non e multis vnum, sed vt in scholastica theologia, ita in disciplinis liberalibus omnibus insigniter eruditum (nam mihi familiariter fuit notus) in eadem vrbe, loco omnium celeberrimo, post trimestrem meditationem, ex infimis grammaticae rudimentis, conatum docere mysterium Sacrae Triadis, eam accommodando ad congruentiam nominis et verbi. Cum eo theologo quum commentarer de variis similitudinibus, per quas docti conati sunt aliquam Triadis imaginem ostendere, dixit nulla ex re aptius proferri similitudinem vnius essentiae in tribus personis, quam in figura trianguli mathematica, in qua sunt tres lineae aequales eadem superficie. Quod tamen ridiculi causa non commemoro, praesertim quum in priuata confabulatione dictum sit. Prius illud in tam celebri frequentia nimis erat frigidum. Quid multis? Haec licentia paulatim eo processit, vt ista a magnis theologis pro summa laude coeperint affectari.

Ipse audiui theologiae doctorem Parisiis laurea donatum, ordinis diui Dominici, profecto doctum insigniter et humanum, qui per totam Quadragesimam aliquid admiscuit ex euangelica parabola de filio prodigo, iucunde magis quam grauiter affingens quid illi accidisset discedenti a patre, quid reuertenti, ad hunc modum: 'Vbi nunc est noster filius male frugi? Quid rerum gerit? Venit ad molam aquatilem. Ibi restat'. Hic proferebantur e Scripturis testimonia de rotis molae versatilis et ad aberrantem accommodabantur. Postero die: 'Vbi nunc noster prodigus? Quid agit? Repperit popinam. Quid illic? Vescitur. Quid eduliorum? Appositae sunt illi linguae incoctae crusto triticeo, artocrea vocant quidam'. Hic adhibebantur testimonia de linguis hominum perniciosis. Singulis item diebus tale quoddam figmentum adferebatur, nonnulla fortasse cum titillatione aurium popularium, quanto cum animorum fructu, nescio. Atqui Diuina Scriptura foecundior est

quam vt huiusmodi fabulis oporteat horam eximere. Et si delectandus est auditor, habet Scriptura sua viridaria, in quibus liceat decentius reficere animum.

Iam compertum habeo inter eos qui vitam profitentur contemplatiuam ac sibi tales videntur, haberi libellos in quibus simili studio fictis narrationibus addebantur allegoriae. Vnam exempli causa ponam: 'Viator quidam lassus, videns arboris truncum, insedit. Non erat autem arboris truncus, sed draco conuoluto corpore dormiens. At bestia pondere insidentis et calore excitata, erexit caput ac viatorem deuorauit'. Hic affingebatur allegoria: 'Viator est omnis Christianus, qui cupit in hoc mundo conquiescere, sed vbi quietem quaerit, mortem inuenit. Proinde qui tuto vult iter suum absoluere, a mundo sese subducat et fiat monachus'.

844 Madian *A–C*: Madiam *D BAS LB*.

842 *obtorto collo* *Adag.* 3850, *LB* II, 1155 F. Voir p. 184, l. 647. Même idée que dans "violentum" "violentia" (ll. 805, 811 et 692 avec note).

843 *commentarii cuiusdam* Cf. *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 287, ll. 9–12; *Moria, ASD* V, 4, p. 185, ll. 46–48; la note de Listrius indique la source: Jordanus de Quedlinburg, sur lequel voir la note de Clarence Miller; voir aussi livre I, *ASD* V, 4, p. 269, n.l. 478.

844 *Abacuc* *Hab.* 3, 7; Hier. *Comm. in Hab.* II, 3, 7, *PL* 25, 1316–1317.

845 *moralem intellectum* Equivaut à "moralis sensus" ou "tropologia".

846 *terrore iudicii* *Mt.* 25, 41 et 46[a]; voir aussi *Lc.* 21, 11.

856 *nasi* *Adag.* 581, *LB* II, 253 C: "Denique 'nasus' ipse in prouerbium abiit pro iudicio. Horatius: '... Non quia nullus / illis nasus erat [*Serm.* II, 2, 89]".

859 *idem* L'"homo minime vanus" de l. 850.

862 *meditationem* "Préparation". Cf. Er. *Scholia in Hieronymi Epistolas*, t. I, p. 29 A 36 "Meditatione. Id est, exercitatione. Nam id proprie significat 'meditari', quod Graece μελετᾶν".

863–864 *congruentiam ... verbi* "L'accord"; "congruus" est usuel chez les grammariens avec le sens de "accordé", "correct"; voir deux exemples *Gramm. rhét.*, p. 273.

864–865 *similitudinibus* Cf. *Paraphr. in Ioh.* 1, 1 et 2, *LB* VII, 497 A–B et 498 E; c'est surtout Aug. qui a consacré son *De Trinitate*, à partir du livre X, à des analogies tirées de la structure de l'esprit humain.

867–868 *tres ... superficie* Prise à la lettre, cette formule est obscure. En fait Er. veut parler d'un triangle équilatéral; mais quelle fonction grammaticale donne-t-il à *eadem superficie*: "dans une seule et même surface", celle-ci étant l'analogue de Dieu et chaque ligne ou côté l'analogue d'une personne divine?

869 *Prius illud* L'analogie grammaticale, ll. 862–864.

870 *ista* Ces allégories, ll. 850–870.

874 *parabola ... prodigo* *Lc.* 15, 11–32.

875–877 *affingens ... restat* Cf. *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 282, ll. 16–24: "Audiui quendam theologum Parisiensem qui de filio prodigo parabolam in quadraginta dies protraxit, vt aequaret quadragesimae numerum, affingens iter abeuntis ac redeuntis, quasi nunc in diuersorio vesceretur artocrea e linguis confecta, nunc praeteriret molam aquatilem, nunc luderet alea, nunc cessaret in ganea, nunc aliud atque aliud ageret, et ad eiusmodi confictas naenias prophetarum et euangeliorum verba detorquebat. Atque interim imperitae multitudini et crassulis magnatibus deus esse videbatur".

878 *testimonia ... molae versatilis* Peut-être *Sir.* 33, 5: "praecordia fatui quasi rota carri et quasi axis versatilis cogitatus illius"; ces roues, ces meules sont un symbole de versatilité.
aberrantem Participe substantivé: "le vagabond" ou "l'égaré".

881 *artocrea* Ou "artocreas, -atis" (Pers. 6, 50): "pâté de viande".

881–882 *testimonia de linguis* Par ex. *Ps.* 63, 4; 5, 11; 13, 3; *Rom.* 3, 13.

888 *qui vitam ... contemplatiuam* Certains ordres religieux.

892 *insidentis* Participe substantivé.

Quanquam hoc quoque tolerabilius quam quod quidam manifesto falsis affingunt allegoricas interpretationes. Ipse meis auribus audiui quendam non eruditum, sed religionis opinione commendabilem, atque ob muneris autoritatem grauem, qui in fine concionis seriae (erat enim dominicus dies Quadragesimae), quo tempus expleret, adiecit aliquot fabulas, quarum vnam exempli causa narrabo. Aiebat in regione nescio qua esse auem ἀνώνυμον, pulcherrimis plumis decoram, eas plumas illi certis anni temporibus defluere ac, iam deplumem, miserabiles aedere voces, nec finem omnino facere donec plumae renascerentur. Hic allegoria: 'Auis illa designat hominem, cuius plumae sunt virtutes, quae, quum deciderint, lamentis poenitentiae reuocantur'. Templum erat auditoribus differtum, inter quos erant eruditi plures quadraginta et in his
LB 1043 docto|res nonnulli. Euangelium erat ex Ioannis capite nono, quomodo Iesus caeco nato restituerit oculos. Euangelistae narratio tam prolixa est, vt huius commoda expositio potuerit totam occupare horam ac populum attentum retinere. Haec si dissimulantur, quid superest nisi vt ecclesiastes in suggesto narret interpreteturque sua somnia! Tametsi non defuerunt qui fictis somniis demulserint aures concionis. Verum vt haec inuitus commemoraui, ita libens ad alia digredior. Quaedam exempli causa commonstrasse compulit necessitas. Prudentis ecclesiastae fuerit a tali specie quam longissime submouere sese.

Proinde vt ad id quod institueramus sese nostra referat oratio, pariter impii sunt qui vel typos vel allegorias submouent e Scripturis et qui, sectantes allegoriam, sensum historicum reiiciunt, vbi nulla cogit necessitas. Sed in his sobria mediocritas est seruanda.

Inter allegoriam autem et typum hoc interest: quae facta narrantur vt aliud significent, typos ac figuras appellamus, vt serpens aeneus in stipite pendens typus fuit Christi sublati in crucem in salutem omnium credentium. Allegoria magis sita est in doctrina ac praeceptis, cuius generis fere sunt, quae Lex Mosi praecipit de aedificando templo, de vestitu sacerdotum, de ritibus sacrificiorum, de circumcisione deque cibis mundis et immundis. Caeterum quod ad tractationem attinet, eadem est ratio typorum et allegoriarum.

Bifariam autem ab allegoria a typisue receditur, vno modo quum quod narratur factum aut futurum simpliciter intelligitur, nec admittitur sensus interior, veluti si quis per petram vnde Hebraeis in deserto fluxit aqua neget significatum Christum aut per Mosi faciem velo obtectam neget significari Iudaeos reiicientes Euangelii gratiam per Christum omnibus reseratam. Item si quis quae de regno Christi praedicta sunt a prophetis neget esse completa, quod iuxta sensum historicum non apparent ea quae promissa sunt. Nam prophetae spirituale regnum intelligi voluerunt. Iudaei expectant regnum mundanum. Sic a typo recedere impium est. Quum enim sensus historicus veluti corpus sit Scripturae, sensus reconditior velut anima, nimirum ab ipsa Scriptura recedit qui, quod illius est optimum, repudiat. Sit hoc exempli causa dictum de typis. Consimilem in modum impius sit qui, quae Moses praecepit de victimis ac ciborum delectu, putet hodie iuxta sensum externum obser-

uanda esse; aut quoniam Dominus beatos pronunciat eos qui se castrassent propter regnum Dei, sic accipiat quasi Deo gratum sit futurum, si quis amore pudicitiae sibi amputet membra genitalia. Nam iuxta Domini sensum execuit sese qui Venereae voluptatis affectum studio pietatis abiecit. His modis impie receditur a typis et allegoriis.

923 Mosi *O BAS*: Mosis *LB*.
924 praecipit *O*: praecepit *BAS LB*.
930 Mosi *O BAS*: Mosis *LB*.

897 ***manifesto falsis*** Adjectif substantivé: "des choses manifestement fausses".

899 ***religionis opinione*** "La bonne opinion qu'on avait de, la réputation". Quant à "religio" il a le sens de "vie monastique" ou peut-être plus précisément de "l'ordre religieux" (auquel appartenait ce prédicateur).
muneris La charge de prêcher lors de cette solennité.

900–901 ***Quadragesimae*** La Quadragésime ou Carême, 40e jour avant Pâques en souvenir des quarante jours de jeûne du Christ au désert (*Mt.* 4, 1–11).

902–905 ***Aiebat ... renascerentur*** Cf. *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 282, ll. 10–12: "Viator fessus insedit tergo ingentis draconis arboris truncum esse ratus, is excitatus deuorauit miserum. Viator est homo, draco mundus, qui sibi innitentes perdit".

902 ἀνώνυμον Ce mot est d'Er. plutôt que du prédicateur qui ignore certainement le grec (ll. 898–899 ***non eruditum***); il signifie "sans nom", c'est-à-dire "inconnu".

908 ***Ioannis capite nono*** *Ioh.* 9, 1–11; le récit du miracle est suivi de celui des réactions des Pharisiens 12–41; d'où le ***prolixa***.

912 ***narret ... sua somnia*** Les songes sont considérés comme dépourvus de réalité – à moins d'être des messages surnaturels que l'oniromancie se charge d'interpréter. Voir Macr. *Somn.* 1, 3 qui établit une classification; et comme exemple d'oniromancie: Artémidore d'Ephèse *Onirocritique* et *Gn.* 41. Voir Allen, Ep. 61, ll. 11–32.
fictis somniis Er. considère comme une fiction littéraire le songe de Jérôme dans *Epist.* 22 à Eustochium. Lui-même a raconté un rêve fictif dans sa Préface à *Loca quaedam ... emendata*, Ep. 2095, Allen VIII, p. 47 sq., ll. 22–54 (commenté par M. Mann Phillips dans *Scrinium Erasmianum* I, pp. 335–350).

913 ***vt ... ita*** Exprime une opposition.

916 ***id quod institueramus*** Voir p. 228, ll. 606–609 et p. 230, ll. 674–678.

919 ***mediocritas*** "juste mesure" et non pas: médiocrité!

920 ***quae facta narrantur*** Equivaut à "facta [accusatif] quae narrantur" mais on attendrait un "ea" devant "typos ... appellamus" (Ernout-Thomas, § 162).

921 ***serpens ... pendens*** *Nu.* 21, 6–9: Dieu a envoyé des serpents de feu pour tuer maints Hébreux qui avaient parlé contre Lui; Moïse Le prie et Dieu l'invite à faire un serpent en bronze dont la vue suffira à guérir ceux qui auront été blessés; toutefois le texte de Vulgate ne parle pas de ***stipite***, il dit seulement: "ponere pro signo" (8 et 9). Er. (ou les Pères de l'Eglise qui ont commenté ce passage) introduit ce "tronc" ou ce "pieu" pour faciliter le rapprochement avec la Croix du Christ. Voir ci-dessous, p. 247, n.l. 59.

923–925 ***quae Lex Mosi ... immundis*** *Ex.* 26 (Temple); 28 (vêtement des prêtres); *Lv.* 1–7 (sacrifices); *Gn.* 17, 12 (circoncision); *Lv.* 11, et *Dt.* 14 (aliments). Au livre I Er. a longuement traité le vêtement du grand-prêtre comme allégorie de la prédication, à la suite de Hier., *ASD* V, 4, pp. 86–106; les ll. 98–121 formulent déjà le principe de l'exégèse allégorique: "Legem esse spiritualem et quicquid in Vetere Testamento vel scriptum est vel gestum ad nos erudiendos scriptum gestumque esse".

928 ***simpliciter*** "Comme ayant une seule signification", celle qui est immédiatement apparente.

929 ***petram ... aqua*** *Ex.* 17, 6.

930 ***Mosi ... obtectam*** Voir p. 226, l. 590 ***Mosi velamen*** et n.

932 ***regno Christi*** Le Messie ou Oint ou Christ était attendu comme roi d'Israël par les Juifs; on oignait les rois, comme tout ce qui avait, personnes ou choses, un caractère sacré.

939 ***de victimis ... delectu*** Voir l. 923; Moïse était considéré comme l'auteur du Pentateuque.

940 ***qui se castrassent*** Voir ll. 620–621 et n.

Altero modo pie receditur, quum historico sensui tanquam basi substratae suus habetur honos, sed huic ad maiorem auditorum fructum inducitur sensus mysticus. Veluti qui non negat Euam, serpentis alloquio corruptam, in criminis societatem vocasse maritum suum, sed huic fundamento addit allegoriam siue tropologiam: Satanam fallacibus promissis solicitare inferiores hominis affectus, vt a Dei praeceptis recedat, ab affectibus autem carnis etiam rationem pertrahi in assensum criminis. Eua persuasa comedit, Adam non persuasione serpentis, sed nimia in vxorem charitate victus est potius quam seductus. Nostra Eua caro est; Adam, ratio siue spiritus. Caro infirma est, spiritus autem promptus. Item quod docet Solomon: *Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem* iuxta sensum grammaticum quod dicitur verum est, iratum hominem placandum esse verbis blandioribus, quem si verbis asperis exacerbes, iam iram verti in furorem; non peccat tamen qui sententiam accommodat ad peccatorem resipiscentem. Deus hominum peccatis offenditur; qui si resipiscant et, suam agnoscentes culpam, ad eius
LB 1044 misericordiam | confugiant, frangunt iram ac minas Dei; sin persistant in sua malicia et, admoniti, dicant in corde suo: ‘Non est Deus’, iam ira Dei vertitur in furorem; et qui contemnunt Dei patientiam ad poenitentiam prouocantis, traduntur in reprobum sensum.

A grammatico sensu, quemadmodum superius admonuimus, quem Paulus literam appellat, recedere interdum cogit necessitas, interdum suadet vtilitas. Necessitas cogit, quum in verbis est absurditas. Euidens absurditas est in verbis Domini, quum iubet erui ac proiici dextrum oculum, qui sit offendiculo aut amputari manum et abiici aut odisse patrem, matrem, fratres, sorores, atque insuper animam propriam, quum beatos pronunciat qui se castrauerunt propter regnum Dei. Similiter quum beatus Paulus iubet mortificari membra nostra quae sunt super terram ac prunas ardentes congeri in caput inimici. Vtilitas suadet, quoties in verbis Scripturae simpliciter intellectis exigua aut nulla est vtilitas aut, si qua est, tamen in sensu mystico longe est vberior. Historia quomodo Iacob auxerit gregem suum, quomodo huic Laban imposuerit Lya pro Rachele supposita, non video quid habeat vtilitatis, si persistas in sensu grammatico. Nisi forte quis hinc exemplum ducat temperantis pariter et constantis animi in Iacob, qui tanta contumelia delusus non recesserit ab amicitia, sed conditionem quamuis iniquam admiserit; tum quatuordecim annis abstinuerit a congressu formosissimae virginis quam supra modum adamabat, quum hodie vix impetrari possit a sponsis, vt vnum mensem sibi temperent, quin furtim cum nuptis misceantur, interdum nec aetate expectata quae puellas viri patientes reddit. Rursus quum Solomon hortatur nos ad exemplum formicae, vt illius exemplo paremus in iuuentute, quo alamur in senectute, non inutilis est admonitio, sed qualem Ethnicus ingereret filio suo. Multo autem vberior est fructus, si totam hanc vitam interpretemur aetatem nostram, in qua datum est bene agere. Hanc oportunitatem qui negligit, post mortem hyems est in qua non licet bene operari, sed quisque mercedem accipit, prout gessit in corpore, siue bonum siue malum.

Necessitate igitur depellimur a litera, quoties Scripturae verba, ni tropum adhibeas, manifestam habent falsitatem aut absurditatem aut alioqui sensum pugnantem cum doctrina Christi piisque moribus. Veluti quum propheta dicit: *Sedebit solitarius, et leuabit se supra se.* Sermo grammaticus non consistit. Nullus enim potest seipsum leuare supra se, sed fides est quae mentem hominis attollit vltra naturam hominis. Item quod de Christo vaticinatur Psalmus: *Super aspidem et basiliscum ambulabis*, etc., si legitur iuxta literam, falsum est. Nusquam enim legitur tale quicquam fecisse Dominus nec alius sanctorum quisquam. Haec tamen falsitas non est in Scriptura, sed in eo qui perperam accipit Scripturam, quum tale nihil senserit qui scripsit. Absurditatis exempla passim obuia sunt. Quod genus est, quum Deus in Genesi loquitur: '*Poenitet me fecisse hominem*'. In Deum enim nulla cadit poenitentia. Rursus quum Abrahae loquitur: '*Descendam et videbo, vtrum clamor verus venit ad me, an non sit ita, vt sciam*'. In Deum enim nulla cadit ignorantia. Tale est illud Pauli

969 animam *O*: manum *BAS LB*.

975 Lya *cett.*: Lea *LB*.

945 *Altero modo* ... *receditur* De ces deux manières de "s'éloigner des types ou de l'allégorie", il résulte que "les types ou l'allégorie" est l'exégèse qui retient seulement le sens figuré ou spirituel (ll. 917–918). *basi substratae* Cela fait quelque peu pléonasme.

947 *mysticus* "Caché", "secret", non immédiatement visible.

947–948 *Euam* ... *maritum suum* *Gn.* 3, 1–6.

949 *allegoriam siue tropologiam* Au sens indiqué, p. 220, ll. 463–464.

949–954 *Satanam* ... *promptus* Cf. *Enchir.*, Holborn, p. 23, ll. 12–18.

953–954 *Caro* ... *promptus* *Mt.* 26, 41, *Mc.* 14, 38, mais Er. inverse l'ordre des deux propositions, ce qui modifie le sens de l'ensemble en mettant l'accent moins sur la faiblesse et l'inertie de la chair que sur la vivacité et l'énergie de l'esprit.

954–955 *Prv.* 15, 1.

961 *dicant* ... *non est Deus* Cf. *Ps.* 13, 1 et 52, 1: "Dixit insipiens in corde suo non est Deus".

963 *reprobum sensum* Voir ci-dessus, pp. 236, ll. 801–802; 172, 426; 186, 677.

964 *superius* Cf. p. 230, ll. 674–675.

965 *literam* 2. *Cor.* 3, 6: "Littera enim occidit, Spiritus autem viuificat". La majuscule est dans la Vulgate; l'interprétation d'Er. voudrait une minuscule.

967 *erui* ... *oculum* Cf. *Mt.* 5, 29; *Mc.* 9, 46.

968 *amputari* ... *abiici* Cf. *Mt.* 5, 30; *Mc.* 9, 42.

968–969 *odisse* ... *propriam* *Lc.* 14, 26.

969–970 *beatos* ... *regnum Dei* Voir pp. 241, l. 940 et 228, ll. 620–621.

970–971 *mortificari* ... *terram* *Col.* 3, 5ª.

971 *prunas* ... *inimici* *Rom.* 12, 20.

974 *Iacob* ... *suum* Cf. *Gn.* 30, 37–43.

974–975 *Laban* ... *supposita* Cf. *Gn.* 29, 20–27.

978 *conditionem* Cf. *Gn.* 29, 27: Laban qui a trompé Jacob en lui faisant épouser non pas Rachel qu'il aime, mais son aînée Léa, consent à lui accorder aussi Rachel s'il accomplit sept ans de plus comme domestique.

978–980 *quatuordecim* ... *adamabat* Sept ans (*Gn.* 29, 18), puis encore sept ans (ibid. 30); il l'aimait: 29, 20 et 30.

980 *impetrari* ... *a sponsis* "Etre obtenu des fiancés" (et non pas: "par les fiancés"): "impetrare aliquid ab aliquo" (Cic.): obtenir quelque chose de quelqu'un.

981 *nuptis* "Leurs épouses".

982 *viri patientes* "Capables de subir un mari", "nubiles".

982–984 *Solomon* ... *in senectute* *Prv.* 30, 25: "formicae populus infirmus quae preparant in messe cibum sibi"; Er. amalgame avec la fable 134 d'Esope "La cigale et la fourmi".

984 *Ethnicus* Er. veut faire penser à Esope.

992 *Thr.* 3, 28, mais on lit aujourd'hui: "sedebit solitarius et tacebit quia leuauit super se" (ou "leuabit") c'est-à-dire: "Qu'il s'asseye à l'écart et se taise quand Il le lui impose".

995 *Ps.* 90, 13.

1000 *Gn.* 6, 7. De là le déluge.

1–2 *Gn.* 18, 21, mais au lieu de *clamor* ... *sit ita* on lit dans Vulg.: "clamorem qui venit ad me opere compleuerint an non est ita"; c'est la clameur de Sodome et Gomorrhe.

Rom. duodecimo, quod modo retuli: '*Hoc faciens, carbones ignis congeres super caput eius*'. Hic absurditas cum falsitate coniuncta est. Qui cibum et potum dat inimico, multum abest ab eo qui congerit ardentes carbones in caput hominis, quod aduersus inimicos etiam absurde fieret.

Scripturae sermo quadrifariam diuiditur. Quaedam dicuntur, nec sunt. Quaedam sunt, nec dicuntur. Quaedam dicuntur, et sunt. Quaedam nec dicuntur nec sunt. Primae classis sunt, quum Deus dicitur obdormisse aut irasci aut auertere faciem aliaque huius generis innumera, quorum nihil vere cadit in Deum; sed quod sub his verbis latet, congruit Deo. Secundi ordinis est, quod Filius dicitur homusios Patri, Pater ingenitus et ἄναρχος, quum nihil LB 1045 horum expressum sit in Sacris Literis, sed hinc certa ratiocinatione | colliguntur. Tertiae sortis est, quod Paulus appellat Christum Deum et hominem. Hoc enim citra omnem tropum verum est. Quarti generis sit, si quis dicat treis personas esse treis deos natura diuersos aut mundum caruisse initio, quod nec scriptum est, nec vllo tropo verum est. In his igitur quae sunt primae classis necessario recedimus a verbis et ad tropologiam confugimus. Alioqui litera occidit.

Vt autem eius quod tertio loco posuimus exemplum aliquod proferatur: quod in Cantico mystico in laudem Solomonis canitur: *Sexaginta sunt reginae, octoginta concubinae, adulescentularum non est numerus* exempli perniciosi sit, si verba vt sonant intelligantur et ad Christianorum mores accommodentur. Huic adsimile est quod in eodem Cantico sponsa loquitur sponsi sodalibus, quos inuitat in hortum suum: '*Comedite, amici mei, et bibite et inebriamini, charissimi*'. Rursus Hieremiae vigesimo quinto: '*Bibite, inebriamini et vomite*'. Multo aliud sentit Scriptura quam verba sonant. Huiusmodi quaedam reperiuntur et in Euangelio. Dominus iubet vt ferienti maxillam vnam praebeamus alteram, quod nec Paulus nec ipse Dominus praestitit, alapa caesus, et per iniuriam auferenti pallium addamus et tunicam, atqui praeter bonos mores est peccanti studiose grauius peccandi dare occasionem. In huiusmodi sermonibus hyperbole est, deterrens a vindicta.

Illud annotandum, quod interdum etiamsi constet infimi sensus veritas, nec vlla sit in verbis absurditas aut aliud pugnans cum sana doctrina, tamen occidit litera si illi adhaerescamus. In causa est mutata temporum ratio. Tale fuerit, si quis nunc vitulos imponat altari, quod olim religionis erat, nunc esset impietas. Praeterea si typos Legis et vaticinia prophetarum de Christo venturo, sic accipiamus quasi nondum venerit. Qui perniciosissimus error in hodiernum vsque diem tenet infelices Iudaeos. Huic similis est error eorum qui quae ventura promittuntur suo tempore, sic accipiunt quasi iam facta sint. Sic insaniit Phygelus cum suis gregalibus, qui dicebant iam resurrectionem esse peractam, excitato Christo cum aliquot sanctis, qui moriente Christo reuixerunt iuxta Matthaeum, quum Dominus apud Ioannem quinto aperte doceat omnes resurrecturos: '*Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem Filii Dei et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae; qui vero mala, in*

resurrectionem iudicii. Idem docet Paulus. Simili dementia tenentur et hodie quidam, qui asseuerant venisse Antichristum cum pseudoprophetis; contra

21 sexaginta *D BAS LB*: quinquaginta *A–C*. 34 vlla *O*: nulla *BAS LB*.

3 *modo retuli* Cf. p. 242, l. 971.
7 *quadrifariam diuiditur* Greg. Naz. *Or. theol.* 5 (= *Or.* 31), 22, *PG* 36, 157 A: Τῶν πραγμάτων τὰ μὲν οὐκ ἔστι λέγεται δέ, τὰ δὲ ὄντα οὐ λέγεται, τὰ δὲ οὔτε ἔστιν οὔτε λέγεται, τὰ δὲ ἄμφω καὶ ἔστι καὶ λέγεται.
9 *obdormisse* *Ps.* 43, 23; 77, 65; Greg. Naz. loc. cit.
10 *irasci* *Ex.* 32, 11; *Ps.* 7, 12; *Is.* 5, 25; 12, 1; etc. etc.; Greg. Naz. ibid.
auertere faciem *Ps.* 12, 1; 43, 24; etc. etc.
12 *homusios Patri* Cf. livre IV, *ASD* V, 4, p. 316, ll. 87–90. Le mot grec apparaît dans le symbole de saint Epiphane en 374 (Denzinger-Schönmetzer, §§ 42 et 44); voir Symbole de Nicée en 325 (ibid. § 125); l'équivalent latin est "consubstantialis" qui figure dans le Credo chanté à la messe (quand on y chantait en latin).
12 *ingenitus et* ἄναρχος C'est-à-dire "sans commencement": Greg. Naz. 23.
14 *Paulus ... hominem* Paul dit que le Christ est homme: *Col.* 1, 28: "vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo"; il associe maintes fois Dieu et le Christ; 1. *Tim.* 5, 21: "Testor coram Deo et Christo"; mais il ne dit point expressis verbis que Jésus soit Dieu et homme à la fois.
18–19 *litera occidit* 2. *Cor.* 3, 6.
20 *tertio loco* Non pas la troisième sorte indiquée l. 14, mais (d'après les exemples qui suivent) le cas où l'on est contraint de s'écarter du sens littéral par la nécessité que constitue une évidente absurdité (p. 242, l. 966); le cas n° 1 consiste à rejeter tout sens allégorique (p. 240, l. 927: *vno modo*); le cas n° 2 consiste à admettre en même temps le sens littéral et un sens allégorique (p. 242, l. 945, *altero modo*). Mais il faut bien reconnaître que ce cas n° 3 n'a pas été annoncé comme tel et que *posuimus* peut difficilement se justifier. Critique inverse: Er. a déjà traité ce sujet ll. 966–6.
21–22 *Ct.* 6, 7.
25–26 *Comedite ... charissimi* *Ct.* 5, 1.
26 *Hieremiae* *Ir.* 25, 27.
28–29 *Dominus iubet ... alteram* *Mt.* 5, 39; *Lc.* 6, 29.
29 *Paulus* Peut-être allusion à 2. *Cor.* 12, 7 bien que le soufflet soit à prendre au sens figuré?
alapa caesus Cf. *Ioh.* 18, 22; 19, 3; *Mc.* 14, 65.
29–30 *per iniuriam ... tunicam* Cf. *Mt.* 5, 40; *auferenti* comme *ferienti* (l. 28) sont des participes substantivés.
30 *atqui* Oppose à ce qui vient d'être dit l'objection *praeter bonos* etc.
31 *studiose* "Avec zèle, avec empressement" porte sur *dare occasionem*.
32 *hyperbole* Voir pp. 112–118, ll. 182–301. L'exemple ici analysé se trouve déjà mentionné l. 266.
33 *infimi sensus* Le sens littéral: p. 220, l. 471; 228, l. 607.
35 *mutata temporum ratio* "La façon de faire des époques qui a changé".
36 *vitulos ... religionis erat* Par ex. *Lv.* 9, 3 et 8–10.
38 *sic* Annonce *quasi*.
39 *infelices Iudaeos* Cette épithète pourrait suffire à réfuter l'accusation absurde d'antisémitisme parfois portée contre Er.
41 *Phygelus* Paul dans 2. *Tim.* 2, 17–18: "... Hymenaeus et Philetus qui circa veritatem aberrarunt, dicentes resurrectionem iam esse factam et subuertunt quorumdam fidem". L'*Annot.* d'Er. (*LB* VI, 956 AB) n'explique pas le nom de "Phygelus"; il existait en Ionie une ville de Phygela ou Pygela (Πύγελα) dont le nom se rencontre chez Xen. *Hell.*, Plin. *Nat.* V, 114 (Plin. le fait dériver de φυγή).
gregalibus "Ceux qui le suivent comme un troupeau", Cic. *De or.* II, 253 etc.
42–43 *moriente Christo ... Matthaeum* *Mt.* 27, 52: "et monumenta aperta sunt et multa corpora sanctorum qui dormierunt surrexerunt".
44–46 *Ioh.* 5, 28–29; Er. a substitué *Filii Dei* à "eius" et omis "egerunt" après *mala*.
46 *Paulus* 1. *Thess.* 4, 13–17, par ex. 16: "mortui qui in Christo sunt resurgent primi".
47 *Antichristum cum pseudoprophetis* 1. *Ioh.* 4, 1 et 3; *Mt.* 24, 24.

hos venisse Enoch et Heliam cum suis prophetis. Quanquam certo certius est venturam aliquando seculi consummationem, neque vero pauca iam praecesserunt indicia, tamen arbitror istos diuinatores insanire. Verum haec vtcunque habent, illud consultum est, vt quisque se paret ad extremum diem ne, quum venerit, inueniat imparatos.

Iam quod beatus Augustinus in Epistola ad Vincentium scripsit insignis esse impudentiae, si quis fidei catholicae dogmata tentet probare per allegoriam, cum exceptione est intelligendum quam ille non praetermisit. Addit enim: nisi habeat et manifesta testimonia, quorum lumine illustrentur obscura. Proinde non est phas de typis aut allegoriis dubitare, quarum inuolucra nobis aperuit Scriptura Canonica. Sicut Christus aperuit quid significaret serpens aeneus, quid Ionas post triduum e ceti ventre redditus, Euangelistae commonstrarunt quid senserit Dominus, quum diceret: '*Soluite templum hoc et in triduo excitabo illud*, item quum iuberet caueri a fermento Pharisaeorum. Quin ipse Dominus parabolas aliquot dignatus est explicare. Quemadmodum Esaias exposuit allegoriam de vinea, quae pro vuis genuit labruscas, similiter Petrus indicauit diluuium typum fuisse baptismi christiani; Paulus docuit petram vnde Hebraeis fluxit aqua in deserto designasse Christum; idem historiam Sarae et Agar accommodat ad Legem et Euangelium. Et velamen quo Moses loquutus populo texit faciem suam, docuit esse typum caecitatis Iudaicae,
LB 1046 quae | non perspicit spiritualem Legis intelligentiam; aperuit et Isaac gessisse figuram Christi: *non dixit: In seminibus, sed in vno semine, quod est Christus.* De his et similibus non est phas dubitare, eo quod habeant testimonium ab his quorum est irrefragabilis autoritas. Haec si Gregorius fuisset interpretatus, non fuisset impium vel dubitare vel etiam dissentire, nec ex his quicquam potuisset efficaciter probari, propterea quod nobis incertum esset an hoc sensisset Spiritus Sanctus. Fieri vero non potest, vt per id quod incertum est aliquid certo probemus.

Quaedam allegoriae vel per se, vel ex ipso sermonis tenore, vel ex aliis Scripturae locis dilucescunt. Quod genus est illud Ioannis Baptistae, Matthaei tertio: *Iam enim securis ad radicem arboris posita est.* Quoniam praecessit: '*Progenies viperarum quis ostendit vobis fugere a ventura ira*', etc., '*Ne coeperitis dicere: Patrem habemus Abraham, quia potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae*', perspicuum est quid sibi velit securis metaphora, nimirum fore vt, ni mature poenitentiam agerent, populus Israeliticus insanabiliter reiiceretur propter obstinatam incredulitatem et Euangelii gratia Abrahae nepotibus promissa transferretur ad gentes Abrahae fidem imitantes.

Allegoria vero Psalmi septuagesiminoni: *Vineam de Aegypto transtulisti*, perpetua vsque ad Psalmi finem, etiamsi parum diluceret ex verbis admixtis *de Aegypto* et *eiecisti gentes*, tamen ex Esaiae capite quinto lucem acciperet. Illic enim ipse propheta suam allegoriam interpretatur: *Vinea Domini exercituum*

57 typis aut *A B*: typis et *cett.*   74 vero *A B*: enim *cett.*

48 *hos* Les *quidam*.
Enoch Fils de Seth, *Gn.* 4, 26 et 5, 9–11; son nom signifie "Homme" en général, être humain; *Sir.* 44, 16: "Enoch placuit Deo et translatus est in paradiso"; *Hebr.* 11, 5 y fait allusion: "fide Enoch translatus est ne videret mortem".
Heliam 2. *Rg.* (Vulg. 4. *Rg.*) 2, 11: "cum pergerent et incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus et equi ignei diuiserunt vtrumque (sc. Helias et Heliseus) et ascendit Helias per turbinem in caelum".
certo certius Er. amalgame deux adages: *Adag.* 2862 'Certum prospici' (*ASD* II, 6, p. 538) d'après Hom. *Od.* II, 170, et *Adag.* 3802 'Vero verius' (*LB* II, 1145 A–B) d'après Martial. VIII, 76, 7, avec cette observation: "Non dissimili forma dicimus 'certo certius'". Cf. p. 254, l. 253.
49 *seculi consummationem* Cf. *Mt.* 13, 40 et 49.
50 *diuinatores* "Devins"; le mot est dans Firm. *Math.* 5, 5. Dans une lettre du 2 sept. 1527 à Vergara (Ep. 1875, Allen VII, p. 167, l. 168 sq.) Er. fait allusion à de tels "prophètes": "Si mundi finis instat, vt prophetae quidam affirmant, non est tanti pro tantillo spatio depugnare; si mentiuntur prophetae, tamen etc.".
52 *imparatos* Cf. *Mt.* 24, 44: "ideoque et vos estote parati quia qua nescitis hora Filius hominis venturus est".
53–57 *beatus Augustinus … obscura* Aug. *Epist.* 93, 8, 24, *PL* 33, 334: "Quis autem non impudentissime nitatur aliquid in allegoria positum pro se interpretari, nisi habeat et manifesta testimonia, quorum lumine illustrentur obscura?".
59 *serpens aeneus* Déjà évoqué p. 240, n.l. 921. Le Christ en a fait l'exégèse: *Ioh.* 3, 14–15: "et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, vt omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat vitam aeternam". Voir p. 258, l. 345.
Ionas … redditus *Ion.* 2, 1–11; *Mt.* 12, 40: "sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terrae tribus diebus et tribus noctibus".
60–61 *Ioh.* 2, 19; *Mt.* 26, 61 et *Mc.* 14, 58 ont une formule un peu différente: "possum destruere templum Dei et post triduum aedificare illud" (*Mt.*); *Ioh.* 2, 21–22: "ille autem dicebat de templo corporis sui; cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat".
61 *fermento Pharisaeorum* *Mt.* 16, 6; *Mc.* 8, 15; *Lc.* 12, 1–2: "Adtendite a fermento Pharisaeorum, quae est hypocrisis; nihil autem opertum est quod non reueletur, neque absconditum quod non sciatur".
62 *parabolas … explicare* Cf. *Mt.* 13, 1–23, parabole du semeur, immédiatement expliquée; 13, 24–30: parabole de l'ivraie, expliquée en 13, 36–43; équivalent dans *Mc.* 4, 1 sq.; *Lc.* 8, 4 sq.
62–63 *Esaias … labruscas* Cf. *Is.* 5, 1–8; le verset 7 explique: "vinea enim Domini exercituum domus Israhel, etc.".
64 *diluuium … christiani* 1. *Petr.* 3, 20–21: "… octo animae saluae factae sunt per aquam, quod et vos nunc similis formae saluos facit baptisma".
64–65 *petram … Christum* Cf. 1. *Cor.* 10, 4: "[patres nostri] bibebant de spiritali consequenti eos petra; petra autem erat Christus".
66 *Sarae … Euangelium* Cf. *Gal.* 4, 22–24: "… Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla et vnum de libera … quae sunt per allegoriam dicta: haec enim sunt duo testamenta, etc.".
66–68 *velamen … intelligentiam* Cf. 2. *Cor.* 3, 13–16 (d'après *Ex.* 34, 33); ci-dessus, p. 240, l. 930; p. 227, n.l. 590.
68–69 *Isaac … Christus* *Gal.* 3, 16: "Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius; non dicit 'et seminibus' quasi in multis, sed quasi in vno, et 'semini tuo' qui est Christus".
71 *Gregorius* Grégoire de Nazianze, cité p. 244, l. 7.
76 *sermonis tenore* La suite, l'enchaînement des idées (*Gramm. rhét.*, p. 688).
78 *Mt.* 3, 10ª; et *Lc.* 3, 9; déjà cité p. 216, l. 373.
79 *Progenies … ira* *Mt.* 3, 7ᵇ; Er. substitue *ostendit* au "demonstrauit" de Vulg.
79–81 *Ne coeperitis … filios Abrahae* *Mt.* 3, 9, Vulg. modifiée (mais Er. lui-même traduit autrement).
82 *insanabiliter* Sans doute forgé par Er. bien que le mot se trouve chez Caelius Aurelianus (médecin du 5e s.).
reiiceretur Par Dieu.
83 *incredulitatem* Cf. *Hebr.* 3, 19: "non potuerunt introire propter incredulitatem" et 4, 6: "non introierunt propter incredulitatem" (il s'agit des Hébreux sortis d'Egypte).
gratia Sujet de *transferretur*; les *gentes* sont les non-Juifs.
85 *Ps.* 79, 9–20.
87 *eiecisti gentes* *Ps.* 79, 9ᵇ.
88–89 *Is.* 5, 7 mais plusieurs manuscrits ont "vir" au lieu de *viri*.

domus Israel est, et viri Iuda germen delectabile eius. Quod autem de vinea dixit: *Expectaui vt faceret vuas, et fecit labruscas*, sic explicat: *Expectaui vt faceret iudicium, et ecce iniquitas*, etc. Item ex capite tertio, vbi Dominus expostulans cum iis qui moribus impiis corrumpebant et violentia opprimebant populum Israeliticum, ait: '*Vos enim depasti estis vineam meam*'. Quemadmodum et Hieremiae duodecimo: '*Pastores*, inquit, *multi demoliti sunt vineam meam*'. Quoniam autem allegoria vineae frequens est apud sacerdotes, etiam principes sacerdotum et Pharisaei intellexerunt parabolis Iesu de conductis in vineam et de colonis vineae qui occiderunt filium, ipsorum malitiam denotari, et offensi quaerebant iniicere manus Domino.

Parabola vero de tribus, quinque et decem talentis per se liquet, admonens vt quisque facultatem sibi a Deo donatam conferat ad vtilitatem proximi sui, donec veniat tempus iudicii.

Rursus sunt quae tantum habent caliginis vt nullo humano ingenio possint ad liquidum explicari. Quales quum aliae multae sunt apud prophetas, tum vero apud Ezechielem in initio aenigmata rotarum et a capite quadragesimo descriptiones ac dimensiones templi. Igitur ex vehementer obscuris nihil possis euincere, si incidat controuersia, nec ex ambiguis. Euidens sit oportet, quod coarguat aduersarium aut confirmet ambigentem. Etenim si cuius interpretationem proferas, dicet hominis esse commentum; si tuam ipsius, ridebit somnium tuum et locum aliter interpretabitur. Itaque nihil agunt, qui confessionem sacramentalem asserere conantur ex Christi verbis: '*Ite, ostendite vos sacerdoti*'. Iuxta rectum sermonem perspicuum est, quare Christus ista iusserit, nimirum ad euidentiam miraculi, si iidem sacerdotes a quibus fuerant iudicati, pronunciarent eos esse mundos. Quod isti addunt allegoria est, iuxta quam si lepram accipimus haereticum errorem, solis haereticis imposita est confitendi necessitas.

Hic fortassis alicui veniet in mentem, si haec vera sunt, plerasque allegorias esse inutiles. Nam quo conducunt si nihil probant? Atqui longe secus est. Plurimum valent ad excitandum languentes, ad consolandum animo deiectos, ad confirmandum vacillantes, ad oblectandum fastidiosos. Neque enim ecclesiastae semper res est cum haereticis aut impiis, qui non allegorias tantum, verum etiam euidentissima Scripturarum testimonia vel reiiciunt vel deprauant |
LB 1047 interpretatione. At qui dociles sunt, etiam piorum hominum commentationes fauentibus animis excipiunt. Adde huc, quod vt non constet Spiritum Sanctum hoc sensisse quod adfert interpres allegoriae, non constat tamen Spiritum Sanctum hoc non sensisse. Imo probabilius est eum hoc sensisse, si modo quod adfertur consentaneum sit fidei sanae dogmatibus et aliis Scripturae locis. Et piae mentis est credere doctorem vitae sanctimonia probatum diuinitus accepisse quod interpretatur. Neque enim est abbreuiata manus Domini. Nec absurdum est hoc quoque voluisse Spiritum Sanctum, vt Scriptura nonnunquam varios gignat sensus, pro cuiusque affectu. Sicuti

105 ac *O*: et *BAS LB*. 111 ista *A*: ita *cett*.

116 veniet *A B*: venit *cett.*

90 *Expectaui ... labruscas* *Is.* 5, 4[b].

90–91 *Expectaui ... iniquitas* *Is.* 5, 7[c].

91–93 *expostulans ... Israeliticum* Cf. *Is.* 3, 13–14[ab].

93 *Is.* 3, 14[b].

94 *Ir.* 12, 10[a].

95–96 *principes ... Pharisaei* Cf. *Mt.* 21, 45.

96 *de conductis in vineam* *Mt.* 20, 1–16; *conductis* est un participe substantivé.

97 *de colonis vineae ... filium* *Mt.* 21, 33–46; *Mc.* 12, 1–12; *Lc.* 20, 9–19.

98 *quaerebant ... Domino* *Mt.* 21, 46: "quaerentes illi manus iniicere" (trad. Er., *LB* VI, 114 A); *offensi* condense "cognouerunt quod de se diceret" (Er.).

99 *Parabola ... talentis* Cf. *Mt.* 25, 14–29; mais il y est question de 5, 2 et 1; en *Mt.* 13, 8 les champs produisent 100, 60, 30; Er. s'est un peu embrouillé dans les chiffres.

101 *donec ... iudicii* Cf. *Mt.* 25, 30, la parabole des talents se termine par: "Et inutilem seruum eicite in tenebras exteriores, illic erit fletus et stridor dentium".

103 *ad liquidum* "Explorare" (Liv. XXXV, 8, 7), "redigere" (Sen. *Epist.* 71, 32), "perducere" (Quint. *Inst.* V, 14, 28): "débrouiller, tirer au clair".

104 *aenigmata rotarum* *Ez.* 1, 15–21.

105 *descriptiones ... templi* *Ez.* 40–43.

106 *euincere* "Démontrer en triomphant des objections adverses"; cf. ll. 73–75.

107–108 *si cuius* Indéfini équivalent à "alicuius".

108 *dicet* A pour sujet "aduersarius" et "ambigens" participe substantivé (l. 107).

110 *confessionem sacramentalem* Voir *Exomologesis siue modus confitendi* de 1524 (*LB* V, 145–170); au début Er. déclare laisser de côté la question de savoir si elle a été instituée par le Christ (147 A–B): "His qui contendunt ab hominibus meris institutam, in hoc libello nec consentio nec repugno, propensior tamen in eam partem quae credit a Christo institutam, libenterque sententiam hanc propugnaturus, vbi fuero iusta Scripturarum et argumentorum armatura instructus, ne causam faciam deteriorem, si conanti non successerit. Neque enim magni negotii est asseuerare, sed Catholici doctoris est Scripturarum euidentibus testimoniis reuincere".

110–111 *Lc.* 17, 14 (Er. "sacerdotibus", *LB* VI, 300 C–D). Dans les *Annot. in NT* pas la moindre allusion au sacrement; pas davantage dans les *Paraphr.* (*LB* VII, 419 B).

111 *rectum sermonem* "Le sens direct" c'est-à-dire: immédiat; synonyme de "sens littéral (grammatical, historique)". Cf. p. 116, ll. 245–246.

113 *esse mundos* *Paraphr. in Lc.* 17, 14 (*LB* VII, 419 B): "... ostenderent se Sacerdotibus: nam penes hos erat auctoritas discernendi leprosum a mundo".
isti Ceux *qui ... conantur* (ll. 109–110).

114 *lepram ... errorem* "Si nous comprenons par 'lèpre' l'erreur hérétique".

114–115 *solis ... necessitas* Réfutation par l'absurde.

118–119 *Plurimum valent ... fastidiosos* Non pas à prouver (docere), mais à faire naître des émotions (mouere) ou à plaire (oblectandum); *languentes, animo deiectos, vacillantes* sont des participes substantivés; *fastidiosos* un adjectif substantivé. La construction d'un gérondif avec un complément d'objet (au lieu d'un adjectif verbal épithète) est fréquente chez Er.: livre II, *ASD* V, 4, p. 346. l. 522; p. 353, l. 713; p. 386, l. 472; p. 441, l. 885, etc.

122 *dociles* "Disposés à se laisser instruire".

126 *fidei sanae dogmatibus* C'est-à-dire ce qu'Er. appelle la "philosophia Christi". Cf. ce que dit Eusèbe dans *Coll.* (Conuiuium religiosum), *ASD* I, 3, p. 243, ll. 386–388: "An vera sit [ista interpretatio] nescio, mihi satis est quod sensus non sit impius aut haereticus".

127 *doctorem ... probatum* La sainteté de la vie n'est pas un critère extérieur: car la vraie foi à laquelle conduit la lecture judicieuse de l'Ecriture se définit par les sentiments et l'attitude vécue plus que par l'attachement à telle ou telle thèse théorique.

128–129 *Neque ... manus Domini* *Is.* 59, 1.

130 *varios ... sensus* Cf. *Cap. arg. c. moros.*, *LB* VI, *** (1): "Pensitauimus ipsius loci sententiam, atque ita demum pronunciauimus quod sentiremus. Imo ne pronunciauimus quidem, sed lectorem admonuimus, suum cuique iudicium liberum relinquentes. ... Si varietas abrogat fidem libris, iam olim variabant codices aetate Origenis, aetate Hieronymi, aetate Bedae, aetate Thomae, denique nostris etiam temporibus hodieque variant, et tamen adhuc sacris Libris sua constat auctoritas ... Quanquam non postulo vt mihi credant. Credant vetustis et emendatis exemplaribus, credant Graecae veritati, praesertim vbi horum lectio cum orthodoxorum interpretatione congruit. Postremo nec his credant, sed rem secum expendant, et si quid habent rectius, in medium conferant, non mordeant admonitorem. A nobis enim nulli praeclusa est via, meliora quaerendi, imo potius aperta est".

manna cuique sapiebat quod volebat. Nec haec est Scripturarum incertitudo, sed foecunditas.

Quamobrem autem Deus voluerit Scripturam hoc genus inuolucris et aliis obscuritatibus opertam et inuolutam esse, eleganter explicat Augustinus in opere De doctrina christiana. Expediebat coelestis philosophiae mysteria sic velari impiis, porcorum exemplo conculcaturis margaritas, vt tamen piis ac docilibus pateret aditus. Conducebat et humanae mentis somnolentiae excitandae. Quod in promptu est, negligimus, iuxta Graecorum prouerbium, in foribus hydriam. Ad recondita semotaque sumus auidiores. Et vt magis illa iuuant, quae pluris emuntur, ita chariora nobis sunt quae cum labore sumus assequuti quam quae vltro obtigerunt. Praeterea quemadmodum multa per vitrum aut succina pellucent iucundius, ita magis delectat veritas per allegoriam relucens. Postremo sicut habet plus caloris solis radius speculo aut aenea pelui exceptus, ita vehementius afficiunt animos nostros quae per allegoriam traduntur quam quae simpliciter narrantur. Quod idem vsu venit in picturis. Altius insidunt animis nostris, quae de Christo referuntur, quod sua morte nos liberarit a tyrannide Satanae, ab ignorantia veri, a seruitute peccati, si adhibeatur allegoria de phase. Quid quod etiam memoriam adiuuant. Nam qui profitentur artificium memoriae, per imagines quasdam infigunt animis quod nolunt per obliuionem excidere. At huiusmodi signis, multo rectius imprimitur animis nostris, quod non oportet obliuisci. Propheticum est prius signo rem adumbrare quam aperte narretur. Ea res facit tum ad fiduciam, tum ad docilitatem auditorum. Sic Euangelio fidem astruunt figurae Veteris Instrumenti et oraculorum aenigmata. Denique perspicacissimus ille Gregorius Nazianzenus libro Theologiae quinto demonstrat in coelesti philosophia docendi rationem esse commodissimam, si non statim aperiantur summa, sed per gradus quosdam auditores deducantur ad perfectam cognitionem. Ita Vetus Testamentum typis et aenigmatibus veluti rudimentis praeparabat mundum ad lucem euangelicam; sic ipse Christus paulatim suis aperuit illa sublimia, non protinus, sed parabolis et ambigue dictis atque admirandis factis huc praeparauit ac paulatim formauit animos discipulorum, vt primum crederent esse bonum virum, deinde prophetam, mox in eo suspicarentur aliquid prophetica dignitate sublimius, tandem virtutem et homine maiorem in eo agnouerunt. Sed haec omnia velut in somnis, donec veniret Spiritus ille igneus, qui somnum excussit ac deduxit in omnem veritatem.

143 solis *om. BAS LB.*
151 oportet *O*: oporteat *BAS LB.*
152 facit tum *O*: tum facit *BAS LB.*
165 excussit ac *A*: excussit atque *cett.*

131 *manna* Pourtant selon *Ex.* 16, 31 elle avait un goût de galette au miel (similae cum melle); selon *Nu.* 11, 8 un goût de gâteau à l'huile (panis oleati); c'est peut-être cette diversité, combinée avec ce qu'*Ex.* 16, 18 dit de la quantité ramassée par chacun (nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus parauerat repperit minus, sed singuli iuxta id quod edere poterant congregarunt) qui a conduit Er. à cette pensée, mais plus probablement il se souvient de *Sap.* 16, 20–21: "angelorum esca nutristi populum tuum et paratum panem e caelo praestitisti illis sine labore, omne delectamentum in se

habentem et 'omnis saporis' suauitatem; substantia enim tua dulcedinem quam in filios habes ostendebat et seruiens vniuscuiusque voluntati 'ad quod quis volebat conuertebatur'".

133 *hoc genus inuolucris* Cf. Varr. *Rust.* III, 5, 11: "aues omne genus".

135 *opere* Aug. *Doctr. chr.* II, 6, 7, *PL* 34, 38–39: "Quod totum prouisum diuinitus esse non dubito, ad edomandam labore superbiam et intellectum a fastidio reuocandum, cui facile inuestigata plerumque vilescunt". Aug. donne ensuite un exemple: *Ct.* 4, 2 où les hommes saints sont dits les "dents" de l'Eglise, qui coupent les erreurs.

136 *velari impiis* Cette idée n'est pas dans Aug., elle est bien plutôt une adaptation à l'Ecriture de la formule d'Hor. *Carm.* III, 1, 1: "Odi profanum vulgus et arceo" où le mot "profanum" est emprunté au vocabulaire religieux.
porcorum ... margaritas *Mt.* 7, 6: "neque mittatis margaritas vestras ante porcos" (Vulg.). C'est visiblement un adage; bien qu'Er. ne l'ait pas incorporé à son recueil, il l'utilise comme adage antique (païen).

137–138 *somnolentiae excitandae* Cf. Aug. loc. cit., "intellectum a fastidio reuocandum".

138–139 *in foribus hydriam* Voir *Adag.* 1065 (In foribus vrceum), *LB* II, 431 A–C (mais l'Index l'enregistre sous la forme 'Hydriam in foribus') ou 'In foribus aqualem'; source: Aristot. *Rhet.* I, 6, 1363 a avec ce commentaire: "Interpres quispiam ... ait significari rem contemptam ac vilem. Negliguntur enim quae passim sunt obuia, quaeque facile quibuslibet contingunt. Itaque 'vrceum in foribus' positum nemo studet tollere, procliue enim". Toutefois "prouerbium imperfectum ac mutilum videtur". C'est pourquoi on l'interprète quelquefois autrement: "casser la cruche en arrivant devant sa porte", c'est-à-dire échouer en arrivant au port. Er. l'emploie avec le même sens qu'ici dans *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 180, n.l. 954.

140 *chariora ... cum labore* Er. développe la même idée sous trois formes un peu différentes: la distance, l'effort, l'obstacle donnent plus de prix aux choses; c'est là un bel exemple de "copia rerum".

142 *succina* Plur. de "suc(c)inum", l'ambre, auquel Plin. *Nat.* XXXVII, 30–51, consacre de longs développements; il le dit translucide (47). Mais Er. en avait très probablement vu lui-même.

143 *speculo* Un miroir (concave); *aenea pelui* Un chaudron (en bronze – ou plutôt en cuivre) jouant aussi le rôle d'un miroir concave qui concentre en son foyer les rayons qu'il réfléchit.

145 *in picturis* Cf. p. 129, n.l. 481 et p. 226, l. 566 sq.

147 *liberarit ... Satanae* Voir *Paraphr. in Rom.* 5, 10 et 21, etc. (*Gramm. rhét.*, p. 610, n. 82).

148 *de phase* La Pâque juive, commémoration du départ des Hébreux hors d'Egypte (*Ex.* 12, 11), allégorie de la délivrance des Chrétiens; la victime que mangent pour la Pâque les Hébreux (loc. cit.) est l'allégorie de la victime qu'est le Christ.

149 *artificium memoriae* Voir Quint. *Inst.* XI, 2, 17–22; mais Quint. émet ensuite des réserves sur ces procédés mnémotechniques, et Er. en fait autant (*Gramm. rhét.*, pp. 512–518). Voir aussi *Rhet. Her.* III, 16, 28 sq.; Cic. *De or.* II, 350 sq.

150 *signis* Les allégories comme la Pâque – sortie d'Egypte.

151 *Propheticum* "Habituel aux prophètes".

152 *adumbrare* ("Esquisser") terme du vocabulaire pictural; cf. Quint. *Inst.* VII, 10, 9.
facit ... ad "Contribue à" Quint. *Inst.* II, 12, 10; X, 1, 33.
tum ... tum Voir p. 188, l. 742.

154 *oraculorum* Les prophéties. Cf. p. 252, l. 204.

154–155 *Gregorius Nazianzenus ... demonstrat* Greg. Naz. *Or. theol.* 5 (= *Or.* 31), 27, *PG* 36, 164: 'Ορᾷς φωτισμοὺς κατὰ μέρος ἡμῖν ἐλλάμποντας, καὶ τάξιν θεολογίας ἣν καὶ ἡμᾶς τηρεῖν ἄμεινον, μήτε ἀθρόως ἐκφαίνοντας, μήτε εἰς τέλος κρύπτοντας· τὸ μὲν γὰρ ἄτεχνον, τὸ δὲ ἄθεον, κτλ. Er. a déjà utilisé ce traité p. 244, l. 7 sq.

158 *rudimentis* "Premiers éléments", mot du vocabulaire pédagogique (Quint. *Inst.* II, 5, 1: "prima rhetorices rudimenta").

159–164 *Christus paulatim ... agnouerunt* Sur ce thème: *Gramm. rhét.*, pp. 655–658; les mots *non protinus*, *paulatim* (répété), la succession *primum*, *deinde*, *mox*, *tandem* rendent évidente la doctrine de Greg. Naz. (*per gradus*) mais fournissent aussi une clé pour comprendre la propre attitude religieuse d'Er. par comparaison avec celle de Luther.

163 *et* Adverbe: "etiam".

164 *in somnis* Métaphore qui revient plusieurs fois chez Paul: *Rom.* 13, 11; *Eph.* 5, 14, etc.

164–165 *Spiritus ... igneus* La Pentecôte, *Act.* 2, 3–4. *Paraphr.* (*LB* VII, 666 F): "Hic sonitus neminem terruit, sed omnium animos expergefecit ad exspectationem promissi Spiritus".

Ne ad fidei quidem dogmata prorsus inutiles sunt allegoriae. Non euincunt quaedam, sed, solidis adhibitae testimoniis, lucem et gratiam addunt. Exemplum esto locus qui est apud Ezechielem, capite trigesimo septimo, de ossibus aridis quae ad vocem prophetae colliguntur et, adductis neruis, in suum quaeque locum reponuntur, mox carne conuestiuntur, denique spiritu inducto reuiuiscunt surguntque. Sensus grammaticus nihil habet nisi signum et imaginem vaticinii. Nec allegoria prima designat resurrectionem corporum, quam nobis promisit Dominus; sed innuit fore vt populus dispersus ac desperatus quasique mortuus ac sepultus congregetur in vnum et ab afflictio-
LB 1048 nibus respiret. Id esse verum ipsa prophetiae | declarat interpretatio. Nec opus est hoc testimonio ad probandam resurrectionem, aliis Scripturae locis abunde probatam. Si tamen accedat, non mediocrem gratiam et euidentiam adiungit neque nobis constat an Spiritus Sanctus illic geminam allegoriam nobis commendarit.

Similis locus est Iob XIX: *Scio quod Redemptor meus viuit et in nouissimo die de terra surrecturus sum et rursum circundabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum*, etc. Satis constat haec dici aduersus amicos Iob, qui sic loquebantur quasi ob impietatem Iob afflictus esset a Deo nec vlla spes superesset fortunae melioris. Iob autem sibi bene conscius, respondit se certam habere spem vt Deus, qui immisit calamitatem, ab ea redimat ac in sterquilinio iacentem erigat et, cui iam scabies et fames pellem et carnes exederat, pristinam restituat valetudinem rursusque cum Deo propitio colloquatur, qui tum videbatur auersus. Nam quod dixit: *In nouissimo die*, sentit: ante mortem. Impium tamen esset asseuerare quod ibi Spiritus Sanctus non significarit nobis veram corporum resurrectionem. Adsimili tropo dictum est in Psalmo vigesimo-sexto: *Credo videre bona Domini in terra viuentium* pro eo quod erat: *in hac vita*, quemadmodum Ezechias desperans vitam ait: *Non videbo Dominum Deum in terra viuentium*. Non euincit allegoria, confirmat tamen nec est a piis reiicienda.

Caeterum illud erit prudentis ecclesiastae in allegoriis adhibendis habere delectum. Is autem varius est. Primum quoties eandem allegoriam doctores variis modis interpretantur, eam sumet quae ad germanum sensum proxime videbitur accedere. Quod si nullius commentum placet, ipse suum proferet, quod tamen temere fieri non oportet. Nec expedit apud imperitam multitudinem diuersas autorum interpretationes adferre, quod ea res praeter taedium quo grauantur auditores eleuat allegoriarum fidem. Nec necesse est omnes allegoriae particulas superstitiose excutere. Ea res frigus adfert dictioni, sed eae tantum attingendae quae maxime congruunt quaeque tractatione magis splendescunt et ad concitandos affectus sunt conducibiliores. Quemadmodum enim in exponendis prophetarum oraculis quaedam admixta sunt, non vt aliquid significent, sed vt narrationem concinnent connectantque, ita in locis allegoriam habentibus quaedam ad sermonis contextum admixta sunt. Nec oportet allegoriam longius persequi quam res postulat. Exemplo fuerit ipse Dominus et Paulus qui summatim attingunt allegorias. Velut ex eo quod

Christus dixit: *Soluite templum hoc et in triduo excitabo illud* quidam, quorum fuit Irenaeus, ratiocinati sunt Dominum in carne vixisse annis quadraginta, eo quod templum totidem annis extructum legimus. Atqui non eousque proferenda erat similitudo. Alioqui alia plurima, quae templo adsunt, erant ad Christi corpus accommodanda. Satis erat per templum intelligere corpus Domini, per destructionem mortem, per erectionem intra triduum resurrectionem. Hoc admoneo quod nonnulli veterum hac quoque in parte sibi plus satis indulserunt. Quodque iuxta rhetorum praecepta monet Augustinus ne in grandi genere dictionis et in vehementioribus affectibus concitandis diutius immoremur, idem obseruandum in explicandis allegoriis, quae veluti condi-

180 XIX *D BAS LB*: nono *A–C*.
184 spem *cett.*: spem fore *erratum B*.
187 tum *erratum A cett.*: tam *A*.
189 nobis *cett.*: vobis *A*.

166 *Ne ad fidei ... allegoriae* Cf. p. 246, l. 54.
168–171 *Ezechielem ... surguntque* *Ez*. 37, 1–10.
172 *vaticinii* Verset 4: "et dixit ad me 'vaticinare ...'"; v. 9 id.
allegoria prima L'exégèse formulée dans le texte d'*Ez*. lui-même: v. 11: "et dixit ad me 'fili hominis, ossa haec vniuersa domus Israhel est'".
resurrectionem corporum C'est la deuxième allégorie; voir *Mt*. 22, 31–32; *Ioh*. 5, 29.
177 *euidentiam* Au sens rhétorique: qualité de ce qui est décrit si bien qu'on croit l'avoir devant les yeux, gr. ἐνάργεια: Quint. *Inst.* IV, 2, 63; VI, 2, 32: "non tam dicere videtur quam ostendere, et affectus non aliter quam si rebus ipsis intersimus sequentur"; VIII, 3, 61.
178 *neque nobis constat an* "Nous ne voyons pas nettement si ...".
180–181 *Iob* 19, 25–26 (Vulg.).
185 *in sterquilinio* *Iob* 2, 8: "sedens in sterquilinio".
186 *scabies* "Gale"; le texte parle d'"vlcere pessimo" (2, 7).
pellem ... exederat Cf. *Iob* 19, 20: "pelli meae consumptis carnibus adhaesit os meum et derelicta tantummodo labia circa dentes meos".
188 *Iob* 19, 25 (voir ll. 180–181).
191 *Ps*. 26, 13 (iuxta LXX).
192–193 *Non videbo ... viuentium* Dans *Is*. 38, 11.
193 *euincit* Cf. p. 248, l. 106.
200 *eleuat* "Amoindrit, affaiblit".
allegoriarum fidem "La confiance dans les allégories" ou "le crédit des allégories".
205 *narrationem ... connectant* Avec un tel verbe il faudrait soit un complément d'objet au pluriel, soit un autre complément introduit par "cum"; on comprendra: "narrationis membra ... connectant".
209 *Soluite ... illud* Déjà cité p. 246, ll. 60–61. *Ioh*. 2, 19.
210 *Irenaeus* Iren. *Haer*. II, 22, 6 attribue au Christ plus de 40 ans, mais en se fondant sur *Ioh*. 8, 56–57: "... dicitur ei qui iam XL annos excessit, quinquagesimum autem annum nondum attigit, non tamen multum a quinquagesimo anno absistat. Ei autem qui sit XXX annorum, diceretur vtique: XL annorum nondum es".
211 *templum ... legimus* *Ioh*. 2, 20: "XLVI annis aedificatum est templum hoc, et tu III diebus excitabis illud". Cf. Aug. *Doctr. chr.* II, 28, 42, qui y voit une erreur due à l'ignorance de l'année où est né le Christ.
216–218 *iuxta ... immoremur* Aug. *Doctr. chr.* IV, 22, 51–23, 52, en particulier: "Ex quo fit vt grande dicendi genus, si diutius est dicendum, non debeat esse solum, sed aliorum generum interpositione varietur" (fin du ch. 22). Les "rhéteurs" qui donnent ce conseil: Cic. *Or*. 99; *Rhet. Her*. IV, 11, 16: "Sed figuram in dicendo commutare oportet, vt grauem mediocris, mediocrem excipiat attenuata, deinde identidem commutentur, vt facile satietas varietate vitetur". Béné, *Erasme et saint Augustin*, p. 423, oublie de noter que saint Aug. n'est ici que le porte-parole de la tradition rhétorique; d'autre part c'est Er. seul qui fait le rapprochement entre style sublime et explication des allégories; il est donc inexact d'écrire: "C'est encore au livre IV du *Doctr. chr.* qu'Er. emprunte ses conseils de modération dans l'explication des allégories".
218–219 *condimenta ... cibis* Métaphore culinaire.

menta sunt aspergenda, facile abitura in fastidium, si pro cibis adhibeantur. In his explicandis concionator perspicuitate ac festiuitate dictionis, tum crebra sententiolarum interiectione, postremo tropis ad probabilitatem ac iucunditatem facientibus, studebit omne taedium ac frigus secludere.

Iam inter species allegoriarum eae frequentius sunt adhibendae, quae longius absunt a periculo taedii, e quibus est tropologia de qua superius admonuimus. Origenes et qui se ad huius imitationem composuerunt, libenter philosophantur de litera et spiritu, de Ecclesia ex gentibus congregata et Synagoga. Verum hoc allegoriarum genus tempestiuius erat in Ecclesiae LB 1049 primordiis, quum adhuc ferueret | contentio inter Euangelium et Legem Mosaicam, inter Iudaeos et Christianos, neque pauci ab Euangelii gratia in Iudaismum retraherentur. Non desunt tamen hisce temporibus Iudaei qui in synagogis suis conuitiis lacerant Christum super omnia glorificandum, at cum his non est nobis conflictatio. Tolerat hoc obstinatum hominum genus christiana lenitas in spem resipiscentiae quam Paulus futuram aliquando praedixit. Plane Pauli beneficio supersunt illius gentis reliquiae, cui vtinam Dominus aperiat cordis oculos, vt nobiscum agnoscant verum Messiam Deum et hominem, extra quem nulla est vera salus.

In superioribus ostendimus, quantum commoditatis habeat eius formae tractatio quam recentiores appellant tropologiam. Eam diuus Hilarius non attingit, sed, Origenem, vt opinor, sequutus, Gerasenorum ciuitatem, vnde Dominus rogatur vt abeat, interpretatur populum Iudaicum qui repulit Euangelii gratiam; Christi ciuitatem ad quam reuehitur, populum fidelium, quae est Ecclesia. Paralyticum vult totius gentis humanae habere typum, qui per fidem in Christum sanatur et ab omnibus liberatur peccatis, annotans et illud, quod non dictum est paralytico: 'Sanus esto', sed dicitur: *Constans esto*, quum Graece sit θάρσει, quod nihil aliud sonat Latinis quam *confide* aut *bono animo esto.* Mox et literam conuellit idque nimis Origenice, quo allegoriae faciat locum. *Non legimus*, inquit, *aliquid peccasse paralyticum.* Ac sententiam violentam testimonio parum congruente confirmat, adducens de caeco nato, de quo Dominus pronunciat, quod nec ipse nec parentes peccatis commeruissent vt caecus nasceretur; nec enim protinus simpliciter peccatis carent, quibus ob peccatum non est inflicta calamitas. Ad haec, vt constet caecum caruisse peccatis, non statim consequens est et paralyticum caruisse peccatis. At certo certius est paralyticum non caruisse peccatis. Alioqui iuxta sensum historicum, vanus erit sermo Christi: '*Remittuntur tibi peccata*'. *Non enim*, inquit, *paralyticum peccasse aliquid accepimus.* An non palam dicitur peccasse, cui dicitur: '*Remittuntur tibi peccata*'? Ille bene annotauit a Christo per fidem remissum, quod Lex laxare non poterat, et addit: *Fides enim sola iustificat.*

221 *sententiolarum* Diminutif employé par Cic. et Quint. "petit trait, petite sentence" (Quint. *Inst.* V, 13, 37; XII, 10, 73). *interiectione* "Intercalation, insertion" (Quint.

Inst. IV, 2, 121).

221–222 *ad ... facientibus* Cf. p. 250, l. 152.

224 *superius* Non pas p. 220, l. 463 (= sens figuré), mais p. 220, ll. 469–472.

225 *qui se ... composuerunt* "Ambrosius et Hilarius, interdum et Hieronymus" (p. 206, ll. 118–119).

226 *philosophantur* Cf. *Adag.* 3861 (*LB* II, 1157 D): "Qui sententias serias dicunt, Graecis dicuntur φιλοσοφεῖν quod aliquoties est apud Plautum. Hinc translatum est ad cuiuscumque rei vehemens ac serium studium. ... Occurrit aliquoties et apud Plautum si quid dicitur grauius ac sententiosius. In Captiuis [v. 284] 'Salua res est; philosophatur quoque, non mendax modo est'". On sait que dans les *Annot. in NT* Er. emploie souvent ce verbe pour désigner les raisonnements par lesquels des exégètes, souvent illustres, cherchent à justifier une interprétation ambitieuse et compliquée, fort éloignée du texte; *LB* VI, 27 D, 30 (par erreur: 28) B, 33 C (Aug.), 34 F, 36 C (Aug.), 42 (par erreur 40) E, 47 E, 61 F (Aug.), 63 F, 75 D (Hier.), 90 E (Orig.), 96 E (Orig.); tous ces exemples sont relatifs à *Mt.*; un passage éclaire le sens péjoratif qu'Er. donne au mot: "Etiamsi Faber (= Lefèvre d'Etaples) vsqueadeo fastidit synecdochen ..., odio, opinor, grammatices, cum qua illi parum conuenit, vt ipsa indicat res, ne cui parum philosophus videatur".
de litera et spiritu Peut-être Orig. *Contra Cels.* 4, 36 et 48–51 (*PG* 11).

226–227 *de Ecclesia ... et Synagoge* Orig. *Comm. in Rom.* II, 12–14 (*PG* 14).

229–230 *in Iudaismum retraherentur* Sur ce problème complexe voir Marcel Simon, *Verus Israël. Etude sur les relations entre Chrétiens et Juifs dans l'Empire romain (135–425)*, Paris, [2]1964. Déjà l'Epître aux Galates montre chez certains convertis une forte tendance à reprendre les coutumes religieuses juives.

230 *hisce temporibus* A l'époque d'Er.

231 *conuitiis ... Christum* Sur la nature de certaines de ces injures voir Jean-Pierre Osier, *L'Evangile du Ghetto*, Paris, 1984, où sont analysés et traduits "les 'Toledoth Yeshuh', rédigés au Xe siècle", "réponse juive, à la fois polémique et parodique, à l'existence des évangiles canoniques chrétiens" (p. 9); l'une de ces injures, celle de "bâtard", pouvait être particulièrement douloureuse à Er. qui l'était lui-même.
glorificandum Par ex. *Ioh.* 1, 14: "Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a Patre plenum gratiae et veritatis".

232 *non conflictatio* Le *nobis* désigne les chrétiens; *conflictatio* est sans doute pris au sens de "querelle, conflit" (cf. l. 228 *contentio*). On donnera l'exemple d'un de ces chrétiens, Er. lui-même: "Atqui ego nemini renunciaui amicitiam vel quod in Luterum esset propensior vel quod a Lutero alienior. Tali sum ingenio vt vel Iudaeum amare possim, modo sit alioqui commodus conuictor et amicus, nec me coram blasphemias euomat in Christum." (lettre à Botzheim, Allen I, p. 17, ll. 34–38).
Tolerat Le mot a un sens proche du moderne: accepte l'existence de cette croyance et de ceux qui la partagent, sans chercher par la contrainte ou la violence à les y faire renoncer.

233–234 *resipiscentiae ... praedixit* *Rom.* 11, 23–32; voir la *Paraphr.*, *LB* VII, 815 D–816 E.

236 *extra ... salus* *Act.* 4, 12: "[Iesu Christi] et non est in alio aliquo salus, nec enim nomen aliud est sub caelo datum hominibus, in quo oportet nos saluos fieri".

237 *in superioribus* Cf. p. 224, ll. 553–558.

238 *Hilarius* Hil. *Comment. in Mt.* 8, 4 sq., *PL* 9, 959 sq.

239 *Gerasenorum* *Mt.* 8, 34; *Mc.* 5, 17; *Lc.* 8, 37; déjà évoqués p. 166, l. 272.

241 *Christi ciuitatem* Capharnaum, cf. p. 166, l. 276.

242 *Paralyticum* Cf. pp. 166–168; *Mt.* 9, 2–8; *Lc.* 5, 18–26.

244 *Constans esto* *Mt.* 9, 2[c] "confide" (Vulg.), "bono animo esto" (Er.).

246 *conuellit* "Il arrache".

247 *faciat locum* "Faire place à" avec datif.

248 *violentam* Cf. p. 208, l. 163; p. 209, ll. 203 et 205.
caeco nato *Ioh.* 9, 1 sq.

250 *protinus* Au sens non pas chronologique, mais logique: "il ne s'en suit pas, de ce seul fait (simpliciter)".

251 *Ad haec* "De plus"; *vt* "A supposer que, en admettant que".

252 *statim* Même sens que *protinus*.

253 *certo certius* Voir p. 246, l. 48 et n.

254 *Remittuntur ... peccata* *Mt.* 9, 2; *Lc.* 5, 20.

255 *inquit* Sujet: Hilarius.

256 *Ille* Hilarius; *bene* "De manière correcte, judicieuse". Hil. *Comm. in Mt.* 8, 5, *PL* 9, 960 C.
per fidem Cf. "fides tua te saluam fecit" (*Mt.* 9, 22; *Mc.* 5, 34; *Lc.* 7, 50).

257 *Fides ... iustificat* Hil. loc. cit., 961 A; d'après *Rom.* 4, 5; 5, 1.

Atqui haec est vox tot clamoribus hoc seculo lapidata, quae in Hilario reuerenter auditur. Porro quod a Domino dictum est paralytico: '*Abi in domum tuam*', interpretatur paradisum, vnde fuit eiectus Adamus, cuius aditus denuo per Euangelium patefactus est homini. Ista quidem non inepte dicuntur, sed nemo non videt, quanto sint duriora minusque probabilia iis quae de tropologia commonstrauimus, cum hoc quod in Ecclesiae primordiis tempestiuius dicebantur.

Iam quemadmodum refert quam allegoriae speciem tibi deligas, rursus quam commodis rationibus eam tractes, ita nonnihil refert, vnde sumas allegoriarum fundamenta. Qua de re videor idem admonere posse, quod de Scripturarum testimoniis, vt ex his potissimum libris proferantur, de quorum autoritate nulla vnquam fuit dubitatio, nec apud Hebraeos, nec apud Graecos, nec apud Latinos. Cuius ordinis sunt, *Genesis*, *Exodus*, *Leuiticus*, *Numeri*, *Deuteronomium*, *Iosue*, *Iudicum*, *Ruth*, *Regnorum* quatuor, *Paralipomenon* duo, totidem *Esdrae*, *Hester*, *Iob*, *Psalmi*, *Esaias*, *Hieremias*, *Ezechiel*, *Daniel*, *Prophetae* duodecim. Atqui hi quidem Veteris Instrumenti. Noui vero sunt hi, quatuor *Euangelia*, *Acta Apostolorum*, Pauli *Epistolae* omnes, excepta ea quae scribitur *ad Hebraeos*, prima Petri et prima Ioannis. Non quod caeteris adimam autoritatem, sed quod horum praecipua sit autoritas. Quidam impense candidi, conantur omnium autoritatem aequare, nituntur que nobis persuadere, etiam tertium et quartum Esdrae, quorum somnia contemnit Hieronymus, Sancti Spiritus afflatu scriptos esse et librum cui titulus *Sapientia*, quem plerique Philonis esse credunt, a Solomone fuisse conscriptum, quum nec
LB 1050 stilus conueniat, et ipsa res satis prae se ferat hoc opus | post Christi tempora esse conscriptum. Videbitur haec alicui ciuilitas, verum ea ciuilitas magis eleuat pondus Scripturae Canonicae quam confirmat. Nec enim sine causa primores Ecclesiae reiecerunt apocrypha aut certe semouerunt.

Tropologiae nusquam non est locus, vt interim his vocibus abutamur docendi gratia. Caeterum allegoria et anagoge non pari felicitate in quibuslibet Scripturae libris inducitur. In *Genesi*, *Exodo*, *Leuitico*, *Numeris*, *Deuteronomio*, maiorem habent gratiam. In *Iosue*, *Iudicum*, *Ruth*, *Regum*, *Paralipomenon*, *Esdrae* et *Hester*, non item, nisi quaedam e multis deligas. Dauid enim et Solomon in quibusdam Christi typum gerunt. Neque nullus tamen delectus esse debet in superioribus libris. Neque enim mysticum sensum habent omnia, et sunt quae per allegoriam aut anagogen tractata frigent. Tametsi non defuerunt qui omnia deflexerint ad sensum spiritualem. Quorum de numero est Augustinus, et hoc recentior Eucherius aliique nonnulli. Vt autem aliquid exempli causa proferam, sunt qui *Genesis* trigesimo, Liam deformem, sed foecundam, Rachelem formosam, sed sterilem, detorqueant ad allegoriam; Augustinus etiam illud quod eodem capite narratur de nocte redempta mandragoris, quasi citra allegoriam locus parum haberet dignitatis aut vtilitatis; mihi contra videtur.

Primum hic animaduertenda est diuinae bonitatis dispensatio, quae diuersis dotibus aequat omnes. Racheli formam dedit, qua commendaretur marito,

Liae foecunditatem vsque ad quartam prolem, vt iam sororem aequarit gratia. Liam moestam consolatus est. Racheli formosae addidit sterilitatem, ne nimis

295 Liam *cett.* Leam *LB.*
301 Liae *cett.*: Leae *LB.*
302 Liam *cett.*: Leam *LB.*

258 *haec est vox ... lapidata* Allusion à Luther; mais voir aussi *Paraphr. in Rom.* 4, 5 (*LB* VII, 788 E): "his, inquam, ad exemplum Abrahae fides hoc praestat vt pro iustis habeantur nulla Legis obseruatae commendatione, sed solius fidei, ad quam nemo cogitur, sed inuitantur omnes".

259–260 *Abi ... tuam* *Mt.* 9, 6: "vade in domum tuam" et 7: "abiit in domum suam".

260 *interpretatur* Sujet: Hilarius; *Comm. in Mt.* 8, 7, *PL* 9, 961 B.

263 *commonstrauimus* Voir pp. 166–170.
cum hoc Préposition.
in Ecclesiae primordiis Cf. p. 254, l. 227 sq.

265–266 *quam ... speciem* Adjectif interrogatif; *quam commodis* Adverbe.

267 *fundamenta* Les textes qui seront soumis à l'exégèse allégorique, et lui serviront de base.

273 *Veteris Instrumenti* Er. a laissé de côté trois livres historiques: Tobie, Judith, Macchabées, et cinq livres sapientiaux: *Prv.*, *Eccl.*, *Ct.*, *Sap.*, *Sir.* qui figurent aussi bien dans le Décret de Damase (Denzinger-Schönmetzer, § 179) que dans Aug. *Doctr. chr.* II, 8, 13. On relève qu'Er. élimine le *Ct.* sur lequel on se reportera p. 208, ll. 168–193; p. 244, l. 21 sq.

275 *caeteris* Les Epîtres de *Iac.*, *2. Petr.* 2 et 3, *Ioh.*, *Iud.* et l'Apocalypse.

276–277 *impense candidi* L'adverbe signifie: "très, fort" comme dans Plaut. Ter. etc.; l'adjectif semble avoir une nuance un peu péjorative: "candides, naïfs, simples".

278 *somnia ... Hieronymus* Hier. *Praef. in libro Ezrae*, *PL* 28, 1472 C: "nec apocryphorum tertii et quarti somniis delectetur".

280 *plerique Philonis ... credunt* Aug. *Doctr. chr.* II, 8, 13, l'attribue à Iesus Sirach, comme l'Ecclesiasticus; il se rétractera plus tard, *Retract.* II, 4, 2. C'est Hier. qui qualifie l'ouvrage de pseudépigraphe et assure que les "Anciens" l'attribuaient à Philon (note *PL* 34, 41).

280–281 *nec stilus conueniat* Er. ne dit pas pour quelles raisons ni comment il peut se faire une idée du style de Salomon.

281 *post Christi tempora* Là encore Er. ne donne pas ses raisons; aujourd'hui on date l'ouvrage du premier siècle avant J.-C. (Osty, pp. 1379–1380).

282 *haec* "Ceci" (considérer *Esr.* comme inspiré, attribuer *Sap.* à Salomon) au féminin par attraction de son attribut *ciuilitas* (courtoisie, amabilité).

284 *primores* Sens chronologique: le décret de Damase, Hier. etc.

285 *his vocibus* Les mots mis en circulation par les modernes: tropologie, anagogie, etc. voir p. 220, l. 444 sq.

287 *inducitur* Singulier par syllepse.

290 *quibusdam* Au neutre comme l. 289 *quaedam.*
Christi typum Voir p. 240, l. 920 sq.

291 *mysticum* N'est pas l'un des trois sens figurés, mais l'ensemble des trois: sens caché, sens secret, ou encore: sens spirituel (l. 293).

294 *Eucherius* *Formularum spiritalis intelligentiae ad Veranium liber vnus*, *PL* 50, 727–772; Eucherius se retira avec sa famille au monastère de Lérins, entre 410 et 420; il devint évêque de Lyon en 435 environ et mourut vers 450. Er. a publié en 1517 son *Epistola ... ad Valerianum propinquum de philosophia christiana* (*PL* 50, 711–726) avec une Préface (Allen, Ep. 676) à la suite des *Disticha Catonis*; il lui trouve une "grandiloquentia" typiquement française comme à Sulpice-Sévère et à Budé (Ep. 1334, Allen V, p. 179, l. 275 sq.); voir un jugement un peu moins défavorable Ep. 2002, Allen VII, p. 408, ll. 47–48.

295–296 *Liam ... sterilem* Voir p. 242, l. 974 sq. D'après *Gn.* 30, 1–24.

296 *Augustinus* Aug. *Contra Faustum Manichaeum* 22, 56, *PL* 42, 435–436.

297 *quod eodem capite* *Gn.* 30, 14–16.
nocte redempta mandragoris Les mandragores sont des fruits odorants auxquels on attribuait des vertus aphrodisiaques et fécondantes. Léa en échange des mandragores rapportées des champs par son fils Ruben obtient de Rachel la permission de coucher une nuit avec Jacob.

301 *quartam prolem* Ruben (29, 32), Siméon (29, 33), Lévi (29, 34), Iuda (29, 35): "cessauitque parere".
gratia La faveur, la grâce qu'avait faite Iahvé à Rachel en la dotant de la beauté.

aduersus sororem insolesceret. Ad bonos mores pertinet et illud, quod vxores tanto studio nituntur placere viris suis, non philtris aut fucorum lenociniis, sed pariendo. Vigebat adhuc illud praeceptum: *Crescite et multiplicamini et replete terram*. Rachel inuidit sorori suae. Quid autem inuidit? Non voluptatem concubitus, sed foecunditatem. Tantus autem erat amor prolis, vt, prius quam ipsae concipere possent, ancillas suas vtraque marito subiecerit, quod ante fecisse legitur et Sara, multo aliter affectae quam hodie quaedam foeminae, quae pharmacis arcessunt sterilitatem, ne parturiendi nutriendiue laborem ferant aut ne quid senii formae concilient, vt ne commemorem quarundam execrandam impietatem quae foetum iam viuum in vtero necant aut pharmacis eiiciunt. Annotandum et illud, quod pro singulis partubus Deo gratias agunt, nimirum intelligentes et sterilitatem et foecunditatem arbitrio numinis immitti.

Frigidius etiam fuerit, si quod illic narratur de versicoloribus virgis ad allegoriam detorqueamus. Nihilne igitur fructus praeter narrationis voluptatem? Est aliquid moribus accommodum. Eximiae fidei exemplum est, quod Iacob homini nec fido, nec commodo, tot annis ita seruierit, vt ipse Laban fateretur se Iacob fideli ministerio fuisse locupletatum. Illud autem agit vir mansuetissimus, vt absque iurgio et cum bona pace discedat a socero difficili et moroso. *Da mihi*, inquit, *vxores ac liberos meos, vt prospiciam domui meae*. Nihil petit mercedis praeter vxorem ac liberos. Hac verecundia vir alioqui durus commotus vltro offert mercedem. Iacob autem ne qua in re molestus esset, pro praeterita ac futura seruitute nihil aliud petit, nisi vt quod de gregibus in posterum nasceretur varium, ipsius esset; quod vnius coloris, soceri. Eam conditionem vt aequissimam Laban cupide recepit, sciens in pecudibus rarum esse varium colorem. Hic vero patescit fiducia Iacob erga Deum. Neque enim secundum naturam est, vt ex virgis versicoloribus obiectis nascantur variae pecudes. Magni negocii est ab improborum commercio sine rixa discedere. Vides in loco qui videbatur frigidus, et pene dixerim absurdus, non vulgarem latere doctrinam ethicam. Sit hoc exemplum vnum plurimorum loco positum. In huius generis locos si quando incidet ecclesiastes, ab allegoriis et anagogis
LB 1051 abstineat, aut, si putabit adhi|bendas, summatim paucis et in transcursu attingat; tropologiam tractet accuratius.

Non ab re fuerit ob simpliciores quosdam et illud admonere, nihil obstare quominus eadem res typus sit plurium aut idem sermo diuersas habeat allegorias. Verbi causa, manna quod Hebraeis fluxit in deserto, figuram habet sermonis euangelici, quo pascuntur animae piorum, et idem typum habere potest corporis et sanguinis Dominici in Eucharistia, quemadmodum aperit ipse Dominus Ioannis sexto. Et eadem Hierosolyma nunc typum gerit Ecclesiae militantis in terra, nunc triumphantis in coelis. Item Goliath a Dauide prostratus figuram habet Christi deiicientis Satanae tyrannidem et hominis pugnantis spiritu aduersus carnem.

Interdum vnus typus gradus est alterius, veluti serpens aeneus in stipite

fixus praesignauit Christum crucifixum. Ac rursus Christus in crucem sublatus admonet nos, vt abducti ab amore rerum terrenarum, spiritu feramur in altum ac mundo carnique moriamur. Idem dici potest de omnibus quae Dominus gessit in terris, quae sicuti figuris adumbrata sunt in Vetere Testamento, ita nobis typi sunt quid agere debeamus. Tantum de figuris.

Allegoriae exemplum illud est: Moses Deuteronomii vigesimosecundo,

323 vxorem ac *O*: vxorem et *BAS LB*.

304 *philtris* Ov. *Ars* 2, 105.
fucorum Au sens propre: fard, couleur rouge.
305–306 *Gn.* 1, 28.
308 *ancillas ... subiecerit* Rachel fait coucher avec Jacob sa servante Bilha qui enfante Dan, puis Nephtali; Léa en fait autant avec sa servante Zilpa, qui enfante Gad, puis Aser (*Gn.* 30, 3–13).
309 *et Sara* *Gn.* 16: Agar enfante Ismaël.
312–313 *execrandam ... eiiciunt* Autres textes d'Er. contre l'avortement: *Gramm. rhét.*, p. 528 et n. 108 (Commentaire de la *Nux* du ps.-Ov., *ASD* I, 1, p. 155, ll. 9–10).
316 *Frigidius* Cf. p. 254, l. 222 *frigus*; p. 256, l. 292 *frigent*; ci-dessous, l. 331 *frigidus*; cf. entre d'innombrables passages *Coll.* 'Conuiuium religiosum', *ASD* I, 3, p. 252, l. 629: "ex illorum [= les scolastiques] lectione surgam, nescio quomodo frigidius affectus erga veram virtutem"; ces textes sont froids et laissent froid, au lieu de faire naître les émotions qui conduisent à la vraie piété.
versicoloribus *Gn.* 30, 32–43: c'est un artifice qui permet à Jacob de multiplier les naissances de bêtes rayées ou tachetées, qui lui reviennent, tandis que les autres reviennent à Laban. C'est ainsi qu'il s'enrichit.
319 *homini ... nec commodo* Laban trompe Jacob; *Gn.* 29, 24–26.
tot annis Quatorze ans: *Gn.* 29, 20 et 30; ci-dessus, p. 242, ll. 974–980.
320 *Iacob* Génitif; *locupletatum* *Gn.* 30, 27: "Iahvé m'a béni à cause de toi".
322 *Da mihi ... meos* *Gn.* 30, 26.
vt prospiciam domui meae N'est pas une citation, mais correspond à "iustum est igitur vt aliquando prouideam etiam domui meae" ($30, 30^{d}$).
324 *offert mercedem* *Gn.* 30, 28: "Constitue mercedem tuam quam dem tibi".
326 *varium ... soceri* *Gn.* 30, 32.
327 *cupide recepit* *Gn.* 30, 34: "dixit Laban gratum habeo quod petis".
327–328 *sciens ... colorem* L'exégèse d'Er. consiste à donner des explications psychologiques aux actes des personnages, comme dans l'épisode d'Abraham, ci-dessus, cf. p. 223, n.ll. 491–492; et de là au jugement moral le passage est immédiat: p. 224, ll. 553–556.
328–329 *erga Deum ... secundum naturam* En fait rien dans le texte ne suggère que Jacob attend un miracle de Dieu; il use d'un artifice d'éleveur. Et doit-on penser que Dieu favorise la ruse intéressée de Jacob?
330 *Magni negocii ... discedere* Laban ne veut pas laisser partir Jacob et ses femmes; la dispute occupe tout le ch. 31 de *Gn.*
331 *Vides ... videbatur* On peut voir dans cette répétition une négligence.
frigidus Voir n.l. 316.
336 *Non ab re* Tour fréquent chez Suet. *Aug.* 94, 1; *Dom.* 11, 5: "Il ne sera pas inutile".
simpliciores Adjectif substantivé.
337 *diuersas* Non pas "opposées", mais "différentes".
338 *Verbi causa* "Pour citer un nom", "à titre d'exemple".
manna *Ex.* 16, 4 sq.; voir p. 250, l. 131, où est la comparaison entre la manne et l'Ecriture.
341 *Ioannis sexto* *Ioh.* 6, 59: "Hic est panis qui de coelo descendit non sicut manducauerunt patres vestri manna et mortui sunt".
342 *Ecclesiae ... coelis* Voir, p. 220, l. 473.
342–343 *Goliath ... figuram habet* Maladresse dans l'expression: ce n'est pas Goliath, mais David, qui est l'image du Christ et de l'esprit; Goliath est le type de Satan et de la chair. Le combat est en 1. *Sm.* 17, 4 sq.
345-346 *serpens ... crucifixum* Voir p. 240, l. 921; p. 246, l. 59.
349 *figuris ... Vetere Testamento* L'allégorie au sens strict: p. 220, ll. 457–458 et ll. 472–473.
350 *typi ... debeamus* La tropologie: p. 220, l. 472.
351 *Deuteronomii* *Dt.* 22, 10: "Non arabis in boue simul et asino".

vetat ne quis aret in boue et asino. Sensus allegoricus esse potest, ne misceamus Iudaismum cum Christianismo; non enim conueniunt clamante Paulo: *Si circuncidamini, Christus nihil vobis proderit.* Potest et hic esse: ne sic profitearis te Christianum, vt simul et mundum colas et Deum. Rursus hic: noli simul et theologiam profiteri, et pari studio mundanae philosophiae deditus esse. Non onero lectorem turba exemplorum, qui ex vno facile coniiciet caetera.

Incidit interdum, vt videantur diuersae allegoriae, quum non sint. Verbi gratia, Origenes interpretatur siliquas porcorum, quibus ille parum frugi filius cupiebat explere ventrem, carmina poetarum; alius interpretabitur eas, Platonicam aut Aristotelicam philosophiam, alius honores aut opes aut delicias huius seculi. Nec hi sensus diuersi sunt, sed eiusdem generis species. Solus Deus, qui est summum bonum, vere satiat hominis mentem, a quo si excideris, quicquid illud est in quo cupis acquiescere, siliquae porcorum sunt. Postremo eiusdem plures esse posse typos aut plures allegorias, quemadmodum et similitudines, notius est quam vt sit admonendum.

Videor mihi de tropis et allegoriis satis disseruisse ad alia transiturus, si illud adiecero, quod admonet diuus Augustinus, vt in explicandis Scripturarum obscuritatibus dilucida sit concionatoris oratio. Ob causas quas commemoraui expediebat Scripturam Canonicam alicubi inuolucris opertam esse. At non idem conuenit Scripturarum interpreti. Lux sit oportet quod discutiat tenebras. Hoc fortasse videri possem sine causa admonuisse, nisi viderem quosdam in docendo imitari sermonem propheticum, vt ad intelligentiam aenigmatum opus sit alio interprete.

Sunt qui fortiter negent in Canonicis Libris vllam inesse obscuritatem, modo adsit peritia sermonis et sensus communis. Quorum opinioni hactenus certe faueo, vt optarim esse verissimam. Sed vna voce reclamant omnes Ecclesiae doctores, et in his ii quoque qui nec linguarum peritia nec sensu communi caruerunt. Obscuritas autem non solum ex tropis, sed compluribus aliis ex causis nascitur, quas hic summatim commemorare non ab re fuerit, simulque commonstrare quibus rationibus difficultates possint expediri, tametsi de his sparsim in superioribus nonnihil attigimus et vigilantissimus Ecclesiae doctor Augustinus, quum in diuersis opusculis suis, tum praecipue in libris De Doctrina Christiana, multa praecepit.

Vt autem ordiamur ab infimis: interdum remoratur lectoris intelligentiam codex scribarum aut deprauatorum vitio mendosus, id quod aliquot locis vsu venit beato Augustino. Huic incommodo remedium erit, si consulueris exemplaria castigatiora. Interdum ex eo quod Graecus aut Latinus interpres
LB 1052 vel perperam | vel obscure vel ambigue reddidit quod vertit. Huic incommodo quatuor rationibus licet mederi, si vel fontes ipsos consulas, Hebraeorum aut Chaldaeorum in Veteri Instrumento, Graecorum in Nouo, vel veterum interpretationes excutias, vnde deprehendi potest germana lectio, vel diuersas conferas versiones (fit enim frequenter vt quod hic obscure aut

ambigue vertit, alius dilucide transferat), vel eorum denique commentarios adeas qui in hoc sumpserunt operam, vt huiusmodi difficultates submouerent. Ad id tametsi veterum diligentia non parum adiuuerit sacrae philosophiae studiosos, tamen, quoniam nunquam cessat deprauatorum improbitas et scribarum oscitantia nunquam expergiscitur, semper erit necessarius restituentium labor. Qua quidem in re et nos praeter alios pro nostra virili sumus adnisi. Vtinam tantum praestare potuissemus quantum optauimus! Quot seculis in templis canitur ex Psalmo quadragesimo primo: *Ita desiderat anima*

396 in hoc *O*: in hoc ipso *BAS LB*.

354 *Gal.* 5, 2. *Paraphr.*, *LB* VII, 961 A–C.

356–357 *noli simul ... deditus esse* Critique évidente adressée aux théologiens scolastiques nourris d'Aristote et de ses commentateurs.

360 *Origenes* On n'a pas pu trouver dans quel passage.

siliquas porcorum *Lc.* 15, 16: "Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis [= caroubes] quas porci manducabant et nemo illi dabat". Il s'agit de l'enfant prodigue. *Paraphr.*, *LB* VII, 407 C: "... Omnis inanis mundi voluptas ad breue tempus deliniens nec satians nec saginans animum, porcorum siliquae sunt. His delectantur Daemones ac sibi addictos inescant verius quam satiant. Nec harum semper est parata copia; aut si est, multo felle dolorum vitiata est".

361 *alius interpretabitur* Le futur fait comprendre que c'est un exemple imaginé.

364 *a quo* Antécédent *Deus*.

365 *acquiescere* "Trouver le repos de l'âme"; le mot est fréquent chez Cic., par ex. *Att.* IX, 10, 1: "... tecum vt quasi loquerer, in quo vno acquiesco"; mais on pense surtout à Aug. *Conf.* I, 1, 1: "... et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te".

366 *eiusdem* Au neutre: "du même passage", "de la même chose".

plures "Plusieurs", sens de Tac. Plin. etc.

369 *illud* Annonce à la fois le relatif *quod* et la complétive *vt ... sit*.

Augustinus Aug. *Doctr. chr.* IV, 8, 22.

370–371 *causas quas commemoraui* Cf. p. 250, l. 133 sq.

372 *non idem conuenit* Cf. Aug. loc. cit.: "Nequaquam tamen putare debemus imitandos eos nobis esse in iis quae ... vtili ac salubri obscuritate dixerunt".

375 *aenigmatum* Les énigmes du commentateur.

376–377 *Sunt qui ... communis* Allusion à Luther; la discussion sur ce sujet est plus développée dans l'*Hyperasp.* I, §§ 64–71, *LB* X, 1299 A–1313 B (condensé dans *Gramm. rhét.*, pp. 544–546); (*LB* X, 1301 D–E): "Nos igitur non fecimus eas [= Scripturas] obscuras, sed ipse Deus sic aliquam obscuritatem illis inesse voluit, vt tamen esset omnibus satis lucis ad salutem aeternam si quis intendat oculos, nec desit adiutrix gratia. Nemo negat certissimam veritatem in sacris Libris, sed ea nonnunquam figurarum et aenigmatum inuolucris obtecta est, vt egeat scrutinio et interprete, siue quod Deus sic voluerit exercere simul et excitare nostram tarditatem, quemadmodum ait Augustinus, siue quod iucundior est veritas et acrius afficit animos hominum, cum eruta fuerit et per tenebras inuolucrorum nobis eluxerit quam si fuisset oculis quorumlibet exposita, siue quod thesaurum illum sapientiae noluerit quibuslibet prostitutum".

377–378 *Quorum ... verissimam* Tour ironique pour dire que cette opinion est fausse.

379–380 *nec linguarum ... caruerunt* On pense aussitôt à Hier.

381 *non ... fuerit* Voir p. 258, l. 336.

387 *codex ... mendosus* Voir *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 182, l. 30 sq.; Lettre à Dorp, Ep. 337, Allen II, pp. 109–112, ll. 713–852; *Apologia*, Holborn, p. 166, l. 14 sq.; *Cap. arg. c. moros.*, *LB* VI, **4 milieu de la page; et les exemples ne manquent pas dans les *Annot.*

388 *Augustino* Aug. *Doctr. chr.* II, 12, 18: "non enim intelligendos, sed emendandos tales codices potius praecipiendum est".

389–400 *exemplaria ... labor* Er. analyse son propre travail de philologue, qui est celui d'un humaniste. Voir S. Rizzo, *Il lessico filologico degli umanisti*, Rome, 1973.

402–403 *Ps.* 41, 2^{b}–3^{a}; dans la Vulgate iuxta LXX le mot *fortem* est précédé d'un astérisque et suivi de deux points, ce qui d'après la Préface de Hier. signifie que rien ne

mea ad Deum fontem viuum, pro *fortem viuum*, quemadmodum verterunt Septuaginta et habet Hebraica veritas. Augustinus hanc particulam non attingit, *fortem*, et *viuum* appellat, vt distinguat a simulacris mortuis quae non possunt homini conferre salutem et a malis liberare. Quot seculis ex epistola ad Hebraeos priuatim ac publice legunt: *Fide quidam placuerunt angelis hospitio exceptis*: pro 'latuerunt angelis hospitio exceptis'. Germanam lectionem scriba deprauauit, non agnoscens Graeci sermonis proprietatem. Et huius generis sunt innumera.

Nonnunquam ex proprietate linguarum nascitur difficultas. Habet enim vnaquaeque lingua suas loquendi formas peculiares, quas si transferas in aliam linguam, non intelliguntur ab iis quibus altera tantum lingua cognita est. Quod genus est, Hebraei geminatione vocis significant ἐπίτασιν, vt quum dicunt: 'Ficus bonas bonas' pro 'vehementer bonis' et 'Ficus malas malas' pro 'vehementer malis'. Et Graeci dicunt: 'Noui tibi gratiam' pro 'habeo tibi gratiam'; 'Latuit aduersus seipsum loquutus', pro 'insciens aduersus seipsum loquutus est'. Hanc, inquam, sermonis formam quoniam non agnouit quisquis ille fuit, deprauauit locum apud Paulum: *Placuerunt angelis hospitio exceptis.* Habet et sermo Latinus idiomata sua, quae perturbant huius peritia leuiter tinctos. Septuaginta multum Hebraismi reliquerant in sua versione, cuius partem aliquam explicuit Augustinus in libris Loquutionum. Hieronymus autem aeditione sua peregrinitatem eam adeo submouit, vt propemodum plus sit Hebraici idiomatis in Nouo Testamento Graeco quam in Vetere.

Idem remedium est aduersus ambiguitatem siue vocis, siue compositionis. Paulus primae Cor. decimo quinto iurat per suam gloriam: *Quotidie morior per vestram gloriam*. Verum haec praepositio apud Latinos anceps est, eoque qui tantum Latine sciret, ambigeret, vtrum ea gloria Paulo causa fuisset quur quotidie moreretur an iuraret per eam gloriam. At vox Graeca νὴ non est anceps, sed tantum iurando asseuerantis. Vnde apud Latinos *per* verterunt in *propter* et in nonnullis Graecorum codicibus deprehenditur διὰ pro νὴ, id quod duplici de causa potuit accidere: siue quod aliquis codicem Graecum emendauit ad nostram deprauatam lectionem, quod sane pluribus in locis factum est verisimile, siue quod Graeci complures abhorruerint a iureiurando, tam diligenter a Christo interdicto, contendantque Paulum nusquam iurasse.

405 fortem *O*: fontem *BAS LB*; possunt *O*: possint *BAS LB*.

426 Cor. *erratum A*: Corinthiorum *A*, Corinth. *B–D LB*, Corin. *BAS*.

correspond à ce mot dans le texte grec des LXX. D'autre part Er. a omis quelques mots; "Ita desiderat anima mea ad te Deus, sitiuit anima mea ad Deum viuum" serait la trad. correcte de LXX. La leçon *fontem* provient du ms C conservé à Cava en Italie (apparat de l'édition Weber, Stuttgart, [2]1975), elle est critiquée par Lefèvre d'Etaples.

404 *Hebraica veritas* La trad. iuxta Hebr. a "sitiuit anima mea Deum fortem viuen-

tem".

Augustinus Aug. *Enarr. in Ps.* 41, 5, *PL* 36, 466.

404 *particulam non attingit* Le nom est pris au sens rhétorique de subdivision de la phrase; le verbe signifie qu'Aug. ne "touche" pas, ne commente pas cette partie de verset. Cf. p. 140, l. 721.

407–408 *Fide ... exceptis* *Hebr.* 13, 2: "[hospitalitatem nolite obliuisci] per hanc enim latuerunt quidam angelis hospitio receptis" (Vulg.); l'apparat indique que plusieurs mss. ont la leçon "placuerunt"; Er. traduit (*LB* VI, 1022 B): "per hanc enim quidam inscientes exceperunt angelos hospitio"; il faut lire l'*Annot.* (1021 E–1022 E): "ἔλαθόν τινες, ξενίσαντες ἀγγέλους, id est, 'latuerunt quidam, accipientes hospitio angelos'. Sic enim ad verbum verti poterat. Porro sensus hic est: 'quidam imprudentes' siue 'inscientes acceperunt angelos hospitio'. Interpres male secutus est Graecam figuram, quam Latinitas non admittit. Caeterum quod in nostris codicibus 'placuerunt' habetur scriptum, id verisimillimum est Librariorum errore inductum, qui cum non intelligerent 'latuerunt', nam is sermo nihil significat Latinis, mutata scriptura, fecerunt 'placuerunt'". Er. critique ensuite les interprétations de Valla, Lefèvre d'Etaples, à un moindre degré Chrysostome et Théophylacte (non pour la compréhension de la lettre, mais pour l'application qu'ils en font à des personnages bibliques), Thomas d'Aquin, équivoque, et Aug. qui cite la bonne traduction sans en dire l'auteur, mais la rejette et défend 'placuerunt': "non alia ratione quam quod hoc a scribis inductum est in vulgatos codices. Quid istis facia⟨s⟩ qui nec discere volunt nec docere possunt?". Cette dernière pointe relativise la thèse qui fait d'Er. une sorte de plagiaire d'Augustin!

409 *Graeci sermonis proprietatem* La tournure propre à la langue grecque, l'hellénisme que constitue la construction de λανθάνω + participe. Synonyme: idioma. Voir *Gramm. rhét.*, p. 565 qui rapproche de: *Annot.*, *LB* VI, 119 D–E; *Rat. ver. theol.*, Holborn, pp. 266–267, ll. 5–23 et 271, ll. 10–16.

414 *geminatione* Er. dit aussi "conduplicatio" (*LB* VI, 119 D) avec les exemples cités ici l. 415, dont l'*Annot.* indique qu'ils sont de *Ir.* (24, 3).

ἐπίτασιν Dion. Thrax *Ars grammatica* § 19, section 20 (ed. Uhlig, Leipzig, 1883, p. 84) signifie l'intensité, le superlatif d'une qualité (ou d'un défaut), "vehementiam" (*LB* VI, 119 D).

420–421 *huius ... tinctos* Participe substantivé; la construction *peritia tinctos* est calquée sur "litteris tinctus" (Cic. *De or.* II, 85), "arte tinctum" (ibid. 120), "elegantia tinctam" (*Brut.* 211), "sensu tincta" (Quint. *Inst.* IV, 2, 117). Er. pense évidemment à ceux qui pratiquent seulement le latin scolastique et non les auteurs anciens.

421 *multum Hebraismi* Ce dernier mot n'a donc pas le sens d'idiotisme, mais de "couleur hébraïque" si l'on peut dire.

422 *libris Loquutionum* Aug. *In Heptateuchum locutionum libri VII*, *PL* 34, 465–546; 512 sur *Ex.* 26, 10: "Ne de omnibus diceret, de duabus dicit more suo geminando: sicut puteos puteos, aceruos aceruos, generationes generationes et similia".

423 *peregrinitatem* "Couleur étrangère" (non-latine); Quint. *Inst.* XI, 3, 30 emploie le mot pour parler de l'"accent".

425 *remedium* Cf. ci-dessus, l. 388.

compositionis Synonyme de "syntaxe", construction d'une phrase; Er. a préféré ce mot à cause de sa couleur latine; le mot "syntaxis" est chez Priscien, mais ni chez Varron, ni chez Cic. ni chez Quint.

426–427 *Quotidie ... gloriam* 1. *Cor.* 15, 31. Er. traduit aussi par "per". Certains manuscrits de Vulg. ont "propter". L'*Annot.* (*LB* VI, 737 F–738 D): "Est autem hoc loco *per* praepositio iurantis. Et quoniam multa iam gloriatus est sancta quadam iactantia de profectu Euangelii sui, per eam gloriam qua gloriatur in Christo, nunc iurat tanquam per rem sacram sibique charissimam". Er. signale ensuite que cette formule est citée par Aug. *Epist.* 89, dans le 28e sermon *De verbis Apostoli*, puis il discute les opinions sur le sens de *vestram*. Il ne fait pas état d'Aug. *Doctr. chr.* III, 4, 8: "... in Graeco vox iurantis manifesta est sine ambiguo sono".

429 νὴ Le texte dit: Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν. L'*Annot.* loc. cit. ne signale pas la variante διά.

433 *nostram* C'est-à-dire latine.

435 *tam ... interdicto* Cf. *Mt.* 5, 34–37: "Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per caelum quia thronus Dei est, neque per terram quia scabillum est pedum eius, neque per Hierosolymam quia ciuitas est magni regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum; sit autem sermo vester EST EST NON NON".

Quidam horrent Dei Filium iuxta diuinam naturam dici *creaturam*, quod Latinis *creari* dicitur hoc quod prius non erat. At non horret Athanasius neque Gregorius Nazianzenus et Hieronymus, si modo sic interpretemur *creaturae* vocabulum, quemadmodum illi iuxta Graecam vocem interpretantur. Graecis κτᾶσθαι vox est ambigua, quemadmodum et κτίσις. Neque enim solum κτᾶσθαι dicitur quod instituitur aut conditur, sed etiam quod paratur ad aliquem vsum, vnde κτῆμα *possessio*, non quod possessor creauerit seruum aut domum, sed quod sibi ad vsum pararit. Vnde Tertullianus Graeci sermonis
LB 1053 peritus κτίσιν fere vocat non *creaturam*, sed | *paraturam*. *Paratum* autem esse quod est sine initio, nihilo minus absurdum est quam *praedestinatum* esse. Porro Filius ab aeterno fuit praedestinatus, vt homine assumpto mundum redimeret. Non est igitur quod offendamur, quum legimus Ecclesiastici vigesimo quarto, de sapientia dictum: *Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Ac mox: *Ab initio et ante secula creata sum*, etc. Item Prouerbiorum octauo: *Dominus possedit me ab initio viarum suarum.* Quod illic verterat *creauit*, hic vertit *possedit*: Graecis idem est verbum ἔκτισεν.

Nonnunquam obscurat intelligentiam antiquitatis ignoratio; plurima siquidem in rebus humanis nouat aetatis diuturnitas. Veluti quod scripsit Horatius:

Scriptor vtroque tuum laudabit pollice ludum,

nemo fuerat intellecturus, nisi veteres admonuissent, olim qui fauerent, pollicem premere solitos. Itidem quod est in Psalmo LXVIII: *Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta* iuxta sensum grammaticum minus liquebit, nisi moniti fuerimus, olim Iudaeos in portis vrbium solitos exercere iudicia. Ad id facit quod Deuteronomii vigesimoprimo pater filium contumacem iubetur adducere ad seniores illius ciuitatis et ad portam iudicii. Praeterea secundi Regum decimoquarto Absalon stans in ingressu portae inuitat ingredientes et egredientes, vt suas causas ad se deferant. Similiter quod Dominus Pharisaeis exprobrat latas fimbrias et phylacteria, vix quisquam intellexisset, nisi periti antiquitatis admonuissent Pharisaeos hunc morem arripuisse ex Deuteronomii capite sexto: *Ligabis ea in manu tua, et erunt immota ante oculos tuos.*

Interdum ambiguitatem parit vox diuersa significans aut certe diuersis modis vsurpata. Prioris exempla multa sunt apud Hebraeos, dictiones quae iisdem literis et iisdem notis res diuersas significant; rursus, quae iisdem elementis, sed mutatis notis, diuersa significent. Apud Graecos τέλος finem declarat et vectigal, vnde dicti telonae qui exigunt vectigalia. Celebratur Euripidis sententia:

Ἀχαλίνων στομάτων
Τὸ τέλος δυστυχία,

quod ita vertere quidam non indocti: *Effrenis oris finis infortunium.* At mea sententia rectius vertissent: *Effrenis oris vectigal infortunium*, vt vectigal perinde valeat quasi dicas, *fructus.* Apud Latinos, *os* aliud significat quum paternus

449 et caetera *O* (&c. *D*): *om. BAS LB.*
456 Psalmo LXVIII *D BAS LB*: Psalmo centesimo vigesimo sexto *A–C.*
461 Absalon *A B*: Absolon *C D BAS LB.*

436 *iuxta diuinam naturam* Se rattache à *Dei Filium*. On doit en conclure qu'Er. ne fait pas partie de ces *quidam* et qu'il n'est pas choqué par une telle formule; cela montre peut-être chez lui un certain laxisme théologique dont on peut rapprocher au livre IV, p. 368, ll. 127–130. Mais l'expression de *creatura* appliquée au Christ est dans Paul lui-même: *Col.* 1, 15 "[Filii] qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturae". Voir *Annot.* (*LB* VI, 885 C–D): "Sensus autem hic esse potest: qui genitus fuit ante omnem creaturam. Ne quis cum Ario Dei Filium faciat creaturam. Etc.".
437 *Athanasius* Par ex. Athan. *Contra Apollinarium* I, § 4, *PG* 26, 1100 B.
438 *Gregorius Nazianzenus* Greg. Naz. *Or.* 30 (= *Or. theol.* IV), cap. 2, *PG* 36, 106.
Hieronymus Hier. *Comment. in Ir.* 3, 17, 5–6, *PL* 25, 787.
441 *paratur* "Acquérir, se procurer", l'un des sens de κτᾶσθαι.
444 *paraturam* Le mot se trouve en particulier chez Tert. *Apol.* 22, 10: "[Daemones] habent de incolatu aeris ... caelestes sapere paraturas".
445 *absurdum* Critique de Tert.
446 *homine assumpto* "Ayant assumé, revêtu la nature humaine".
448–449 *Sir.* 24, 12[b]; la Sagesse est identifiée au Fils.
449 *Sir.* 24, 14[a]. Grec des LXX: ἔκτισέ με.
450 *Prv.* 8, 22. Grec des LXX: ἔκτισέ με.
452 *ignoratio* "Le fait d'ignorer (ceci ou cela)" ne contient pas de jugement de valeur, alors que "ignorantia" (état d'ignorance) formule un blâme.
454 Hor. *Epist.* I, 18, 66. Cité dans l'*Adag.* 746 'Premere pollicem. Conuertere pollicem' (*LB* II, 315 E–F): "Antiquitus in pollice fauoris erat studiique significatio. Qui faueret 'pollicem premebat', qui minus faueret 'pollicem conuertebat'. Qui gestus in prouerbium abierunt, vt iam 'premere pollicem' dicatur qui quoquo pacto fauet: 'conuertere' qui male vult". Cite Plin. *Nat.* XXVII (en réalité XXVIII), 5, 25; Iuv. (3, 36–37); Hor. avec Porphyrion et Acron (qui ne connaissent apparemment pas l'origine du proverbe). *Scriptor* est un lapsus pour "fautor" qui figure dans l'adage.
456–457 *Ps.* 68, 13 iuxta LXX; la trad. "iuxta Hebr." dit "contra".
458–459 *Ad id facit* Voir p. 250, l. 152; p. 254, l. 221.
459 *Deuteronomii Dt.* 21, 18–19; ce dernier verset: "adprehendent eum et ducent ad seniores ciuitatis illius et ad portam iudicii".
461 *Absalon* 2. *Sm.* 15 (et non pas 14), 2: "et mane consurgens Absalom stabat iuxta introitum portae et omnem virum qui habebat negotium vt veniret ad regis iudicium vocabat Absalom ad se, etc.".
463 *exprobrat ... phylacteria* Cf. *Mt.* 23, 5; l'*Annot.* (*LB* VI, 117 F–118 F) après avoir cité *Dt.* 6 (faussé en 16), 4–9, dit: "Proinde Pharisaei, quo viderentur admodum obseruantes Legis, scribebant Decalogum in membranis, ceu duobus voluminibus, quorum alterum fronti coronae vice circumponebant, alterum bracchio; vt siue quo manum porrigerent essent in conspectum, siue caput mouissent ob oculos essent. Itaque personati sese plebis ac muliercul
arum oculis venditabant. Hunc morem testatur Hieronymus ad suam vsque aetatem durasse apud Iudaeos, Persas ac Babylonios atque eos qui id facerent apud illos habitos ceu religiosos. Velut hodie apud nos habentur qui diuersis ac nouis cultuum formis et coloribus sanctimoniam apud vulgus profitentur, quum non omnes suo respondeant ornatui". L'indication du chapitre est rectifiée dans l'*Eccles.*
469 *elementis* Synonyme de *literis* l. 468.
notis Les signes servant à noter les voyelles et les accents.
470 *telonae* Le mot est inusité en latin, sans doute innovation d'Er. pour transcrire le grec τελῶναι (plur. de τελώνης) dans *Mt.* 9, 10 et *Lc.* 15, 1; la Vulg. dit "publicani" et la trad. d'Er. aussi. Mais "telonae" se trouve dans la suscription de la lettre 879 (Allen III, p. 417): "Christophoro Eschenveldio, telonae Popardensi" (Boppard).
472–473 Ἀχαλίνων ... δυστυχία Eur. *Bacch.* 386 et 388 souvent cités (cf. ed. Grégoire, C.U.F. ad loc.), y compris par Er. lui-même: *Lingua*, *ASD* IV, 1A, p. 35, ll. 323–325; *Adag.* 2347 'Os infrene', *ASD* II, 5, p. 263. On ne sait de qui est la traduction qu'il cite ici.
476–482 *os* etc. L'exemple est dans Aug. *Doctr. chr.* III, 3, 7, *PL* 34, 68.
476–477 *paternus casus* Le génitif, voir Prisc. *Inst. gramm.* 5, 72, Keil 2, 185, 14–22.

casus habet *oris*, et aliud quum habet *ossis*, nisi quod iuxta grammaticos discrimen prodit ipsa pronunciatio: si producas *os*, est illud vnde ducitur *oris*; sin corripias, est vnde ducitur *ossis*. Produces, si sic efferas quasi sones *os* per geminum *oo*: corripies, si per vnicum, vt nunc vulgus pronunciat. Nam longarum ac breuium syllabarum differentia pene in totum sublata est, nisi si quam faciat accentus; qua de re disseruimus in libello De recte pronunciando.

Posterioris exemplum illud esto. *Consummatio* in Scripturis interdum sonat perfectionem, vt Dominus in cruce: *Consummatum est*; interdum πανολεθρίαν, siue internecionem, velut Esaiae decimo: *Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam*; item Hieremiae quarto: *Deserta erit omnis terra, consummationem tamen non faciam*, id est, non semel perdam vniuersos. Ita *spiritus* interdum pro *flatu* ponitur, interdum pro *affectu* hominis, interdum pro *Spiritu Sancto*. Idem sentiendum est de multis aliis vocibus, quarum de numero sunt, *mundus*, *lex*, *caro*. Exemplis, quoniam plurima sunt, supersedeo, ne fiam prolixior in re non obscura. De remedio mox dicam.

Huic incommodo finitimum est, quum vel idem nomen proprium pluribus est commune vel vnus nominibus duobus aut pluribus designatur. Prioris exemplum est: apud Aegyptios multi reges dicti sunt *Pharaones*, multi *Ptolemaei*; apud Babylonios multi *Nabuchodonosores*; apud Iudaeos sub Babyloniis multi *Iechoniae*. Similiter in Scripturis, plures *Darii*, plures *Xerxes*, plures *Antiochi*, plures *Cyri*. Et in Euangelio leguntur tres aut plures *Herodes*, iidem nomine, personis diuersi. Ea res etiam in humanis parit minus attentis magnam confusionem, in quibus occurrunt multi *Catones*, multi *Tarquinii*,
LB 1054 multi *Bruti*, multi *Scipiones*. Idem vsu venit in nominibus lo|corum. Notum est omnibus duas esse *Galilaeas*, quarum altera discretionis gratia dicitur Galilaea gentium. Ita sunt duae *Salem*: altera iuxta Iordanem in tribu Effraim olim ditio Sichimitarum, vbi legitur baptizasse Ioannes, Ioannis tertio; altera quae notiore vocabulo dicitur Hierosolyma. Eadem difficultas est et in humanis historiis, quam ex parte discussit Stephanus, qui scripsit de vrbibus.

Nunc posterioris exemplum accipe. Libro Paralipomenon secundo, Ochosiam regem trinominem reperimus, siquidem capite vigesimoprimo appellatur Ioachim natu minimus filiorum Iehoram. Idem mox proximo capite dicitur Ochosias: *Constituerunt autem habitatores Hierusalem Ochosiam filium eius minimum regem pro eo*. Rursus in capite praecedenti, quum referuntur nomina filiorum Iehoram, pro Ochosia dictus est Azarias. Similiter qui apud Matthaeum in genealogia dicitur Iechonias, apud Lucam III dicitur Neri. Idem in libris Regum et Paralipomenon vocatur Ioachim. Rursus qui apud Lucam vocatur Zorobabel, Neemiae III dicitur Barachias. Sic Matthaeus dictus est Leui,

503 Sichimitarum *O BAS*: Sichemitarum *LB*. 514 Zorobabel *D BAS LB*: Sorobabel *A–C*.

477 *iuxta grammaticos* Voir le *De pronunt.*, *ASD* I, 4, pp. 59–66, ll. 500–712. Le titre

exact n'est pas "De recte pronuntiando", mais *De recta pronuntiatione*.

481 *nisi si* Ce tour se rencontre à plusieurs reprises chez Cic. avec le sens de "excepté si" (*Inv.* II, 171, etc.); *quam* = aliquam (sc. differentiam). Sur les rapports entre longue-brève et accentuée-atone, voir *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 62, ll. 588–618.

484 *perfectionem* "Achèvement, réalisation complète".
Consummatum est *Ioh.* 19, 30, grec τετέλεσται.

485–486 *Consummatio ... iustitiam* *Is.* 10, 22b; le grec (LXX) n'a pas de mot correspondant, le sens est autre: λόγον συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ.

486–487 *Deserta ... faciam* *Ir.* 4, 27; en grec: "... συντέλειαν δὲ οὐ μὴ ποιήσω".

487 *spiritus* Voir *ASD* V, 4, *Introduction*, p. 27.

489–490 *mundus, lex, caro* Pour *mundus* et *caro* voir ci-dessus, p. 186, l. 696 sq. et p. 195 sq., ll. 886–895. Pour *lex* (loi humaine, Loi Mosaïque, Loi du Christ) voir livre IV, pp. 348–350, ll. 735–776.

491 *remedio* Le remède à la difficulté née des mots à plusieurs sens. Cf. p. 260, l. 388 et p. 262, l. 425.
mox dicam Cf. p. 268, l. 531 sqq.

494 *Pharaones* Apparemment Er. ne fait pas de différence entre nom de fonction et nom propre (individuel ou de famille, comme "Caesar").

496 *Iechoniae* Le nom de Iechonias se rencontre en 1. *Chr.* 3, 17 (équivaut à Joïakîn, notre Joachim) et en *Mt.* 1, 11 et 12 (dans la généalogie de Joseph, dite abusivement généalogie de Jésus); voir sur ce dernier l'*Annot.* inspirée de Hier. (*LB* VI, 3 D–E, n. 9).

497 *Herodes* Hérode le Grand (*Mt.* 2, 1–19) né c. 73 av. J.-C., ami de Rome, gouverneur de la Galilée en 47, tétrarque, puis roi de Judée en 41–40, mourut en 4 av. J.-C.; c'est lui qui aurait ordonné le massacre des Innocents; Hérode Antipas né en 22 av. J.-C., fils du précédent, tétrarque de Galilée en 4 av. J.-C., épousa sa nièce et belle-sœur Hérodiade, fit décapiter Jean-Baptiste, fut exilé par les Romains en 39 (*Mt.* 14, 1–6, etc.); Hérode Agrippa, petit-fils d'Hérode le Grand, né en 10–9 av. J.-C., ami de Caligula qui en 39 le fit tétrarque de Galilée; persécuta la première communauté chrétienne (*Act.* 12, 1–23), mourut en 44 (d'après *Dict. du NT*).

498 *in humanis* Dans les histoires purement humaines, par opposition à l'histoire sainte contenue dans l'Ecriture. Les exemples sont connus.

501 *duas Galilaeas* En fait, d'après les ouvrages consultés (Osty, Dhorme, *Dict. du NT*) il n'y avait qu'une Galilée, région septentrionale de la Palestine, au Nord de la Samarie; son nom signifie "cercle, district"; si elle est appelée aussi "Galilée des goïm" (les nations, les païens *Is.* 9, 1; *Mt.* 4, 15) c'est parce qu'en 721 elle avait été envahie par les païens (Assyriens, Chaldéens); du mélange des populations était résultée une contamination de la pure religion pratiquée par les autres Juifs; les Galiléens étaient dédaignés par ceux-ci; c'est en Galilée que se place la plus grande part de l'activité du Christ selon *Mt.* L'*Annot.* sur ce point (*LB* VI, 24 E, n. 14) justifie la distinction.

502 *duae Salem* Sinon trois: Salem synonyme de Jérusalem selon la tradition juive (*Gn.* 14, 18; *Ps.* 76, 3; *Hebr.* 7, 1 et 2); Salem ville près de Sichem, portant encore aujourd'hui ce nom (Dhorme et Osty diffèrent à propos de *Gn.* 14, 18); peut-être Salim près d'Enon (*Ioh.* 3, 23), à 30 km au Sud du lac de Tibériade. L'*Annot. in Hebr.* 7, 1 et 2 (*LB* VI, 1001–1002) n'apporte rien; rien non plus en *LB* VI, 323 sur *Ioh.* 3, 23. Le rapprochement entre Sichem et la tribu d'Ephraïm (l'un des fils de Joseph) vient peut-être de *Ps.* 60, 8–9.

503 *legitur ... Ioannes* *Ioh.* 3, 23.

505 *Stephanus ... de vrbibus* Stéphane (ou Etienne) de Byzance, grammairien sans doute du 6e s.; de ses Ἐθνικά ou Περὶ πολέων (De vrbibus) ne subsiste qu'un épitomé, qui fut imprimé par Alde en 1502, d'où la familiarité d'Er. avec lui; il en parle dans Ep. 2803 (publiée en tête de scholies de Ioannes Agricola Ammonius, professeur de médecine à l'Université d'Ingolstadt, parue en 1533), Allen X, p. 214, ll. 25–27 (au sujet des Tabii peuple d'Italie chez qui aurait été éduqué Remus) (notice d'Allen).

506 *posterioris* Voir ci-dessus, l. 493: plusieurs noms pour un seul.

507 *trinominem* Mot de Hier. *Epist.* 108, 9.

507–508 *capite ... Ichoram* 2. *Chr.* 21, 17 (Chroniques = Paralipomènes).

509–510 *Constituerunt ... pro eo* 2. *Chr.* 22, 1.

510 *capite praecedenti* 2. *Chr.* 21, 2.

512 *Iechonias ... Neri* *Mt.* 1, 11; *Lc.* 3, 27.

512–513 *Idem ... Ioachim* 2. *Rg.* 24, 6; 2. *Chr.* 36, 8.

514 *Zorobabel ... Barachias* *Lc.* 3, 27; *Neh.* 3, 4.
Matthaeus ... Leui Comparer *Mt.* 9, 9 (Mathieu); *Mc.* 2, 14 et *Lc.* 5, 27 (Lévi).

Paulus Saulus. De locis res euidentior est quam vt opus sit exemplis. Sed de homonymis et synonymis, quoniam hoc argumentum plures habet sinus et anfractus, non ingrediar altius. Qui volet et cui vacabit, poterit super his plenius edoceri libris Berosi, Philonis, Iosephi, tum e Hieronymi variis annotationibus, praecipue e catalogis quos de locis contexuit, tum ex commentariis Aniani recentioris. Nec indiligenter hanc partem tractauit Ioannes Driedo. Nos ad reliqua properamus.

Ambiguitas aliquoties nascitur ex varia distinctione, velut, haeretici sic distinguebant: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat: Verbum hoc erat in principio apud Deum*, ne cogerentur Verbum profiteri Deum, sed tantum fuisse apud Deum. Rursus qui volunt excludere Spiritum Sanctum a consortio diuinitatis, ita distinguunt: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est*, vt Spiritum faciant creaturam. Simile est ad Romanos quarto: *Quid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem*; haec particula *secundum carnem* referri potest ad verbum *inuenisse*, potest et ad *patrem nostrum*. Huius formae in Scripturis occurrunt innumera. In hoc ambiguitatis genere explicando eadem est ratio, quae in polysemis dictionibus aut varie vsurpatis. Primum omnis sententia, quae pugnat cum inuiolatis fidei dogmatibus reiicienda est. Quod si in variis sensibus nihil est aduersum sanae doctrinae, ex ipsa sermonis serie quaerenda est germana lectio. Obseruandum quid praecesserit eum locum, quid consequatur, vnde coeperit qui loquitur, quo progressus sit et quo euaserit. Hic nonnihil valebit et aliorum locorum collatio. Saepe fit vt idem sensus hic verbis ambiguis enunciatus, alibi sermone perspicuo efferatur.

Quin et pronunciatio nonnunquam variat sensum. Plurimum enim refert, vtrum enunciando pronuncies an interrogando seu percontando. Quanquam in illo: *A Nazaret potest aliquid boni esse?* percontatio non voce tantum, verum etiam nota scribentis discernitur. Sed ironia nullam habet notam, sola pronunciatione distinguitur. Quod genus est illud: '*Dormite iam et requiescite*'. Quod si notae variant, partim ex ipso sensu, partim e sermonis tenore colligitur vera lectio. '*Dormite iam et requiescite*' si accipias velut ab imperante dictum, sensus

517 ingrediar *O*: ingredior *BAS LB*.
518 libris *O*: ex libris *BAS LB*.
520 Aniani *A–C*: Annii *D BAS LB*.
540 pronuncies *erratum A cett.*: pronuncias *A*.

515 *Paulus Saulus* *Act.* 13, 9. Voir la discussion sur ces deux noms dans l'*Argumentum* de *Rom.*, *LB* VI, 547 548, premier alinéa.

516 *homonymis et synonymis* Voir *De cop. verb.* cap. 11, *ASD* I, 6, p. 38, ll. 259–260; synonymes = plusieurs mots différents pour une seule "chose"; homonymes = un seul mot pour des "choses" différentes. Mais ici il s'agit de noms propres d'humains ou de pays bibliques.

518 *Berosi* Berosus de Babylone, prêtre de Bel, contemporain d'Alexandre, auteur de Βαβυλωνιακά (ou Χαλδαϊκά) en trois livres dont d'importants extraits sont passés dans la *Chronique* d'Eusèbe (prolongée et traduite par Hier.) et dans Josèphe. Voir *PG* 19, 106, 108 et 109.
Philonis Philon d'Alexandrie (ca 30 av. J.-C.-après 40). La liste de ses ouvrages concernant la Bible est dans Eus. *Hist. eccles.* II, 18

(*PG* 20, 184–188); parmi eux l'*Onomasticon biblicon* auquel pense sans doute Er. est un apocryphe.
Iosephi Flavius Josèphe; ses *Ant. Iud.* sont utilisées par Er. au livre I pour l'exégèse du vêtement rituel d'Aaron (*ASD* V, 4, pp. 86–106, par ex. p. 95, ll. 292 et 296, etc. etc.); en vue d'une édition Er. se fait prêter un manuscrit grec par Jean de Pins (voir Allen IX, p. 381, l. 15).

519 *catalogis ... de locis* Hier. *De situ et nominibus locorum Hebraicorum*, *PL* 23, 903 sq.

520 *Aniani* Giovanni Nanni (ca. 1432 à Viterbe, 1502 à Rome), dit Annius de Viterbe, Dominicain, publie en 1498 le premier volume de ses *Antiquitatum variarum volumina* qui en compteront 18, dans lesquels il inclut des textes à l'authenticité douteuse de Bérose, Fabius Pictor, Manéthon, etc. qui suscitèrent des controverses parmi ses contemporains.

520–521 *Ioannes Driedo* De Turnhout, théologien à Louvain, critique de Luther, mort le 4 août 1535; dans la Correspondance d'Er. plusieurs fois nommé avec Latomus (Allen IV, pp. 394, 398, 422); son *De ecclesiasticis scriptoribus et dogmatibus* (1523) s'appuyait sur Aug. *Doctr. chr.* pour soutenir qu'il est inutile au théologien de connaître les langues et les auteurs antiques (Béné, *Erasme et saint Augustin*, p. 428).

522 *distinctione* La ponctuation; voir Aug. *Doctr. chr.* III, 2, 2 et ci-dessus, p. 180, l. 607 et n.

522–525 *haeretici ... apud Deum* Exemple pris dans Aug. *Doctr. chr.* III, 2–3; "Illa haeretica distinctio ... non vult Verbum Deum confiteri, etc.". Ces hérétiques non nommés sont sans doute des Ariens. Texte: *Ioh.* 1, 1–2.

525–527 *Rursus ... creaturam* *Ioh.* 1, 3. La note 6 de *LB* VI, 337 F–339 C discute longuement sur les différentes ponctuations de ce passage. Chrys. et Theophylacte lisent: "Omnia per illud, subaudi Verbum, facta sunt; et absque illo factum est nihil, quod factum est" c'est-à-dire comme le fait Er. lui-même aussi bien ici que dans sa propre traduction (*LB* VI, 338 A). Selon Chrysostome certains hérétiques ponctuaient: "Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso, vita erat", comprenant que le Saint Esprit (dont ils font une créature) était désigné par "Quod factum est". Pourtant, continue Er., cette ponctuation hérétique selon Chrys., est celle de Cyrille, d'Aug., d'Hil., de Greg. Naz. (dans un sens autre). Enfin (*LB* VI, 339 B): "Mihi videtur esse vera lectio quam hodie vulgo sequitur Latinorum vsus 'Quod factum est, in ipso vita erat'. Congruit enim huius Euangelistae peculiari sermoni, fere membrum sequens ex praecedentis membri fine inchoare. 'Factum est nihil' finis est superioris coli, 'Quod factum est' initium est alterius. Cuius formae sunt et illa 'In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum'. Dictio finiens priorem particulam inchoat sequentem". Pourtant Er. n'adopte pas cette "vera lectio". La solution de ce problème dépasse les limites d'une note.

528–530 *Rom.* 4, 1; *Annot.*, *LB* VI, 577 C–E. La plupart des manuscrits grecs rattachent le complément au verbe, mais Origène, Ambroise, la plupart des manuscrits latins le rattachent à *patrem nostrum*: "Sentit enim Paulus Abraham iuxta vocationem ad fidem, et Gentium esse patrem, caeterum Iudaeorum esse patrem duntaxat iuxta carnem". Ainsi interprètent Theophylacte et Chrysostome. (Là encore il semble bien y avoir une contradiction au sujet d'Ambroise entre le début et la fin de la note.)

530 *Huius formae* Complément de *innumera*.

531–532 *polysemis ... vsurpatis* Cf. p. 264, l. 466 sq.

532–533 *inuiolatis ... dogmatibus* L'argument est logiquement peu solide, car si on l'emploie c'est contre des hommes qui "violent" tel ou tel dogme reçu! C'est l'argument d'autorité.

534 *ipsa sermonis serie* Ce qu'Er. appelle aussi la "tenor" (*Gramm. rhét.*, pp. 688–689), comme ci-dessous, l. 544.

536 *locorum* Des passages de l'Ecriture.

537 *hic* Adverbe: "ici"; *alibi* Cf. Aug. *Doctr. chr.* II, 6, 8, fin.

539 *pronunciatio* Le ton, interrogatif ou affirmatif, comme il est aussitôt expliqué. Cf. Aug. *Doctr. chr.* III, 3, 6.

541 *A Nazaret ... esse* *Ioh.* 1, 46; exemple utilisé dans Aug. *Doctr. chr.* III, 3, 6.

542 *ironia* Voir p. 118, l. 302 sq. Comme le remarque Béné, il est à peine question d'ironie chez Aug. (*Erasme et saint Augustin*, p. 411).

543 *Mt.* 26, 45; ci-dessus, p. 120, ll. 312–318.

544 *notae variant* Les signes de ponctuation (point ou point d'interrogation) sont différents (selon les manuscrits).
tenore Voir l. 534.

videtur absurdus. Rursus primae Cor. sexto: '*Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum*' per ironiam esse dictum indicat, quod mox sequitur: '*Ad verecundiam vestram dico*'. Verum de his nonnihil attigimus in superioribus, quum de tropis ageremus, et in Annotationibus non pauca produximus exempla.

Ab ambiguis recedam, si illud admonuero sermonem Hebraicum et Graecum plus habere ambiguitatum quam Latinum. Apud Hebraeos partim in
LB 1055 causa est quorundam elementorum | similitudo, quae parum attentis praebet erroris occasionem, partim puncta quae subnotantur literis: ea in priscis illorum codicibus non apponebantur, et tamen ex his mutatis varius nascitur sensus. Apud Graecos autem quod in verbis eadem vox frequenter ad diuersa genera aut ad diuersos modos pertinet, vt in eo quod modo ex Paulo citaui, ad iudicandum constituite, καθίστατε, incertum est, vtrum sit *constituitis*, indicandi modo, an *constituite*, imperandi. Item ad Colossenses secundo: *Quid adhuc decernitis*, δογματίζεσθε, incertum est actiuene an passiue accipiatur. Quanquam et apud Latinos saepe per hypallagen modus pro modo ponitur. *Non facies furtum*, non est praedicentis, sed praecipientis. Vnicum hoc exemplum pro innumeris positum esto. Quin et articulus in alium translatus locum, diuersam parit intelligentiam.

Non mediocre negocium exhibet tractantibus Scripturas species contradictionis, vanitatis aut absurditatis, quum certo certius sit tale nihil esse in Libris Canonicis. Nonne quum Ioannes scribit: '*Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est*', pugnare videtur cum eo quod habetur in eadem epistola: *Qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei conseruat illum?* Rursus quod scribit Paulus: '*Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam*' et quod praecipit Moses: '*Honora patrem et matrem*' contrarium apparet ei quod Dominus in Euangelio pronunciat, Lucae quarto decimo: '*Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem*, etc., *non potest meus esse discipulus*'. Item quod Christus interdixit Apostolis: '*In viam gentium ne abieritis*', pugnat cum eo quod iisdem dicit: '*Ite in orbem vniuersum et docete omnes gentes*'. Hoc autem incommodum facile per tropos et allegorias tollitur, aut certe temporum aut personarum discretione. Ante mortem dixit: '*In viam gentium ne abieritis*'; post resurrectionem dixit: '*Ite in orbem*'. A pluribus exemplis abstineo, ne fastidio sim lectori.

Vanitatis species turbat lectorem, quoties eadem res diuerse narratur aut numerus annorum rationi temporum non congruit. Marcus capite decimo quinto scribit Iesum fuisse crucifixum hora tertia, quum Ioannes decimo nono tradat Pilatum hora ferme sexta sedisse pro tribunali. Non consistit autem vt crucifixum accipiamus, antequam esset damnatus. Sudatur etiam a quibusdam, vt, quae in Actis cap. VII habetur, Stephani narrationem doceant congruere

546 Cor. *erratum A B–D*: Corinthiorum *A*, Corin. *BAS*, Corinth. *LB*.

559 indicandi *O*: iudicandi *BAS LB*.
571 praecipit *O*: praecepit *BAS LB*.
572–573 XIV *D BAS LB*: quarto *A–C*.
573–574 meus esse *A*: esse meus *cett.*

546–547 1. *Cor.* 6, 4; Er. traduit: "Proinde iudicia siquidem habueritis de iis quae ad vitae vsum attinent, qui contempti sunt in Ecclesia, eos constituite". Voir les notes 5, 6, 7 et surtout 8 (*LB* VI, 681 E–682 D); cf. p. 120, ll. 320–321 et la note 8 où ne figure pas le mot d'"ironia", mais la notion est présente.

548 1. *Cor.* 6, 5; Er. traduit: "ad erubescentiam vestram dico" et la note 9 dit: "Hoc adiecit, significans se non esse loquutum ex animo, quod vellet contemptissimos ad iudicandum deligi, sed quod hoc quoque iudicaret tolerabilius, quam id quod illi faciebant, litigantes Christiani apud Ethnicos".

549 *superioribus* Comme dit ci-dessus, p. 118.

550 *Annotationibus* Cf. ci-dessus, ll. 546 et 548.

553 *elementorum* Les lettres, les signes de l'écriture.

554 *puncta* Les signes diacritiques qui notent les voyelles et les modifications phonétiques en fin de mot ne sont pas utilisés pour les textes saints, et ils sont apparus pour les commentaires tardivement.

557 *genera* La voix du verbe, actif ou passif; *De cop. verb.*, *ASD* I, 6, pp. 57–58, ll. 635–645. *modos* Indicatif ou impératif (2e pers. plur.) comme ll. 545 et 547 (voir les *Annot.* indiquées). Voir *De cop. verb.*, *ASD* I, 6, p. 60, ll. 691–695.

559–560 *Quid* ... δογματίζεσθε *Col.* 2, 20; Er. en fait un passif: "quid quasi viuentes in mundo decretis tenemini?".

561 *hypallagen* Serv. *Comm. in Aen.* III, 61. Mais voir ci-dessus, p. 176, l. 500 où l'on voit qu'Er. ne distingue pas, semble-t-il, hypallage et exallage. Dans le *De cop. verb.* I, cap. 13 (*ASD* I, 6, pp. 54–60, ll. 546–712) Er. considère comme synonymes enallage et hétérosis (ci-dessus, p. 176, l. 500 et l. 517, il parle d'hétérosis); tous ces équivalents désignent une "impropriété" volontaire dans l'emploi des catégories grammaticales: nombre, personne, "genre", cas, temps, mode, etc.

562 *Ex.* 20, 15, cité dans *Lc.* 18, 20. *praedicentis*, *praecipientis* Participes substantivés; de plus la ressemblance des formes constitue une sorte d'*adnominatio*.

563 *articulus* Voir p. 102, l. 976.

565 *species* "L'apparence".

566 *certo certius* Voir p. 246, l. 48 et p. 254, l. 253.

567–568 1. *Ioh.* 1, 8; la Vulg. dit: "Si dixerimus quoniam ... ipsi nos ..."; Er. traduit: "Si dixerimus 'Non peccauimus', nos ipsos fallimus ..." (*LB* VI, 1072 B).

569–570 1. *Ioh.* 5, 18, précédé de "Scimus quoniam omnis" et avec "eum" dans Vulg.; Er.: "Scimus quod omnis ..., sed qui genitus est ex Deo, seruat seipsum".

570–571 *Eph.* 5, 25; Vulg. n'a pas "vestras", mais ajoute *et* devant *sicut*.

571 *Ex.* 20, 12.

573–574 *Lc.* 14, 26.

574–575 *In viam ... abieritis* *Mt.* 10, 5.

575–576 *Ite ... gentes* *Mc.* 16, 15: "euntes in mundum vniuersum praedicate Euangelium omni creaturae" et *Mt.* 28, 19: "euntes ergo docete omnes gentes".

577 *temporum ... discretione* Principe rhétorique du "decorum" ou accommodation, formulé par Quint. *Inst.* XI, 1, mais aussi par Cic. et par Er. à maintes reprises, par ex. *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 196, l. 29 sq.: "Accedet hinc quoque lucis nonnihil ad intelligendum Scripturae sensum, si perpendamus non modo quid dicatur, verum etiam a quo dicatur, cui dicatur, quibus verbis dicatur, quo tempore, qua occasione, quid praecedat, quid consequatur. Siquidem alius sermo decet Ioannem Baptistam, alius Christum. Aliud praecipitur rudi populo, aliud apostolis. Rursus aliud praecipitur apostolis adhuc rudibus, aliud formatis iam et institutis. Etc."; cf. *LB* VI, 695 F: "Excutiamus quando, quibus, qua occasione dictum sit, et fortassis veram germanamque sententiam deprehendemus". Cf. *Gramm. rhét.*, pp. 582–584, etc.

580 *Vanitatis* Deuxième point après *contradictionis*, cf. ll. 565–566.

581 *Marcus etc.* *Mc.* 15, 25.

582 *Ioannes etc.* *Ioh.* 19, 13–14.

584 *accipiamus* "Que nous apprenions".

585 *quae ... narrationem* *Act.* 7, 16. C'est Etienne qui parle: (La parenté de Joseph) "translati sunt in Sychem et positi sunt in sepulchro quod emit Abraham pretio argenti a filiis Emor filii Sychem" (trad. Er. *LB* VI, 462 A).

cum ea quae est in Genesi quodque Lucas capite nono refert de Saulo prostrato, videtur cum ipsius Pauli narratione dissentire. Nec eadem raro accidit in Literis Euangelicis. Vanitas autem videtur quod discrepat, quum simplex sit sermo veritatis. Plurima vero de Messia praedicta sunt in Vetere Testamento, quorum nihil apparuit in Christo, veluti quum prophetia dicit: *Eleuabitur mons domus Domini super omnes colles*, et *sedebit super solium Dauid*, etc. Item quum Deus legitur imposuisse capiti eius coronam de lapide precioso et vnxisse eum prae participibus suis. Praeterea de pugnis et victoriis ex attritis hostibus, de gladio addito femori, quum nihil horum in Christo conspectum sit, sed omnia contra. Quae res scandalo fuit non solum vulgo Iudaeorum, sed ipsis etiam Apostolis. Ne illa quidem vnquam acciderunt, quae Esaias vndecimo futura praedixit in aduentu Christi: *Vitulus et leo et ouis simul morabuntur, et puer paruulus minabit eos*, etc.

Absurditatis speciem habent quae ante retulimus de eruendo oculo et proiicienda dextra. Item de congerendis prunis in caput inimici. Praeterea: *Oportet nasci denuo*. Et: '*Nisi efficiamini sicut paruulus iste*', etc. Ad haec: '*Nisi manducaueritis carnem filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*'.

Ad redigenda in concordiam, quae videntur pugnantia, praeter alios plurimum adiumenti attulit beatus Augustinus multis voluminibus. Idem
LB 1056 sentiendum de falsa specie vanitatis quam frequenter Scri|pturis impingit impius ille Porphyrius. Absurditatis species tropis et allegoriis discutitur. Interim et illud iuuat ad concordiam, si loco diligenter inspecto deprehendas diuersis verbis eandem esse expressam sententiam. Rursus si meminerimus nec prophetas nec Euangelistas res eo narrare ordine quo gestae sunt, sed interdum vt ipsis in mentem venerunt, ita temperante Spiritu Sancto ob nostram aliquam vtilitatem. Quin et illud animaduertendum, quaedam eadem videri, quum similia sint, non eadem. Rursus quaedam eadem bis esse facta, veluti quod Moses elicuit aquam e petra, bis factum est, quum plerique credant tantum semel factum. Chrysostomus existimat Christum bis flagello vendentes et ementes e templo deturbasse, eo quod Euangelistae insigniter in temporis ratione dissonant.

Quosdam turbat non animaduersa persona sub cuius nomine sermo profer-

587 raro *erratum A cett.*: ratio *A*.
598 minabit *erratum A cett.*: iuuabit *A*.
600 dextra *O*: dextera *BAS LB*.
615 *post* factum *B–D BAS LB add.*: Siquidem Exodi 17 Moses percussit petram Oreb apud Raphidim mansione vndecima, priusquam ventum esset ad montem Sina, vbi prodita Lex est, cui loco nomen inditum 'tentatio'. Idem Numerorum XX bis percutit petram in deserto Sin iuxta Cades mansione XXXIII post perfectum tabernaculum. In priore loco non legitur offendisse Dominum, hic legitur offendisse. Et hic locus dictus est 'contradictio'. Chrysostomus ...
617 *post* dissonant *B–D BAS LB add.*: Ioannes enim capite secundo refert factum statim in initio miraculorum, postquam Dominus in Cana Galilaeae mutarat aquam in vinum, alii Euangelistae narrant quasi factum sit paulo ante passionem Domini. Quosdam ...

586 *Genesi* *Gn.* 49, 29–30 "[Iacob] praecepit eis dicens 'ego congregor ad populum meum, sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici quae est in agro Ephron Hethei, contra Mambre in terra Chanaan quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hettheo in possessionem sepulchri".

586–587 *quodque Lucas ... prostrato* *Act.* 9, 3–4: "Et quum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco, et subito circumfulgurauit eum lux de coelo, collapsusque in terram audiit vocem dicentem sibi: 'Saul, Saul, quid me persequeris?'"; 9, 7: "Viri autem illi qui erant ei comites itineris stabant attoniti, audientes quidem vocem, neminem tamen videntes" (*LB* VI, 470 A–B).

587 *ipsius Pauli narratione* *Act.* 26, 12 sq. (Paul devant Agrippa): "Quarum rerum studio quum irem Damascum ... die medio, rex, in via vidi e caelo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, et eos qui mecum faciebant iter. Quum autem omnes nos decidissemus in terram, audiui vocem loquentem ad me ac dicentem Hebraica lingua, 'Saul, Saul, quid me persequeris?" (*LB* VI, 534 A).

588 *Vanitas ... discrepat* *Vanitas* est attribut, *quod discrepat* sujet.

591 *Eleuabitur ... colles* *Is.* 2, 2 et *Mch.* 4, 1: "Et erit in nouissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium et eleuabitur super colles".
sedebit ... Dauid Ce n'est pas une citation textuelle; on lit: "Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et eleuatum" (*Is.* 6, 1); "Vidi Dominum sedentem super solium suum", 3. *Rg.* 22, 19.

592–593 *imposuisse ... participibus suis* Cf. *Ps.* 20, 4 (coronam) et 44, 8 (vnxisse).

593–594 *pugnis ... hostibus* Cf. 3. *Rg.* 14, 24: "... gentium quas adtriuit Dominus ante faciem filiorum Israhel". Ou *Ez.* 30, 8: "Et scient quoniam ego Dominus cum dedero ignem in Aegyptum et adtriti fuerint omnes auxiliatores eius, in die illa egredientur, etc.".

594 *gladio ... femori* *Ps.* 44, 4: "Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime".

595 *omnia contra* *Ioh.* 14, 27: "Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis" (mais: *Mt* 10, 34; *Lc.* 12, 51); *Mt.* 26, 52 (à Pierre qui vient de couper une oreille à un serviteur du prince des prêtres): "Conuerte gladium tuum in locum suum; omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt" (*LB* VI, 136 C).

596 *ipsis ... Apostolis* Cf. *Lc.* 22, 49 (et l'attitude de Pierre).

597–598 *Vitulus ... minabit eos* *Is.* 11, 6; le texte imprimé des éditions porte "iuuabit" au lieu de "minabit", erreur graphiquement aisée à expliquer; le sens et le texte authentique d'*Is.* imposent *minabit*. Sur cette forme voir ci-dessus, p. 196, l. 922 et n.

599 *ante retulimus* Cf. p. 242, ll. 967–968.

600 *congerendis ... inimici* *Rom.* 12, 20; cf. p. 242, l. 971; p. 244, ll. 3–4.

601 *Oportet nasci denuo* *Ioh.* 3, 7. Er. (*LB* VI, 352 A) "nasci e supernis".
Nisi ... paruulus iste *Mt.* 18, 3. "Innocentiam ac simplicitatem intelligi voluit, qua prima pueritiae aetas praedita est" (*LB* VI, 94 F).

601–603 *Nisi manducaueritis ... vitam in vobis* *Ioh.* 6, 54; cf. p. 182, l. 631 et n.

604 *pugnantia* "Contradictoires"; cf. livre I, *ASD* V, 4, p. 64, l. 613; p. 342, l. 397, etc.

605 *multis voluminibus* De toute évidence il ne s'agit pas seulement du *Doctr. chr.*, mais de tous les commentaires de saint Aug. tant sur l'Ancien que sur le Nouveau Testament.

607 *impius ... Porphyrius* Le néo-platonicien du 3e s.; il publia les *Ennéades* de Plotin, eut pour disciple Iamblichus; son κατὰ Χριστιανῶν en quinze livres fut brûlé sur l'ordre du pieux empereur Théodose II en 435; il avait été réfuté par plusieurs Pères de l'Eglise, surtout Aug. dans *Civ.* VIII, 12; XIX, 23; XXII, 27, et ailleurs. Voir Pierre de Labriolle, *La réaction païenne*, 1934.

609 *diuersis ... sententiam* Cf. p. 268, ll. 536–538.

614 *Moses ... e petra* *Ex.* 17, 5–6; *Num.* 20, 8 sq.

615 *Chrysostomus* Chrys. *In Mt. hom.* 67, 1, *PG* 58, 631–632.

616 *vendentes et ementes* Participes substantivés.

616–617 *Euangelistae ... dissonant* *Mt.* 21, 12–13 et *Mc.* 11, 15–17 racontent l'épisode dans les mêmes termes (qu'Er. sans motif traduit un peu différemment); *Lc.* 19, 45–46 est un peu plus succinct; *Ioh.* 2, 14–16 est plus circonstancié, il parle de moutons et de vaches, pas seulement de colombes. Les *Annot.* (*LB* VI, 108 F; 309 F; 349 F) ne disent rien.

618 *non animaduersa persona* "Le fait de n'avoir pas pris garde au personnage" (au sens théâtral du mot).

tur. Quidam enim Scripturae Canonicae libri constant personis, vt Iob et Canticum Solomonis. Quanquam et in his qui non sunt dramatici, interdum qui loquitur, tacite sibi sumit personam alienam, docendi gratia. Quae Paulus scribit Romanis capite septimo: '*Scimus enim quod lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sum sub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, illud facio*', etc., quoniam non videbantur conuenire in tantum Apostolum, vetustiores interpretati sunt illic Paulum docendi gratia in se suscepisse personam hominis Iudaici et imperfecti atque adhuc aut carni seruientis aut ancipiti bello cum carne pugnantis. Similiter in Ecclesiasta multa dicuntur sub aliena persona, quae parum congruunt in eum qui loquitur afflatu diuini spiritus. Tale quiddam et in ipso Christo liceat deprehendere. Quum enim dicit Chananeae: *Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus* sub persona vulgaris Iudaei loquitur, potius quam ex animi sui sententia; alioqui peccasset ipse, qui, quod pronunciauit non esse bonum, fecerit. Eam vero personam induit, vt mulieris fidem redderet euidentiorem simulque Iudaeis incredulis hac imagine declararet quam efficax res sit fides, quae vel ab inuito, vt ita loquar, Christo miraculum extorserit. Siquidem quasi delassatus tandem ac victus dixit: '*O mulier, magna est fides tua. Fiat tibi sicut vis*'. Praeterea quum loquitur discipulis: '*Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*', etc. Apostoli episcoporum ac sacerdotum personam gerunt, ipse Dominus Dei et hominis personam gerit. Rursus quum satellitibus dicit: '*Si me quaeritis, sinite hos abire*' Dominus sub cuiusuis episcopi seu pastoris persona loquitur, Apostoli plebei gregis personam gerunt. Est enim fidi pastoris pro salute sibi creditae plebis vitam impendere, si res postulet.

Ad haec, quoniam Christus et corpus ipsius mysticum idem sunt, Dominus quaedam in se recipit, quae non in ipsum, sed in illius membra competunt, veluti quod ex Psalmo vigesimo primo, Christus in cruce pendens vsurpat: '*Longe a salute mea verba delictorum meorum*' ad Christi corpus pertinet, cuius peccata in se recepit. Alioqui Christo tribuere delictum extremae sit impietatis. Rursus in Psalmo sexagesimo octauo, quem Christo patienti tribuunt iuxta allegoriam, sub corporis sui persona loquitur: '*Domine tu scis insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita*'. Simili modo apud Zachariam capite tertio,
LB 1057 inducitur sordida|tus, et a peccatis mundato dantur mutatoria diciturque: '*Si ambulaueris in praeceptis meis*'; quae omnia a membris transferuntur in caput, eo quod caput et corpus vnum sunt, quemadmodum maritus et vxor vna caro sunt, quod mysterium Paulus appellat magnum in Christo sponso et Ecclesia sponsa. Agnoscit hanc indiuiduam societatem etiam sensus communis, et vulgaris loquendi consuetudo. Si quis laedat pedem aut aliud membrum, lingua clamat: '*Quur me laedis?*' quum ipsa laesa non sit, sed vna loquitur pro membris omnibus. Itidem Christus iam immortalis, nec vllis patens iniuriis, clamat: '*Saule, Saule, quid me persequeris?*'. Huc confert magnus ille Gregorius, merito dictus Theologus, quod Paulus primae Corinthiorum decimo quinto, scribit fore vt quum Deus Filio subiecerit omnia, tunc et ipse Filius subiectus

reddatur Patri. Atqui Christus iuxta naturam diuinam nulli subiectus est nec erit vnquam, quum sit aequalis Patri; iuxta assumptum hominem, nunquam fuit rebellis Patri, sed obedientem se praebuit vsque ad crucem; caeterum si contempleris caput et corpus vnam esse personam, nondum omnia subiecta sunt illi, nec ipse totus subiectus est Patri, ob nostram rebellionem.

Huic simile est, quod quoniam in hypostasi siue persona Christi sint plures naturae, quaedam de homine praedicantur, quae illi non conueniunt, nisi

636 delassatus *A*: lassatus *cett.*

668 sint *O*: sunt *BAS LB*.

619 *constant personis* "Sont constitués de personnages", c'est-à-dire consistent en dialogues; dans *Iob* il y a en plus de Job, sa femme et ses amis; dans le Cantique des Cantiques il y a la bien-aimée et le bien-aimé, les "filles de Jérusalem" auxquelles s'adresse la bien-aimée.

621 *tacite* Sans dire qu'il se met à jouer un personnage, qu'il prend un masque.

622–624 *Rom.* 7, 14–15; cf. *Gramm. rhét.*, pp. 582–584.

628 629 *in Ecclesiasta ... diuini spiritus* Par ex. *Eccl.* 5, 17: "... mihi visum est bonum vt comedat quis et bibat et fruatur laetitia ex labore suo quod laborauit ipse sub sole, etc.".

630–631 *dicit Chananeae ... canibus* *Mt.* 15, 26; *Mc.* 7, 27; *Annot. in Mt.*, *LB* VI, 85 D: "Haec enim Iesus ex publico Iudaeorum affectu dixit, qui se solos Deo caros et sanctos iudicabant, caeteros omnes canum habebant loco".

636–637 *Mt.* 15, 28; *Mc.* 7, 29 est un peu différent.

637–638 *Quorum ... remittuntur eis* *Ioh.* 20, 23.

640 *Ioh.* 18, 8; *Annot.*, *LB* VI, 407 F: "... quum Christus hîc agat personam veri pastoris, discipuli populum repraesentent Christianum. Docet igitur vt quoties ingruit procella persecutionis, Episcopus pro suorum incolumitate suum caput periculis obiiciat et illis, quoad possit, consulat, secus quam aliquando facit Principum ac Pontificum vulgus, par existimantium, vt vnius capitis tuendi gratia totus populus, imo tot populi se, suos ac sua perdant".

642 *fidi pastoris ... impendere* Cf. *Ioh.* 10, 11: "bonus pastor animam suam dat pro ouibus".

644 *corpus ... mysticum* C'est-à-dire l'Eglise, ensemble de ceux qui par le baptême se sont engagés au service du Christ; voir p. 182, ll. 632–634.

647 *Ps.* 21, 2. *Mt.* 27, 46; *Mc.* 15, 34; *Ps.* 21, 1: "Heli heli, lama sabacthani".

651 *Zachariam* *Zch.* 3, 3–4.

652 *inducitur* "Est représenté, est mis en scène"; sujet: le Christ, auquel se rapporte *sordidatus* "indutus vestibus sordidis" (Vulg.). *mutatoria* *Zch.* 3, 4: "indui te mutatoriis" (Vulg.) "vêtements de rechange".

652–653 *Zch.* 3, 7: "Si in viis meis ambulaueris" (Vulg.).

655 *mysterium ... magnum* *Eph.* 5, 32; la Vulg. traduit "sacramentum" d'où une longue *Annot.* (*LB* VI, 855 B–E) pour réfuter l'interprétation qui fonde sur ce verset l'idée que le mariage est l'un des sacrements institués par le Christ: "hoc loco Graeca vox significat 'arcanum' et 'secretum', Veteres 'sacramentum' appellabant iusiurandum aut religiosam obligationem".

660 *Act.* 9, 3–4 et 26, 14; ci-dessus, p. 272, ll. 586–587.
Huc confert "Rapproche, compare"; *Huc* équivaut à "ad hoc"; la construction "conferre ad" se trouve chez Varro *Ling. lat.* IX, 28: "bos ad bouem collatus".
ille Gregorius Greg. Naz. *Or.* 30 (= *Or. theol.* IV), cap. 5, *PL* 36, 108.

662–663 *fore vt ... reddatur Patri* Cf. 1. *Cor.* 15, 28.

665 *obedientem ... crucem* *Phil.* 2, 8: "factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis" (*LB* VI, 870 A).

666–667 *nondum ... illi* Puisqu'il y a des humains rebelles, les pécheurs.

668 *hypostasi* C'est le mot grec que les Latins ont traduit par "persona": les personnes divines de la Trinité; voir ci-dessous, livre IV, p. 368, l. 117.

669–671 *quaedam de homine ... humanam naturam* C'est ce que les théologiens appellent la communication des idiomes; voir par ex. Thomas d'Aquin *STh* IIIa, q. 16, en particulier art. 10–12.

secundum diuinam naturam; rursus quaedam de Verbo praedicantur, quae in illum non congruunt, nisi secundum humanam naturam. Prioris exempla sunt passim obuia, veluti quum apud Ioannem dicit: *Nemo ascendit in coelum, nisi Filius hominis, qui est in coelo.* Christus enim id temporis iuxta hominem assumptum non erat in coelo. Posterioris illud, quum scribit Apostolus: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium vnigenitum tradiderit in mortem.* Christus non fuit traditus in mortem nisi iuxta naturam humanam, nec dicitur vnigenitus Dei Filius, nisi secundum naturam diuinam. Quin hoc ipsum Christus humanae naturae vocabulum est, neque enim iuxta diuinam fuit vnctus gratia; ne secundum corpus quidem vnquam fuit vnctus, sed secundum animam. Fuit enim ille tergeminus gigas, e tribus, vt ita loquar, constans naturis, corpore humano, anima humana et diuina natura. Vnitas autem personae facit, vt promiscue quaedam de illo praedicentur, non obseruata naturarum proprietate. Recte dixeris Deum pro nobis mortuum, quum nec iuxta diuinam naturam, nec iuxta animam, sed tantum iuxta corpus assumptum sit mortuus. Et in Symbolo dicitur descendisse ad inferos vtique iuxta animam, quum corpus eo non descenderit.

His mihi videor non absurde attexturus, quod quemadmodum in eadem persona fuit Deus et homo, ita in tota dispensatione, qua versatus est in terris, deprehendas licet summae illius naturae pariter et nostrae terrestris manifesta indicia. Concipitur in vtero foemineo, sed de Spiritu Sancto, et angelo paranympho. Illud hominem decebat, hoc Deum ac Dei Filium. Statis mensibus gestatus est et creuit intra latebras humani corporis, sed nondum natus agnoscitur Dominus ab Elizabeta; agnoscitur a Ioanne, qui tum gestabatur et ipse; praedicatur a Zacharia oriens ex alto mundi Redemptor. Nascitur humano more, verum ante omnia secula natus ex Patre Deo Deus; nascitur ex muliere, sed ex virgine; nascitur sine commixtione viri ac matris integritatem non violauit, sed consecrauit. Fasciis aliorum infantium more est inuolutus, sed idem resurgens semet e fasciis euoluit. In praesepe reclinatus est, sed huic angeli coelitus decantant hymnum Deo dignum. Hunc stella lucida designat; hunc magi, spreto Herode, adorant ac mysticis honorant muneribus. Circumciditur infans, sed ab Anna et Simeone agnoscitur, *lumen gentium et gloria plebis Israeliticae.* Profugit in Aegyptum, sed Aegyptiorum idola profligat. Duodecim natus annos cum legisperitis disputat in templo, percontans vicissim et audiens, sed in puero senes demirantur quiddam
LB 1058 homine maius. Obtemperauit parentibus, sed non erat homi|nis vox, quum ait: '*Quid est quod me quaerebatis? An nesciebatis quod in his quae Patris mei sunt oportet me esse?*'. Lassus ex itinere petit aquam, sed idem in nuptiis vertit aquam insipidam in vinum optimum. Idem vt Deus clamat: '*Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos*'. Idem promittit ipsum agnoscentibus

678 ne *O BAS*: nec *LB*.

698 praesaepe *BAS LB*: praesepi *O*.

672–673 *Ioh.* 3, 13; *Annot.*, *LB* VI, 352 E, n. 10: "Sic enim Filius hominis dicitur fuisse

in coelo aut versari in coelis sicut Dominus gloriae dicitur crucifixus, ob proprietatum in hypostasi duas complectentem naturas communionem".

674–675 *Ioh.* 3, 16.

677 *Christus* Ce mot grec, qui traduit l'hébreu Messie, signifie littéralement "oint"; les Hébreux oignaient les personnes (rois, prêtres) et les objets sacrés.

678–679 *ne secundum corpus ... animam* Le Christ n'a jamais reçu d'onction au sens matériel, traditionnel; au sens figuré et spirituel: *Lc.* 4, 16–21 (citant *Is.* 61, 1–2).

680 *tergeminus gigas* N'y a-t-il pas quelque humour dans cette expression qui semble évoquer un personnage mythologique comme Géryon.

680–681 *e tribus ... natura* Voir ci-dessous, livre IV, p. 365, l. 73 et p. 316, l. 97; Apollinaristes et Ariens soutenaient que le Christ n'avait revêtu qu'un corps, le Verbe divin tenant lieu d'âme à celui-ci. Cette négation de l'âme humaine du Christ est signalée par Aug. *Haer.* 55, *PL* 42, 40, réfutée par Athan. *De incarnatione contra Apollinarem* I, 2, *PG* 26, 1095; Ambr. *De incarn. Domin. sacram.* 7, 64, *PL* 16, 834; Hil. *Trin.* 10, 57–60, *PL* 10, 388–391; Hier. *Epist.* 98, 16, *PL* 22, 804.

685 *in Symbolo ... ad inferos* Voir Denzinger-Schönmetzer, 34e éd., § 16, où apparaît pour la première fois la descente aux Enfers.

688 *dispensatione* "Charge d'intendant, de gestionnaire" (Suet. *Oth.* 5, 4).

691 *paranympho* "Garçon d'honneur" (celui qui reconduit la jeune mariée jusqu'au seuil de la chambre nuptiale). L'Ange est celui qui apparaît en songe à Joseph en *Mt.* 1, 20–25 ou l'Ange de l'Annonciation: *Lc.* 1, 26–35.

691–692 *Statis mensibus* Ni *Mt.* ni *Lc.* ne précisent la durée de la grossesse de Marie, mais *Lc.* dit: "completi sunt dies pariendi" (*LB* VI, 232 A).

693 *agnoscitur a Ioanne* *Lc.* 1, 41: "Et factum est, vt audiuit salutationem Mariae Elizabet, saliit infans in vtero eius" (*LB* VI, 226 A); *Paraphr.* (*LB* VII, 291 D): "Sensit Ioannes nondum natus Domini sui modo concepti diuinam virtutem et intra materni vteri sinus gestu praedicat eum quem olim erat sua voce praedicaturus".

694 *praedicatur ... mundi Redemptor* Cf. *Lc.* 1, 68–79.

696 *commixtione* Le mot est dans Apul. *Apol.* 32, 8, mais sans aucune résonance sexuelle (il s'agit d'un mélange de plantes); en revanche le verbe a un sens sexuel dans l'épisode où les vieillards disent à Suzanne: "assentire nobis et commiscere nobiscum" (*Dn.* 13, 20) et dans 1. *Cor.* 5, 9: "ne commisceremini cum scortatoribus" (*LB* VI, 678 C).

697 *integritatem* Celle de la Vierge-Mère.
Fasciis Les bandelettes qui entourent le corps de l'enfant comme on voit sur certains tableaux du XVIe ou du XVIIe siècles, par ex. l'"Adoration des bergers" de Georges de la Tour au Louvre. *Lc.* 2, 12 (*LB* VI, 232 B).

698 *resurgens ... euoluit* Ici il s'agit du linceul dont parle *Mt.* 27, 59 (cf. *Mc.* 15, 46).

699 *hymnum Deo dignum* *Lc.* 2, 14: "Gloria in altissimis Deo ac in terra pax, in hominibus bona voluntas". Er. tire parti des critiques adressées par Valla à la traduction traditionnelle, sans pour autant le suivre entièrement.

699–700 *stella lucida* *Mt.* 2, 3: (Les mages) "Vidimus illius stellam in Oriente" et 2, 8 et 9.

700–701 *magi ... muneribus* Cf. *Mt.* 2, 11–12.

701 *Circumciditur* *Lc.* 2, 21.
ab Anna ... agnoscitur *Lc.* 2, 25–38.

701–702 *lumen ... Israeliticae* *Lc.* 2, 31–32; Er. ne signale pas les emprunts à *Is.* 42, 6 et 46, 13 (*LB* VI, 235 E).

702–703 *Profugit ... profligat* *Ps.-Mt.* 23: "cum beatissima Maria cum infantulo templum fuisset ingressa, vniuersa idola prostrata sunt in terram ita vt omnia conuulsa iacerent penitus et confracta in faciem suam; et sic se nihil esse euidenter docuerunt" (*Euangelia apocrypha*, ed. Tischendorf, Leipzig, [2]1876); la *Paraphr. in Mt.* 2, 13 ("fuge in Aegyptum et esto illic donec dixero tibi") garde une trace de cette légende: "... hoc agente consilio diuino, vt ea quoque regio, tota prodigiosis Deorum cultibus dedita, dum profugo praebet hospitium, eius contactu commercioque praepararetur ad aliquod primordium verae pietatis" (*LB* VII, 11 A).

703–705 *Duodecim ... homine maius* *Lc.* 2, 41–47.

706–707 *Lc.* 2, 49.

707 *Lassus ... aquam* *Ioh.* 4, 6–7. C'est l'épisode de la Samaritaine.

707–708 *idem ... vinum optimum* *Ioh.* 2, 1–11; c'est le premier miracle, celui de Cana.

708–709 *Mt.* 11, 28.

709–710 *Idem promittit ... vitam aeternam* Cf. *Ioh.* 4, 14.

aquam viuam, salientem in vitam aeternam. Promittit in se credentibus fore vt ipsi quoque profundant de ventre suo flumina aquae viuae. Tingitur aqua vt homo, sed aquas vt Deus sanctificat, et abluendis omnibus omnium peccatis efficaces reddit. Orat vt homo, sed in orantis verticem descendit ac manet Spiritus Sanctus, auditur paterna vox: '*Hic est Filius meus dilectus*'. Cum peccatoribus venit ad baptismum, sed honoratur Ioannis testimonio: '*Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*'. Prius illud erat hominis elogium, sed innocentis; posterius hoc non competit nisi in Deum. Tentatur, sed volens, sed vicit, et nobis vicit. Esuriuit, quod est hominis, sed post dies quadraginta; sed idem e paucis panibus expleuit multa hominum milia. Vehitur nauigio, sed idem quum vult ambulat super aquas, et Petrum simul vt dubitauit pessum euntem leuat. Somno grauatus est, sed excitatus verbo ventis imperat et mari, moxque pro saeua tempestate facta est tranquillitas magna. Persoluit didrachmum, sed e pisce monstrato extractum. Audit daemoniacus, sed idem virtute Dei propellit omne daemonum genus. Quaerit quae sit inscriptio et quae imago numismatis, sed idem toties respondet ad tacitas Pharisaeorum cogitationes. Quaerit vbi situs sit Lazarus, sed eundem sola voce euocat e sepulchro. Impetitur lapidibus, sed non attingitur. Ducitur ad praecipitium, sed per medias insidias euadit intactus. Lachrymatur, sed nostram deplorans miseriam. Atque idem, quum vult, eiicit plorantium turbam, excitaturus archisynagogi filiam, et viduae lachrymas vertit in gaudium, restituens illi filium pro mortuo viuum. Sensit humanae naturae incommoda, sed idem nutu pellit omne morborum atque incommodorum genus. Consputus ac flagellatus non habebat speciem neque decorem oculis hominum, sed Dauidi apparet speciosus prae filiis hominum, sed idem in monte transfiguratur, facies resplendet supra claritatem solis, vestes superant candorem niuis. Gessit formam serui vt homo, sed vt Deus coruscat miraculis. Nec est quod quis hic obturbet: 'Aediderunt et alii sancti miracula'. Fateor, sed nulli tam multa, nulli tam praesenti virtute, nulli cum simili autoritate. Nunquam enim Christus aediturus miraculum orasse legitur, aut inuocasse Patris auxilium. Habebat quidem a Patre, sed eandem cum Patre, potentiam. Iudicatur a Caipha, accusatur atque vt agnus obmutuit; sed quum adiuratus per Deum viuum ait: *Posthac videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei*, etc., diuinitatis vocem emisit. Sedere enim ad dextram, aequalis est. Aequalem esse Deo non cadit nisi in Deum. Tollitur in crucem, sed ibi deuicit Satanam. Pendet inter latrones, sed alteri voce regia dicit: *Hodie mecum eris in paradiso*. Dira patitur vt homo, sed obortae tenebrae declarant Deum. Moritur, sed emisso valido clamore. Deponit animam suam, sed sponte, potestatem habens resumendi eam. Velamen templi rumpitur, finduntur saxa, reuiuiscunt mortui. Moritur, sed ea morte mundo vitam reparauit. Sepelitur, sed idem non aperto

716 peccata *BAS LB*: peccatum *O*. 729 Atque *O*: At *BAS LB*.

735 supra *O*: super *BAS LB*.

710–711 *Promittit ... aquae viuae* Cf. *Ioh.* 7, 38.
711–712 *Tingitur ... vt homo* Le baptême: *Mt.* 3, 13 sq.; *Mc.* 1, 9; *Lc.* 3, 21.
713 *Orat vt homo* *Mt.* 14, 23; *Lc.* 6, 12 et 9, 18.
713–714 *in orantis ... meus dilectus* *Mt.* 3, 17.
715–716 *Ioh.* 1, 29.
716 *Prius illud* "Filius ... dilectus".
717 *posterius ... in Deum* "ecce ... mundi".
Tentatur, sed volens Cf. *Mt.* 4, 1; *Mc.* 1, 13; *Lc.* 4, 2.
718 *Esuriuit ... quadraginta* *Mt.* 4, 2; *Lc.* 4, 2.
719 *idem ... milia* *Mt.* 14, 16–21; *Mc.* 6, 37–44; *Lc.* 9, 13–17; *Ioh.* 6, 5–13. Seconde multiplication: *Mt.* 15, 32–38; *Mc.* 8, 1–9.
Vehitur nauigio *Mt.* 8, 23; *Mc.* 4, 35–36; *Lc.* 8, 22.
720 *ambulat super aquas* *Mt.* 14, 25–26; *Mc.* 6, 48–51; *Ioh.* 6, 16–21.
720–721 *Petrum ... leuat* *Mt.* 14, 28–32.
721–722 *Somno ... tranquillitas magna* *Mt.* 8, 24–27; *Mc.* 4, 38–39; *Lc.* 8, 23–25.
722–723 *Persoluit ... extractum* *Mt.* 17, 24–27.
723 *Audit daemoniacus* "Il a la réputation d'avoir partie liée avec les démons": *Mt.* 12, 24; *Mc.* 3, 22; *Lc.* 11, 15.
724 *virtute Dei ... daemonum genus* *Mt.* 12, 22 et 28; *Lc.* 11, 14 et 20.
Quaerit L'important est qu'il pose une question, aveu d'ignorance: *Mt.* 22, 20; *Mc.* 12, 16; *Lc.* 20, 24.
725–726 *respondet ... Pharisaeorum cogitationes* *Mt.* 9, 3 sq. (scribes); 12, 25; *Mc.* 2, 6–8; *Lc.* 5, 21–23; 11, 17.
726 *Quaerit ... Lazarus* *Ioh.* 11, 34.
euocat e sepulchro *Ioh.* 11, 43.
727 *Impetitur lapidibus* Excessif; le texte (*Ioh.* 10, 31) dit seulement: "Sustulerunt ergo rursum lapides Iudaei, vt lapidarent eum" (*LB* VI, 384 C) mais on ne lui lance pas ces pierres.
Ducitur ad praecipitium *Lc.* 4, 29–30.
728–729 *Lachrymatur ... miseriam* *Ioh.* 11, 35.
729 *eiicit ... turbam* *Mc.* 5, 38–40; on ne rencontre pas l'expulsion de ceux qui pleurent dans les récits de *Mt.* et de *Lc.*
730–731 *viduae ... viuum* *Lc.* 7, 12–15.
731 *Sensit ... incommoda* Cf. *Paraphr. in Ioh.* 1, 14, *LB* VII, 504 B: "Vidimus esurientem, sitientem, dormientem, flentem, afflictum, morientem".
731–732 *idem nutu ... genus* *Mt.* 8, 2–4 (lépreux); 8, 5–13 (paralysé); 8, 16–17 (malades); 9, 1–8 (paralytique); 9, 20–22 (hémorroïsse); 9, 23–25 (résurrection d'une fillette); 9, 27–30 (deux aveugles); 9, 32–33 (muet); 12, 9–14 (l'homme à la main desséchée); 15, 30–31 (boiteux, estropiés, aveugles, muets); 17, 14–18 (l'enfant lunatique); 20, 30–34 (deux aveugles); on n'a pas relevé les guérisons (souvent les mêmes) rapportées par les autres évangélistes.
732–733 *Consputus ... hominum* *Mt.* 26, 67 et 27, 26; *Mc.* 14, 65 et 15, 15; *Ioh.* 19, 1.
733–734 *Dauidi ... filiis hominum* *Ps.* 45 (Vulg. 44), 3.
734–735 *in monte transfiguratur ... niuis* *Mt.* 17, 2 (*Mc.* 9, 2–3; *Lc.* 9, 29).
735–736 *Gessit formam serui* On ne voit pas sur quel texte s'appuie cette affirmation.
740–741 *Iudicatur ... obmutuit* *Mt.* 26, 57 et 63; *Mc.* 14, 53 et 61; la comparaison avec l'agneau vient sans doute de *Ioh.* 1, 29 et 36, plutôt que de l'Apocalypse. On note le changement de temps; de même l. 744.
742 *Mt.* 26, 63–64; *Mc.* 14, 62.
744 *deuicit Satanam* Par sa mort le Christ délivre les hommes soumis à la tyrannie du diable: *Rom.* 5, 10; "Mors eruit a potestate diaboli (*Paraphr.*, *LB* VII, 792 F), etc.; *Gramm. rhét.*, p. 610.
745 *Lc.* 23, 43.
746 *obortae tenebrae* *Mt.* 27, 45; *Mc.* 15, 33; *Lc.* 23, 44.
747 *emisso valido clamore* *Mt.* 27, 46: "Heli, heli, lema sabachthani?"; *Mc.* 15, 34 (id.); *Lc.* 23, 46: "Pater, in manus tuas commendabo spiritum meum".
748 *Velamen ... mortui* *Mt.* 27, 51–52; *Mc.* 15, 38 (seulement le "velum templi"); *Lc.* 23, 45 (id.).
749 *ea morte ... reparauit* Cf. 1. *Cor.* 15, 21–22: "Postquam per hominem mors, etiam per hominem resurrectio mortuorum. Quemadmodum enim per Adam omnes moriuntur, ita et per Christum omnes viuificabuntur". Cf. Préface de la messe (du Samedi Saint à l'Ascension): "Ipse enim verus est Agnus qui abstulit peccata mundi, qui mortem nostram moriendo destruxit et vitam resurgendo reparauit".
749–750 *non aperto sepulchro* Pourtant *Mt.* 28, 2: "Angelus ... deuoluit lapidem ab ostio", mais le Christ avait déjà disparu; *Mc.* 16, 4: "vident lapidem esse reuolutum"; *Lc.* 24, 2: "repererunt lapidem reuolutum a monumento"; *Ioh.* 20, 1: "videt lapidem sublatum a monumento".

sepulchro resurgit immortalis. Descendit ad inferos, sed rediit triumphans, opimam praedam secum abducens. Subducitur visibili corpore in coelum, sed mittit paracletum per quem inter homines dilargitus est coelestia donaria. Ad hunc modum si quis in omni Christi vita philosophetur, vt illius persona e variis naturis fuit permixta, si phas est eo verbo vti, quo tamen vsus est beatus Augustinus, ita comperiet vbique vicissim emicantia Dei et hominis argumenta.

Nunc ipse sermonis cursus nobis quodammodo vellicat aurem, vt paucis loquamur de regulis Ticonii, cuius ingenio delectatus fuisse videtur Augusti-
LB 1059 nus, | quanquam hominis dogma detestaretur. Erat enim in factione Donatistarum siue Donatianorum, tametsi in multis ab illis dissidens. Quin etiam libris aeditis acerrime cum eis depugnauit. *Contra quos*, inquit Augustinus, *inuictissime scripsit et illic inuenitur absurdissimi cordis, vbi eos non omni ex parte relinquere voluit.*

Primam regulam appellat *De Christo et eius corpore mystico*, quod est Ecclesia, ex quibus velut vna constituitur persona. Eoque Scriptura sic temperat sermonem, vt interdum a capite transeat ad corpus, contra a corpore ad caput. Exemplum adfert ex Esaiae capite sexagesimo primo: *Quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis.* Sponsi nomen ad Christum pertinet, sponsae ad Ecclesiam. Poterit tamen e Scripturis exemplum depromi hoc congruentius.

Secundam appellat *De corpore Christi bipartito*, Augustinus mauult *De permixta Ecclesia*. Est enim Ecclesia quaedam nobis incognita, in qua non sunt nisi pii et ad vitam praedestinati. Attamen propter sacramentorum communionem etiam impie viuentes et haeretici tolerantur in Ecclesia bonis permixti, sicut in euangelica sagena mali pisces bonis admixti trahuntur ad littus, donec per angelos fiat separatio. Exemplum adfert e Cantico: '*Nigra sum, sed formosa, vt tabernacula Cedar, vt pellis Solomonis*'. Quod ait: '*Nigra sum sicut tabernacula Cedar*' putat ad malos Christianos pertinere, eo quod tabernacula Cedar sint Hismahelis. At quod dicit: '*Sed formosa vt pellis Solomonis*' ad pios Christianos et viua Christi membra refert. Quanquam et hoc exemplum videtur coactius, et quoniam nititur allegoria, non multum habet ponderis. Aptius est quod refert ex Esaiae quadragesimo secundo: '*Et educam caecos in viam quam nesciunt, et in semitis quas ignorant ambulare eos faciam. Ponam tenebras coram eis in lucem, et praua in recta*'. Haec citra controuersiam pertinent ad eos qui Christo venienti crediderunt. At subito sermo propheticus ad eos transit, qui restiterunt

774 permixti *O*: admixti *BAS LB*.
778 sint *O*: sunt *BAS LB*.
779 Hismahelis *O BAS*: Ismaelis *LB*.
784 in recta *O*: et recta *BAS LB*.
785 crediderunt *O*: crediderint *BAS LB*.

750 *Descendit ad inferos* Cf. p. 276, l. 685; le Symbole de Nicée n'en dit rien.
751 *opimam praedam* Les âmes des justes morts avant la Rédemption.

Subducitur ... coelum Cf. *Act.* 1, 9.

752 *mittit ... donaria* Cf. *Act.* 2, 2 sq.; les *donaria* sont le don des langues, le don de prophétie, le pouvoir de faire des miracles. *paracletum* *Ioh.* 14, 16; l'*Annot.* 14 (*LB* VI, 397 E): "At hoc loco commodius erat vertere 'Consolatorem' aut 'Aduocatum', ne quis duos Paracletos imaginaretur. Nam quod hactenus loquutus est, consolandi gratia loquutus est. Ita 'Paracletus' erat Christus. Pollicetur autem sese et alterum missurum Consolatorem, nempe Spiritum veritatis. Paulus Christum appellat Aduocatum nostrum apud Deum, et idem de Spiritu scribit, quod interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus" (allusion à *Rom.* 8, 26). Le mot "paracletus" se lit aussi *Ioh.* 15, 26; 16, 7. Voir livre IV, p. 366, ll. 97–98.

753–756 *si quis ... argumenta* Ici s'achève l'argumentation commencée p. 276, l. 687 qui elle-même se rattache au thème des difficultés de vocabulaire dues à la "communication des idiomes" (pp. 275–276, ll. 668–686).

754–755 *eo verbo ... Augustinus* Aug. *Epist.* 137, 11, *PL* 33, 520: "Sic autem quidam reddi sibi rationem flagitant, quomodo Deus homini permixtus sit, vt vna fieret persona Christi, cum hoc semel fieri oportuerit".

757 *vellicat aurem* Le verbe est sans doute pris au sens d'un fréquentatif de "vello": "tirer à plusieurs reprises"; quant à "vellere aurem" l'expression vient de Verg. *Ecl.* 6, 3–4. Il y a une nuance humoristique dans ce passage; Er. est comme l'élève distrait à qui il faut rappeler en lui tirant l'oreille une tâche qu'il allait oublier. En d'autres termes l'exposé des règles de Tychonius, auxquelles Er. ne se réfère nulle part, semble-t-il dans ses *Annot.*, est à la fois inutile et obligatoire.

758 *Ticonii* Evêque donatiste de la fin du IVe s., excommunié par les donatistes eux-mêmes, auteur d'un *Liber regularum*; voir *PL* 18, 15–66 et *PL* Suppl. 1, 621–652. Voir P. de Labriolle, *Histoire de la littérature latine chrétienne*, [3]1947, t. 1, pp. 425–427.

758–759 *Augustinus* Aug. *Doctr. chr.* III, 30–37, 42–56. "Tichonius quidam qui contra Donatistas inuictissime scripsit, cum fuerit donatista, et illic inuenitur absurdissimi cordis, vbi eos non omni ex parte relinquere voluit, fecit librum quem Regularum vocauit, quia in eo quasdam septem regulas exsecutus est, quibus quasi clauibus diuinarum Scripturarum aperirentur occulta" (*PL* 34, 81). Er. y fait allusion dans la *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 283, ll. 29–34: "Caeterum quibus ex fontibus petendae sint allegoriae, partim explicat Dionysius ..., partim Augustinus libro De doctrina Christiana tertio propositis et explicatis Tychonii septem regulis, aliquanto plus honoris habens ... haeretico quum nos habeamus scriptoribus quibusdam orthodoxis".

764–769 *Primam ... Ecclesiam* Aug. *Doctr. chr.* III, 31, 44; Béné, *Erasme et saint Augustin*, p. 414; toutefois il est un peu impropre d'écrire que "l'Ecriture emploie les termes 'tête' ou 'corps' l'un pour l'autre"; Aug. écrit: "a capite ad corpus, vel a corpore transitur ad caput, et tamen non receditur ab vna eademque persona": "on passe de la tête au corps ou du corps à la tête, et pourtant on ne s'éloigne pas de la même et unique personne".

767–768 *Quasi ... monilibus suis* *Is.* 61, 10; Er. substitue la Vulg. à la traduction utilisée par Aug. (Béné, p. 414).

769–770 *Poterit ... congruentius* Comme ceux qui ont été proposés p. 274, ll. 644–659.

771–790 *Secundam ... regulam* Aug. *Doctr. chr.* III, 32, (45); Béné, p. 414.

771–772 *Augustinus ... permixta Ecclesia* Aug. loc. cit.: "dicendum fuit 'De Domini corpore vero atque permixto', aut 'vero atque simulato'; Vnde poterat ista regula et sic appellari, vt diceretur de permixta Ecclesia".

775–776 *in euangelica sagena ... separatio* *Mt.* 13, 47–48; la comparaison est dans Aug. qui emploie cependant le mot "retia"; dans sa trad. (*LB* VI, 76 C) Er. emploie "verriculo"; "sagena" est le mot de la Vulg.; il est inexact de dire: "il n'est pas un mot ... qui ne provienne d'Aug." (Béné, p. 414).

776–777 *Nigra sum ... Solomonis* Aug. (*PL* 34, 83) emploie une autre traduction: "Fusca sum et speciosa vt tabernacula Cedar, vt pelles Salomonis" (*Ct.* 1, 4).

778–779 *tabernacula ... Hismahelis* "Qui non erit haeres cum filio liberae" (*Gn.* 16, 15 et 21, 10 et *Gal.* 4, 30).

780–781 *Quanquam ... ponderis* Cette réflexion n'est pas dans Aug. loc. cit. Mais voir ci-dessus, p. 246, l. 53 sq.

782–784 *Is.* 42, 16, mais Er. apporte au texte de la Vulg. quelques menues modifications ("educam" pour "ducam"; "quam" au lieu de "qua"; "ignorant" pour "ignorauerunt") et laisse de côté la dernière ligne du verset: "haec verba feci [Aug.: faciam] eis et non dereliqui eos".

Euangelio: *Conuersi sunt retrorsum*, etc. Quanquam nec hoc exemplum satis quadrat ad regulam, neque enim Dominus secundum allegoriam proprie loquitur de Iudaeis, sed de vniuersis gentibus, ex quibus aliquot crediderunt, alii conuersi sunt ad deteriora. Hic igitur locus magis pertinet ad quartam regulam.

Tertiae regulae titulum fecit *De promissis et lege*, siue, vt Augustinus mauult, *De litera et spiritu* aut *De gratia et mandato*. Euangelium est promissio gratiae per fidem absque operibus. Lex mandatis terret ac deiicit conscientias exigens opera, quum gratiam non addat. Omnia autem bona opera ex fide velut e radice nascuntur et aluntur. Hic oportet Sacrorum Voluminum lectorem esse cautum et vigilantem, ne, quum videt exigi opera, existimet se suis viribus implere posse quod praecipitur aut, quum legit eos qui sunt ex fide liberos esse a Lege, putet se non obligari vllis praeceptis Scripturarum. Lex praelucens commonstrat quid sit agendum, quid fugiendum, gratia praestat vt quod iubemur praestare valeamus. Neque tamen protinus oportet despondere animum, si propter carnis quam circunferimus infirmitatem non ad plenum praestamus ea quae praescribit Lex, modo perseueremus in fide et charitate. Supplet enim de suo Christi bonitas quod nostris deest viribus. Ipse enim est iustitia nostra et perfectio nostra, si modo in illo permaneamus.

Quartam regulam appellat *De genere et specie*, siue *De toto et parte*. Frequenter in Scripturis de Babylone aut alia quapiam gente dicitur quod ad vniuersos pertinet. Iuxta hanc rationem quod in Christum maxime competit, etiam ad illius membra transfertur. Contra quod de tota Ecclesia dictum est, accommodatur ad singulos homines. Interdum Scriptura a specie transit ad genus. Exemplum est Ezechielis trigesimo sexto. Prior prophetiae pars nominatim conuenit in domum Israel: '*Non propter vos ego faciam domus Israel*', etc. At quod sequitur: '*Et effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus
LB 1060 inquinamentis vestris*', etc. ad eos quoque pertinet, qui crediderunt ex | gentibus. Huic affine est, quod Scriptura frequenter veluti de vniuersis loquitur, quod ad certos quosdam tantum pertinet, veluti quum Dominus loquitur in Euangelio: '*Quum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum*'. Nonne videtur promissa mortalium vniuersorum conuersio? At pauci crediderunt, si conferantur cum his qui perstiterunt in incredulitate. Tale est illud Pauli: *Omnes quae sua sunt quaerunt*. Hic sermo nec in Petrum nec in Barnabam aliosque complures competit. Item illud Psalmi: *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum*. Haec et quae sequuntur non quadrant in vniuersos Iudaeos. In omni populo veluti duo sunt populi, alter bonorum, alter malorum. Geminus est Israel, qui quum laudatur quanquam sermone generali, tamen de piis tantum est intelligendum. Rursum quum accusatur, de impiis accipiendum est. Idem sentiendum est de Pharisaeis, de diuitibus, de Christianis, de sacerdotibus, de monachis, de principibus. Quod in genere dictum est, ad speciem est referendum.

Haec pluribus disserit, quisquis fuit qui scripsit duos perquam elegantes

libros De vocatione gentium. Nam phrasis multum discrepat ab Ambrosiana. Adiicit ibidem aliam regulam de obseruatione temporum. In Scripturis enim

786 *Is.* 42, 17.

789 *Hic ... locus* Les deux versets d'Isaïe.

791 804 *Tertiae ... permaneamus* Cf. Aug. *Doctr. chr.* III, 33, 46.

792 *De litera et spiritu* Ou plutôt "de spiritu et littera", titre d'un ouvrage d'Aug. comme celui-ci le rappelle.

793 *gratiae ... operibus* Cf. *Rom.* 3, 28: "Arbitramur igitur fide iustificari hominem absque operibus legis" (*LB* VI, 578 A).
Lex mandatis ... conscientias Cf. *Rom.* 7, 7–11: "... peccatum non cognoui nisi per legem; nam et concupiscentiam non nouissem, nisi lex dixisset 'Non concupisces'. Sed occasione accepta peccatum per praeceptum genuit in me concupiscentiam; siquidem absque lege peccatum erat mortuum. Ego autem viuebam sine lege quondam; porro veniente mandato peccatum reuixit. Ego vero mortuus sum et repertum est mandatum, quod institutum erat ad vitam, mihi cedere ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per praeceptum decepit me et per illud occidit". Cette thèse est au centre de la prédication luthérienne.

794–795 *Omnia autem bona opera ... aluntur* C'est là un point sur lequel Er. se sépare de Luther. Tous deux affirment que les œuvres au sens de l'Ancienne Loi sont sans valeur pour le salut; quant aux œuvres de charité, œuvres de la Nouvelle Loi, celle du Christ, Er. affirme que, sans être par elles-mêmes nécessaires au salut, elles sont la manifestation au-dehors, l'expression d'une foi vraie. Cette phrase prend donc parti sans le dire contre les thèses luthériennes. De son côté Aug. critique une thèse de Tychonius, mais d'une autre nature; Tychonius affirme que la foi ne vient pas de nous: "opera nobis dixit a Deo dari merito fidei; ipsam vero fidem sic esse a nobis, vt nobis non sit a Deo". Pour Aug. "gratiam Dei quae per Dominum nostrum Iesum Christum est". Ainsi Er. traite d'un autre problème qu'Aug.; sans le clamer il aborde un problème de l'actualité théologique.

796 *cautum et vigilantem* Cf. Aug. loc. cit. § 46: "multo vigilantiores diligentioresque reddidit".

796–797 *se ... quod praecipitur* La Loi, en effet (texte cité n.l. 793) n'a pas d'autre effet que de me montrer mon incapacité à l'accomplir, dans la doctrine luthérienne.

797–798 *eos qui sunt ... Scripturarum* *Gal.* 3, 1 13: "Quod autem in lege nullus iustificetur apud Deum, palam est, siquidem iustus ex fide viuet, ... Christus vos redemit ab execratione legis ..." (*LB* VI, 814 B).

799 *Lex praelucens* Au sens de "précéder en éclairant" (cf. Suet. *Aug.* 29, 5).
quid fugiendum "Ce qu'il faut ne pas faire".

800 *quod iubemur ... valeamus* L'infinitif se rattache à *valeamus*; pour la relative, cf. Caes. *Gall.* 3, 6, 1: "quod iussi sunt faciunt".

801 *despondere animum* Cf. l. 793 "deiicit conscientias".

802–803 *et charitate* C'est cette addition qui sépare Er. de Luther. Voir pp. 306 et 330.

803–804 *Ipse ... perfectio nostra* Cf. 1. *Cor.* 1, 30: "... Christo Iesu qui factus est sapientia nobis a Deo et iustitia et sanctificatio et redemptio"; *perfectio* apparaît comme l'équivalent de "sanctificatio".

804 *si ... permaneamus* Subjonctif peu correct avec *est* comme verbe principal. Sur le fond cette conditionnelle préserve le rôle du libre-arbitre.

805–863 *Quartam ... indicasse* Cf. Aug. *Doctr. chr.* III, 34, 47–49; Béné, p. 415.

807–808 *quod in Christum ... membra transfertur* Ce qui est la première règle, l. 764.

811 *Ez.* 36, 22[b]. Aug. § 48 cite *Ex.* 36, 17 19.

812–813 *Ez.* 36, 25[ab]. Aug. cite *Ez.* 36, 23–29.

813 *ex gentibus* (Ceux) "d'entre les païens" (les non-juifs).

816 *Ioh.* 12, 32; n'est pas dans Aug.

819 *Phil.* 2, 21; n'est pas dans Aug.
nec in Petrum nec in Barnabam Comme le montrent les *Act.* ils ont cherché "quae sunt Christi Iesu".

820–821 *Omnes ... ad vnum* *Ps.* 14 (Vulg. 13), 1 iuxta LXX: "Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum"; Er. retraduit d'après LXX avec plus d'exactitude. Ce texte n'est pas dans Aug.

823–827 *Geminus ... referendum* Idée développée plus loin, pp. 302–304, ll. 280–309.

828–829 *quisquis ... ab Ambrosiana* (Ps.-)Ambr., *PL* 17, 1074–1132.

interdum quod ad diuersorum temporum homines pertinet ita promittitur, quasi de vna eiusdem aetatis gente dicatur, veluti quod Petrus scribit: '*Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta*, etc.; *qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei; qui non consequuti misericordiam*, etc. Quum haec scriberet Apostolus, iam illi qui dicti sunt *non populus*, non erant in viuis. Et tamen ita sonat Petri siue prophetae sermo, vt ipsi videantur nunc eligi qui prius fuerant derelicti. Caeterum huiusmodi loquutiones pertinent non ad eosdem homines, sed ad eiusdem gentis homines.

Ab his non est prorsus alienum, quod propheticus sermo ita nonnunquam est temperatus, vt quum pleraque pariter et secundum historicum sensum congruant alicui personae, puta regi, secundum allegoricum alteri, puta Christi, tamen admisceat quaedam, quae non consistunt nisi per allegoriam, neque quadrent in vtranque personam. Exemplum suggerit Psalmus LXXXVIII: '*Posui adiutorium in potente, et exaltaui electum de plebe mea. Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum*', etc. Haec simul congruunt et in Dauid secundum literam et in Christum iuxta sensum spiritualem. Caeterum illud: '*Et ego primogenitum ponam illum excelsum prae regibus terrae*' an in Dauidem quadret, nescio. At illud: '*Et ponam in seculum seculi semen eius, et thronum eius sicut dies coeli*' non congruit nisi in Christum. Quemadmodum nec illud: '*Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in aeternum manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum*'.

Simile est Esaiae decimo quarto, vbi quaedam admiscentur quae iuxta literam non competunt in Nabuchodonosorem, eoque de diabolo Lucifero exponuntur, veluti quod de coelo decidit in terram et quod dixerit in corde suo: '*Ascendam super altitudinem nubium et similis ero altissimo*'. Quin in toto hoc Esaiae vaticinio quod duobus capitibus XIII et XIIII contexitur, quaedam dicuntur quae palam pertinent ad Babylonem a Medis euertendam, sed admiscentur quae de terrena Babylone non possunt intelligi, velut illud: *Non habitabitur vsque in finem*, etc. Constat enim Babylonem post illud excidium fuisse instauratam et habitatam. Sed huius generis exempla permulta occurrunt in propheticis literis, a quibus recensendis abstineo breuitatis studio. Prudentibus sat est specimen indicasse.

Ad Ticonii regulas reuertor, quarum quintam ponit *De temporum quantitate* siue *de numeris*. Quod Matthaeus XVII scribit Christum post sex dies assumpsisse tres discipulos ad visionem montis, Lucas post octo dies, non consistit,
LB 1061 nisi per synecdochen | intelligas partem diei qua haec Dominus loquebatur, et partem diei post rem peractam, pro duobus diebus numerari. Simile est quod Christus dicit se post tres dies resurrecturum. De numero ponit exemplum e Psalmo: '*Septies in die laudem dixi tibi*', vt cum illo conueniat sensus: '*semper laus eius in ore meo*'. Tametsi neuter sermo caret tropo, siquidem et *septies* positum est pro *frequenter* et *semper* positum pro *assidue*. Petro dictum est vt fratri condonaret vsque ad septuagies septies, quum Dominus sentiat toties

condonandum fratri, quoties peccauerit et resipuerit. Verum haec ratio latius patet, et in superioribus de hac dictum est.

Sextae regulae Ticonius titulum fecit: *Recapitulationem*. Scriptura frequenter dilatis quae coeperat, redit ad ea quae prius dixerat, quo rem explicet euidentius, veluti Geneseos capite secundo reditur ad descriptionem paradisi et hominis in eo collocati, quum in primo capite sit hoc factum. Simile quiddam annotauimus Ioannis decimo octauo, de Christo ducto ad Caipham

842 admisceat *O*: admisceant *BAS LB*.
843 Psalmus octagesimus octauus *D BAS LB*: Psalmus septuagesimus septimus *A–C*.
853 est *om. BAS LB*.
855 decidit *cett.*: dicidit *BAS LB*.
880 Caipham *O*: Caiapham *BAS*, Cajapham *LB*.

832–834 1. *Petr.* 2, 9–10 cité dans Ps.-Ambr. *De vocatione gentium*, *PL* 17, 1089 D–1090 A, avec deux menues variantes.

841–842 *alteri* ... *Christi* Sous-entendre "personae".

844–846 *Posui* ... *confortabit eum* *Ps.* 88, 20–21 iuxta LXX, mais avec de menues différences; Vulg. dit "potentem" (*potente*) "in oleo" (*oleo*), "linui" (*vnxi*). Texte absent d'Aug.

847–848 *Ps.* 88, 28. Absent d'Aug.

848 *nescio* Formule de politesse pour: "non quadrat"?

848–849 *Ps.* 88, 30. N'est pas dans Aug.

850–852 *Ps.* 88, 36–38b. Absent d'Aug.

853 *Esaiae* *Is.* 14, 12 sq. C'est la descente au "chéol" d'un roi de Babel, Nabuchodonosor (ou Nabonide?), qui était un oppresseur.

854 *eo* Annonce le *quod* causal de la ligne suivante; *Lucifero* signifie "porteur de lumière".

855 *de coelo* ... *terram* *Is.* 14, 12: "Quomodo cecidisti de caelo Lucifer qui mane oriebaris, corruisti in terram, etc."; *Lucifer*, le porte-lumière, s'entend sans doute de Vénus, l'étoile du matin.

856 *Is.* 14, 14.

859–860 *Is.* 13, 20.

864–865 *quintam* Aug. *Doctr. chr.* III, 35, 50: "Quintam ... quam de temporibus appellat"; 51: "Legitimos autem numeros dicit etc.". L'expression "de temporum quantitate" ne figure pas dans le texte des éditions modernes. Béné, pp. 415–416.

865 *Matthaeus* *Mt.* 17, 1; c'est l'exemple d'Aug.

866 *Lucas* *Lc.* 9, 28.

867 *per synecdochen* Aug. loc. cit.: "Tropus synecdoche aut a parte totum aut a toto partem facit intelligi, etc.".

867–868 *partem diei* ... *numerari* Er. résume avec clarté et concision l'explication d'Aug.

869 *post tres* ... *resurrecturum* *Mt.* 12, 40; voir p. 112, l. 176. Cet exemple aussi dans Aug. *Doctr. chr.* III, 35, 50.
De numero Aug. loc. cit. 51.

870 *Septies* ... *tibi* *Ps.* 118, 164.

870–871 *semper* ... *ore meo* *Ps.* 33, 2.

871–872 *tropo* ... *assidue* Aug. loc. cit.: "Plerumque enim huiusmodi numeri pro vniuerso tempore ponuntur". Mais le mot de "trope" n'est pas dans ce § d'Aug. alors qu'il est dans le § 50.

873 *vsque* ... *septies* Cf. *Mt.* 18, 22; l'exemple n'est pas dans Aug.

874–875 *haec ratio* ... *patet* Aug. loc. cit.: "Vnde apparet non solas temporum quaestiones istis numeris esse soluendas, sed latius patere significationes eorum et in multa proserpere. Neque enim numerus iste in Apocalypsi ad tempora pertinet, sed ad homines".

875 *in superioribus* Cf. p. 112.

876 *Sextae* Aug. *Doctr. chr.* III, 36, 52–54: "Sic enim dicuntur quaedam quasi sequantur in ordine temporis vel rerum continuatione narrentur, cum ad priora quae praetermissa fuerant, latenter narratio reuocetur ...".

878 *Geneseos* *Gn.* 2, 8–9; comme on sait l'explication des contemporains consiste à attribuer à deux auteurs, le Yahviste et l'Elohiste, les deux récits.

880 *annotauimus* Sur *Ioh.* 18, 28; le texte signifie "a Cajapha"; Aug. se torture pour comprendre "ad Caipham" qu'on lisait dans la traduction dont il disposait; il ne se reporte pas au grec. "Deprauandi occasio hinc nata est, quod lector non agnouit tropum sermonis, quo dicimus 'ad nos' pro eo quod est 'ad aedes nostras' et 'a vobis est', id est 'ab aedibus vestris'" (*LB* VI, 410 F). C'est une synecdoque, dit Er.

deque Petri negationibus. Et alia quaedam exempla profert Augustinus, in quibus fit occultior ad priora reditus.

Septima Ticonii regula est *De diabolo et corpore eius*, quae velut vnam personam constituunt, quemadmodum Christus et Ecclesia. Ac simili ratione quaedam dicuntur in Scripturis de Satana, quae magis agnoscuntur in membris eius. Retrorsum, quaedam de malis hominibus, quae verius praedicantur de diabolo.

Haec quanto potui compendio percurri, de quibus latius disserit Augustinus libro De doctrina christiana tertio, capite trigesimo, et aliquot sequentibus. In superioribus varias tradit rationes explicandi difficultates, ad quas in Arcanis Voluminibus resistere possunt parum exercitati.

Idem libro Ad Honoratum de vtilitate credendi, capite secundo, refert se a nescio quibus accepisse, neque enim eos nominat, Scripturam omnem Veteris Testamenti, quadrifariam tradi: secundum historiam, secundum aetiologiam, secundum analogiam, secundum allegoriam. Secundum historiam, quum docetur quid dictum quidue gestum sit aut non gestum quidem, sed tamen ita scriptum quasi gestum sit. Secundum aetiologiam vero, quid qua de causa gestum dictumue sit; αἰτία Graecis causam sonat, hinc αἰτιολογία *causae redditio*; pro qua voce quidam supposuerunt *etymologiam*. Secundum analogiam, quum ostenditur Vetus et Nouum Testamentum nulla in parte discordare, sed in omnibus consentire. Nam ἀναλογία Graecis est rerum diuersarum ob aliquam inter ipsas similitudinem collatio, pro qua quidam mutarant *anagogiam*. Secundum allegoriam autem, quum docetur multa quae scripta sunt, non iuxta sensum grammaticum accipienda, sed vt figurate dicta.

Ad historiam arbitratur pertinere, quod Dominus apud Matthaeum Iudaeis calumniantibus, quod Apostoli sabbato spicas euulsas manibus confricarent ac vescerentur, vrgebat enim fames, respondet: *Non legistis*, inquit, *quod fecit Dauid, quum esuriret ipse et qui cum eo erant, quum intrauit in domum Dei, et panes propositionis comedit, quos non licebat ei manducare neque eis qui cum eo erant, sed tantum solis sacerdotibus*. Hic nullus est tropus, sed quod in Nouo Testamento gestum est, Veteris Testamenti facto defenditur.

Ad aetiologiam refert illud, quod quum Dominus docuisset non licere cum vxore facere diuortium, nisi adulterii causa, et obiectum esset a Iudaeis quod Moses permisisset quacunque de causa repudiare vxorem, modo daret libellum repudii, Christus nec reiecit quod adferebatur ex Vetere Testamento, nec suam sententiam immutauit, sed reddita causa soluit quaestionem. '*Hoc*, inquit, *Moses propter duriciam cordis vestri permisit vobis*', ostendens temporarium fuisse quod concesserat Moses, nec idem licere sub luce euangelica. Huic simile sit: Olim dictum est: '*Crescite et multiplicamini*': et patriarchae habuerunt plures vxores. At Euangelium vocat eos beatos qui se castrauerunt |
LB 1062 propter regnum Dei. Verum haec difficultas soluitur reddita causa, quur illis permissa sit polygamia, ad generis humani propagationem, quo satis multiplicato, ad propagandum per orbem Euangelium expediebat ab vxoribus tempe-

rare. Similiter dicendum est de sacrificiis aliisque ceremoniis quae certis de causis Iudaeis praescriptae fuerunt, siue ne prolaberentur in ritus paganorum, siue vt illa praefigurarent Christum venturum. Haec merito sublata sunt, velut vmbrae, posteaquam per aduentum Christi eluxit veritas. Quaedam praecipiuntur prima fronte ridicula, nulla reddita causa, vt Deuteronomii vigesimo secundo, Moses prohibet vsum vestis e lino lanaque contextae. Prohibet arari iuncto boue et asino. Si dicamus duobus iumentis imparibus incommodam esse arationem, causa videbitur leuior quam vt Legi diuinae conueniat. Quis autem nescit bouem et asinum non congruere eidem iugo? Si dixerimus ideo prohiberi vestem lino commixtam, quod olim linea fuerint in deliciis, oportuit in totum prohiberi linea. Interdum causa Legi addita, non minus absurda videtur quam ipsa Lex. '*Non seres*, inquit, *vineam tuam altero semine, ne et sementis quam seuisti et quae nascuntur ex vinea pariter sanctificentur*'. Quid erat periculi, si vtraque pariter sanctificarentur? In talibus igitur ratio ab allegoria

927 eluxit *A–C*: illuxit *D BAS LB.*

881 *deque Petri negationibus* Pierre se trouvait dans la cour; ci-dessus, pp. 230–236.
883 *Septima ... regula* Aug. *Doctr. chr.* III, 37, 55.
884 *quemadmodum ... Ecclesia* Aug. loc. cit.: "Est enim [diabolus] et ipse caput impiorum, qui sunt eius quodammodo corpus ... sicut Christus caput est Ecclesiae quod est corpus eius".
886 *Retrorsum* Cf. Quint. *Inst.* V, 9, 6; IX, 4, 23.
890 *superioribus* Ch. 22 sq. du livre III de la *Doctr. chr.*
891 *resistere* "S'arrêter, s'en tenir (à)"; *in Arcanis Voluminibus* se rattache à *parum exercitati.*
892 *de vtilitate credendi* En fait ch. 3, 5–8. *PL* 42, 68–71.
897 *quid qua de causa* Les deux mots *quid* et *qua* sont interrogatifs.
899 *etymologiam* C'est ce qu'on rencontre par ex. dans Cristoforo Landino, *Allegorias platonicas in XII libros Aeneidos* (= Camaldulenses disputationes) où sont appliquées à l'Enéide les règles ici définies: "Est igitur cum id quod sit gestum quaerimus, quam historiam appellant ... Quaerimus itidem non quid gestum sit, sed qua ratione gestum sit ...: hanc Graeci ethymologiam dicunt. Quaerimus et tertio in loco an ea quae dicantur pugnantia inter se sint ...: analogiam sequimur. Interpretamur postremo aliquid per allegoriam, quod tunc fit, cum non quae verba significant intelligimus, sed quiddam aliud sub figura obscuratum".
905–910 *Dominus ... sacerdotibus* *Mt.* 12, 1–5; Er. développe le "vellere spicas" de Vulg. (lui-même traduit ainsi, *LB* VI, 66 A) en *spicas euulsas manibus confricarent*; il paraphrase: "vellerent spicas ac manibus confricantes ederent grana" (*LB* VII, 70 B).
912 *refert* A pour sujet Aug.
912–918 *Dominus ... euangelica* *Mt.* 19, 3–9 en particulier 9: "quicumque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem at aliam duxerit, moechatur"; mais cette formule vient après l'objection tirée de Moïse; au début le Christ dit seulement: "non sunt duo, sed vna caro; quod ergo Deus coniunxit homo non separet" (verset 6).
914–915 *Moses ... repudii* *Dt.* 24, 1–2.
916–917 *Hoc Moses ... vobis* *Mt.* 19, 8.
919 *Gn.* 1, 28.
920 *plures* Au sens de "plusieurs"; voir par ex. Jacob, ci-dessus, p. 242, l. 974 sq.
920–921 *At Euangelium ... regnum Dei* *Mt.* 19, 12: avec "regnum coelorum".
924 *sacrificiis ... ceremoniis* Voir *Ex. Lv. Dt.*
926–927 *velut vmbrae* Cf. *Paraphr. in Mt.* 5, 17: "Quod si luce prodita cedunt vmbrae, etc." (*LB* VII, 28 D); *Coll.* (Ichthyophagia), *ASD* I, 3, p. 502, l. 245: "Neque quisquam requirit lucernas et funalia, vbi se terris deprompsit sol".
929 *Moses prohibet ... contextae* *Dt.* 22, 11.
929–930 *Prohibet ... asino* *Dt.* 22, 10.
935–936 *Dt.* 22, 9.

petenda est, quemadmodum Paulus ad allegoriam trahit: '*Non obligabis os boui trituranti*'. '*Nunquid*, inquit, *boues curae sunt Deo?*'. Imo et passerculi curae sunt Deo. Sed praecipua causa erat, quam indicat allegoria.

Iam per analogiam ostenditur Veteris et Noui Testamenti congruentia, qua in re gnauiter sudatum est a piis hominibus, qui conati sunt prolatis innumeris exemplis demonstrare, nihil praecipi in Nouo Testamento, quod in Veteri non praecipiatur, neque quicquam esse gestum, quod non sit vel a prophetis praedictum vel typis adumbratum.

Superest allegoria de qua videor in superioribus dixisse quod satis est.

Verum hoc opus Augustinus scripsit presbyter, nondum ad plenum exercitatus in Sacris Literis, et scripsit amico, sed Manicheo.

Possent fortassis ex vetustis ac nouis autoribus plures regulae colligi, sed mihi quidem videtur esse regula omnium efficacissima, si, quod recte admonet Augustinus, prius amemus Sacras Literas quam discamus, idque certo persuasum habeamus in illis nihil esse neque falsum neque leue aut humana mente scriptum, sed omnia plena coelestis philosophiae dignaque Spiritu Sancto, quacunque specie sese offerant, si vt oportet intelligantur, mox cum hoc animo, totum Scripturae corpus attente legatur, diutinaque meditatione reddatur familiare.

Hic tempus erat huius operis libro tertio finem imponere, nisi quod in primo libro polliciti sumus nos de iudicio et consilio quaedam fusius dicturos; tametsi si quis memoria teneat quae in superioribus sparsim diximus, de vtroque quod ingenioso sit satis dictum videtur. Ostendimus enim ex variis allegoriarum formis, quas potissimum expediat eligere. Rursus vniuerso themate cum omnibus suis membris atque opibus sub oculos posito, eas modo partes seligendas, quae videbuntur et ad docendum vtiliores et ad commouendos auditorum animos efficaciores et ad continendas aliqua voluptate mentes hominum magis accommodae atque in horum singulis praecipua sumenda, ne turba laboretur. Quod idem faciendum in argumentis et sententiis. Quanquam enim Quintilianus dissentit ab illis qui iudicium subnectunt inuentioni, quod ne inuenit quidem qui stulta aut inutilia inuenit, dein non illic tantum, sed in omnibus oratoris officiis, in omnibus orationis partibus adhibendum iudicium et consilium, est tamen et inter vtilia delectus aliquis et inuentionis calore multa nobis prima specie blandiuntur, quae propius inspecta displicent. Ad haec, indicatum est quae vitia traducenda apud promiscuam multitudinem, quae silenda aut summatim attingenda, quae rursus depingenda et exaggeranda. Praeterea quomodo ad auditorum ingenium,
LB 1063 captum et affectum attemperanda sit oratio. Breuiter quomodo | tota oratione spectandum, quid causa, quid persona, quid tempus, quid locus, quid consuetudo postulet atque interim etiam quid deceat. Haec nimirum ad iudicium pertinent, quod Fabius putat nihilo magis arte tradi posse quam gustum aut odorem. Totum enim hoc a natura et sensu rerum praesentium proficiscitur.

Laudatur Demosthenis consilium, quod, quum suaderet bellum Atheniensi-

bus, mira ratione sic temperarit orationis colorem, vt et spem faciat melioris in posterum successus nec tamen offendat animos populi, cuius negligentia factum esset, vt hactenus parum prospere fuisset pugnatum. Monstrat igitur nihil hactenus ratione gestum esse. Poterat enim emendari negligentia. Alioqui si nihil esset erratum, non erat quur in posterum melior euentus speraretur. Rursus si incusasset populi segniciem, alienasset illorum animos.

986 Rursus *C D BAS LB*: Rursum *A B*.

938–940 *Non obligabis ... sunt Deo* 1. *Cor.* 9. 9.

939–940 *Imo et passerculi ... Deo* *Mt.* 10, 29; *Lc.* 12, 6. "Nonne duo passerculi minuto asse veneunt? et vnus ex illis non cadet in terram sine patre vestro" (*LB* VI, 58 A).

940 *allegoria* 1. *Cor.* 9, 10–12, en particulier 11: "Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos vestra carnalia messuerimus?" (*LB* VI, 706 F–708 A). Allégorie applicable aux prédicateurs!

943–944 *nihil praecipi ... praecipiatur* Voir *Gramm. rhét.*, p. 340.

945 *typis* Voir p. 240, l. 920 sq.

adumbratum "Esquissé", mais voir p. 287, l. 927.

946 *in superioribus* Cf. p. 160, ll. 141–144; pp. 206–260.

947 *scripsit presbyter* D'après Peter Brown, *La vie de saint Augustin*, trad. fr. 1971, p. 85, en 390 à 36 ans.

950 *recte admonet* Aug. *Doctr. chr.* II, 41–42 recommande de lire l'Ecriture en ayant présent à l'esprit le "scientia inflat, charitas aedificat" de 1. *Cor.* 8, 1 qui est une invitation à la charité et à l'humilité, mais ne dit pas qu'il faille "aimer l'Ecriture"; ce conseil apparaît dans *Doctr. chr.* I, 39–40, 43–44, *PL* 34, 36.

957–958 *in primo libro* *ASD* V, 4, p. 66, ll. 645 646.

959 *sparsim* Le mot est dans Gell. XI, 2, 5: "ex eodem libro Catonis haec etiam sparsim et intercise commeminimus".

960 *ingenioso* Adjectif substantivé au datif "pour un homme intelligent".

962 *themate* Le sujet que veut traiter le prédicateur.

sub oculos "Sous les yeux" du prédicateur.

963 *modo* "Seulement".

963–965 *ad docendum ... accommodae* Rappel des trois fonctions du discours, mais "mouere" y précède "delectare" qui est le moins important dans un sermon.

966 *ne turba laboretur* Le nom est à l'ablatif "à cause d'un nombre excessif, d'une cohue"; le verbe est un passif impersonnel "il n'y ait de l'embarras, de la difficulté".

967–970 *Quintilianus ... consilium* Quint. *Inst.* III, 3, 5–6: "His adiecerunt quidam sextam partem, ita vt inuentioni iudicium subnecterent, quia primum esset inuenire, deinde iudicare. Ego porro ne inuenisse quidem credo eum qui non iudicauit; neque enim contraria, communia, stulta inuenisse dicitur quisquam, sed non vitasse. Et Cicero quidem in rhetoricis iudicium subiecit inuentioni; mihi autem adeo tribus primis partibus videtur esse permixtum (nam neque dispositio sine eo neque elocutio fuerit) vt pronuntiationem quoque vel plurimum ex eo mutuari putem".

972 *indicatum est* Cf. pp. 70, l. 356 sq.; 80, ll. 548–549; 122, l. 348 sq.

traducenda "Doivent être stigmatisés, présentés comme méprisables".

975 *captum* Substantif, sur le même plan que *ingenium* et *affectum*; la "capacité", l'"intelligence"; sens difficile à distinguer de celui d'*ingenium*.

975–977 *Breuiter ... deceat* C'est le "decorum": Quint. *Inst.* XI, 1; ci-dessous, p. 302, l. 249 sq.; ci-dessus, p. 271, n.l. 577.

978–979 *Fabius ... odorem* Quint. *Inst.* VI, 5, 1: "[iudicium] nec magis arte traditur quam gustus aut odor".

980–990 *Laudatur ... poeniteret* Quint. *Inst.* VI, 5, 7–8: "Laudatur consilium Demosthenis, quod, cum suaderet bellum Atheniensibus parum id prospere expertis, nihil adhuc factum esse ratione monstrauit; poterat enim emendari neglegentia, at si nihil esset erratum, melioris in posterum spei non erat ratio. Idem cum offensam vereretur si obiurgaret populi segnitiam in adserenda libertate rei publicae, maiorum laude vti maluit, qui rem publicam fortissime administrassent; nam et faciles habuit aures et natura sequebatur vt meliora probantis peiorum paeniteret".

Difficile est autem persuadere iratis. Eoque in asserenda reipublicae libertate maiorum laude vti maluit, qui rem fortissime administrassent. Siquidem populus ille faciles habebat aures et natura consequens erat, vt meliora probantes peiorum poeniteret. Plura Fabius refert e Cicerone, sed vnum hoc ad id quod agimus satis est.

Hic mihi reputa an non maiore consilio Petrus orauerit apud Hierosolymitas, ante omnia submouens temulentiae suspicionem. Quis enim crederet vino delirantibus? Quoniam autem inuidiosum erat futurum, quod sibi diuini Spiritus afflatum vindicarent, non vsus est humana ratione, quemadmodum in suspicione temulentiae, sed apud Iudaeos vtitur prophetae testimonio, quod apud illos esset sacrosancta prophetarum autoritas. Nec de se quicquam proprie loquitur Petrus, sed de discipulis. Non enim ait: 'Non sumus ebrii' sed: '*Hi non sunt ebrii*'. Ac Iohelis vaticinium ita recitat, quasi tantum donum non in illos paucos tantum, sed in vniuersos Iudaeos esset effusum, si modo crederent in Iesum. '*Et prophetabunt*, inquit, *filii vestri et filiae vestrae*', etc. Addit clausulam plausibilem: *Et erit, omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit*. Quod autem de Iesu crucifixo necessario praedicandum erat, aperte quidem narrat, sed absque vllo conuitio. Quin potius eleuat magnitudinem criminis, quum ait rem gestam definito consilio et praescientia Dei, quumque addit *per manus iniquorum* in certos quosdam malos culpam reiiciens. Idem euidentius facit cap. III. '*Et nunc*, inquit, *fratres scio quod per ignorantiam fecistis sicut et principes vestri. Sed Deus qui pronunciauit per os omnium suorum prophetarum pati Christum suum sic impleuit*'. Similiter tam impii facinoris inuidiam in ipsam aetatem reiicit. '*Saluamini*, inquit, *a generatione ista praua*'. Miraculorum autem a Christo aeditorum, quoniam recens erat memoria, ipsos facit testes. '*In medio*, inquit, *vestri sicut scitis*'. Fuit et illud consilii, quod apud rudem Iudaeorum turbam non pronunciat aperte Christum Deum; tantum appellat eum virum approbatum a Deo. Et aliquanto post nihil aliud asseuerat quam quod Deus hunc Iesum quem illi affixerant cruci fecisset Dominum ac Messiam, quem a prophetis promissum expectabant. Similiter in altera concione appellat Iesum Christum Filium Dei. Iudaei qui detestabantur gentes quod plures facerent deos, ipsi penitus infixum animis habebant, non esse nisi vnum Deum, haud quaquam tulissent protinus initio praedicationis hominem in cruce mortuum appellari Deum. Satis erat quaedam aspergi narrationi, quae significarent in Christo fuisse quiddam homine maius. Nec est quur hic quidam vociferentur; quod dico, a compluribus orthodoxis diligenter est annotatum et hanc docendi rationem probat ingeniosissimus ille Gregorius Nazianzenus in libris De theologia. Nec vero probarim si quis nunc apud Christianos ad istum modum praedicaret Christum, sed detur tale auditorium quale tunc obtigit Petro, laudabo dicentis prudentiam, in suum tempus differentis, quod frustra et cum offendiculo diceretur ante tempus. Quod si indignantur haec a
LB 1064 sanctissimis viris annotari, videntur obliti quod Dominus, quum | primum mitteret suos ad praedicandum, interdixit ne dicerent ipsum esse Messiam.

Eodem pertinet, quod non dicit: 'Suscitauit seipsum', sed *Deus suscitauit illum a mortuis*. Atqui vere poterat illud dicere iuxta dogma euangelicum: '*Soluite templum hoc et in triduo excitabo illud*'. Miracula non probat testimonio Scripturarum. Erant enim sub oculis omnium Iudaeorum gesta, sed resurrectionem, quam pauci viderant, probat ex Psalmo decimo quinto: '*Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*'. Quoniam autem is Psalmus titulum habebat, *Ipsi Dauid*, Iudaei vaticinium hoc ad regem Dauid referebant, quod idem faciunt in aliis multis. At Petrus euidenti ratione demonstrat prophetae sermonem non competere in Dauidem, sed in Christo

990 hoc *om. BAS LB.*
999 *(et p. 292, ll. 51 et 53)* Iohelis *O BAS*: Joelis *LB.*
24 Nec *BAS LB*: Neque *O.*
31 Atqui *A BAS LB*: At qui *B–D.*

987 *autem* Sens explicatif: "en effet"; plusieurs exemples de Cic. sont cités dans Gaffiot, sub verbo, § 3 fin; *iratis* substantivé.
989–990 *meliora probantes* Réminiscence d'Ov. *Met.* VII, 20: "Video meliora proboque".
990 *Plura Fabius ... e Cicerone* Quint. *Inst.* VI, 5, 9–10.
992 *maiore consilio* Par comparaison avec Démosthène ou Cicéron.
Petrus orauerit *Act.* 2, 14 sq.
993 *temulentiae suspicionem* *Act.* 2, 15: "Non enim, sicut vos aestimatis, hii ebrii sunt".
994 *delirantibus* Participe substantivé.
inuidiosum "Odieux, révoltant"; *erat futurum* "Il aurait été".
995 *humana ratione* "Un argument purement humain".
996 *apud Iudaeos* Valeur explicative: "comme il parlait devant des Juifs".
prophetae testimonio *Ioel* 2, 28–32.
1 *Et prophetabunt ... vestrae* *Ioel* 2, 28^{b} = *Act.* 2, 17^{c}.
2 *Addit* Sujet: Pierre; mais la "clausula" est *Ioel* 2, 32^{a}.
3 *de Iesu crucifixo* *Act.* 2, 23: "... hunc definito consilio et praescientia Dei traditum per manus iniquorum adfigentes interemistis".
7–9 *Act.* 3, 17–18; dans sa trad. (*LB* VI, 448 C D) Er. écrit: "Deus autem quae praenunciauerat ... Christum passurum, impleuit sic"; le *qui* est un lapsus de mémoire ou une coquille.
10 *Act.* 2, 40^{c}.
11 *aeditorum* Graphie incorrecte pour "editorum"; *Act.* 2, 22.
12–13 *apud rudem ... turbam* Exemple de "decorum", d'adaption à l'auditoire; cf. p. 288, l. 975.
13–14 *virum ... a Deo* *Act.* 2, 22^{b}.
15 *hunc Iesum ... Messiam* *Act.* 2, 36.
16–17 *Similiter ... Filium Dei* *Act.* 3, 13^{b}.
21 *quidam* Ce pronom fait allusion à des personnes bien déterminées; sans doute les docteurs en théologie.
23–24 *Gregorius ... De theologia* Greg. Naz. *Or.* 27 (= *Or. theol.* I), cap. 3, *PG* 36, 14–15, développe l'idée qu'un auditoire doit être adapté et préparé à ce qu'on va lui dire, mais ne parle pas du Christ et des foules de son temps, seulement des auditeurs du IVe siècle.
25–26 *detur ... laudabo* Le subjonctif a une valeur de supposition: "que l'on accorde, que l'on suppose", c'est-à-dire: "si l'on ...".
26 *in suum tempus* "Le temps qui lui convient", non pas à l'orateur, mais à la vérité qu'il doit faire connaître.
27 *ante tempus* Même remarque: il faut que l'auditoire soit prêt à accueillir la vérité pour que celle-ci soit révélée efficacement; Er. applique ici à Pierre ce qu'il dit dans les *Annot. in NT* du Christ; voir *Gramm. rhét.*, pp. 658–660.
26–27 *frustra ... offendiculo* Progression: la vérité ne serait pas acceptée et de plus elle choquerait, scandaliserait.
29 *interdixit ... Messiam* *Mt.* 16, 20; *Mc.* 8, 30; *Lc.* 9, 21.
30–31 *Act.* 2, 24.
31 *dogma* "La formule".
31–32 *Ioh.* 2, 19.
34–35 *Act.* 2, 27 (Vulg.) = *Ps.* 15, 10.
37–38 *ratione demonstrat* *Act.* 2, 29.

fuisse completum, qui non iacuit in sepulchro nisi partem diei sexti et noctem, sabbatum item totum cum parte noctis, nec illius caro sensit vllam corruptionem. Veritus autem Petrus ne Iudaei parum aequis auribus audirent Dauid de quo magnifice sentiebant, et sepultum et in sepulchro computruisse caeterorum hominum more, praemollit quod necessario dicendum erat: '*Liceat*, inquiens, *fratres, libere loqui apud vos*'. Eumque honorifico titulo appellat patriarcham et prophetam. Et vt tollat omnem offensionem, ostendit ipsum Dauidem de Christo, non de se loquutum quum illa scriberet. Ad vitandam offensionem facit, quod toties iterat: '*Viri fratres*', sicut in altera concione: '*Viri Israelitae*'. Erat hic titulus apud Iudaeos magnopere gratiosus. Tandem aperit cuius gratia haec omnia dicta fuerant, vt resipiscerent et in nomine Iesu Christi acciperent idem Spiritus donum quod in aliis mirabantur, ostendens Iohelis vaticinium non ad paucos illos, sed ad omnes pertinere. '*Vobis enim*, inquit, *est repromissio et filiis vestris*'. Nondum exerte pronunciat Iohelis promissionem etiam ad gentes pertinere, tantum dicit: *et omnibus qui longe sunt, quoscunque aduocauerit Dominus*, quod Iudaei non de Gentibus dictum accipiebant, sed de Hebraeis omnibus qui per diuersas nationes erant dispersi. Paulus aperte pronunciat Deum non Iudaicae gentis tantum, sed omnium etiam gentium esse Deum. Iam enim eluxerat Euangelium. Quid Petrus? '*Deus*, inquit, *Abrahae et Deus Isaac et Deus Iacob, Deus patrum nostrorum*', ad Iudaeorum affectus ac morem verba sua attemperans. Rursus quum docuisset Iesum non ab vno atque altero, sed ab omnibus prophetis fuisse promissum, fauorabili sermone adiecit: '*Vos estis filii prophetarum et Testamenti quod Deus disposuit ad patres nostros, dicens ad Abraham: In semine tuo benedicentur omnes familiae terrae. Vobis primum Deus suscitauit Filium suum, misit eum benedicentem vobis*'. Inuidiam excitare poterat, si tantum dixisset Iesum quem illi crucifixerant, ad tantum honoris a Deo fuisse subuectum. Nunc omnis inuidia tollitur, quum addit totum hoc quod in Christo gestum est ad illorum salutem esse gestum. Et tamen inter illos erant, qui Christum toties spreuerant, toties conuiciis affecerant, interdum et praecipitium et lapidationem molientes, denique qui furiosis vocibus clamauerant: '*Crucifige, crucifige*'.

Annotatum est a piis hominibus et Pauli consilium prudentiaque, qua primum Athenis in Martis vico Christum gentibus annunciaret ad euangelicam philosophiam prorsus rudibus. In his erant Epicurei, qui negant vllos esse deos aut, si sunt, negant illis esse curae res mortalium; et Stoici, inutiles auditores gratiae euangelicae, quippe qui sapientem suum aequarent diis atque hominis summum bonum in ipsius hominis viribus collocarent; reliqua

52 repromissio *O*: promissio *BAS LB*.
58 Isaac ... Iacob *C D BAS LB*: Iacob ... Isaac *A B*.
59 sua *O*: *om. BAS LB*; attemperans *O*: temperans *BAS LB*.
71 annunciaret *O*: annunciauit *BAS LB*.

39–40 *partem ... parte noctis* Voir p. 284, l. 869, et surtout p. 112, l. 176 et n.

44 *Act.* 2, 29^{b}: "Viri fratres, quandoquidem licet libere dicere apud vos ..." (*LB* VI, 444 B); "liceat audenter dicere ad vos ..." (Vulg.).

44 *Eum* Sc. Dauid; *patriarcham* *Act.* 2, 29^{b}; *prophetam* 30^{a}.

45 *ostendit* *Act.* 2, 25 et 34.

47 *Viri fratres* *Act.* 2, 29; l'expression se rencontre une seule fois dans ce discours; le *toties* est totalement injustifié. On retrouve *viri fratres* en 2, 37 mais ce sont les Juifs, auditeurs de Pierre, qui s'adressent ainsi à lui et aux siens.

48 *Viri Israelitae* *Act.* 13, 16; mais déjà dans ce discours *Act.* 2, 22.

49 *cuius* Au neutre, annonce la complétive *vt resipiscerent*.
dicta fuerant Deux tours fréquents chez Er. et qu'on n'a pas toujours relevés: la forme surcomposée, l'indicatif dans une interrogative indirecte.

50 *in aliis mirabantur* Cf. *Act.* 2, 12: "stupebant autem omnes et mirabantur ad inuicem dicentes".

52 *Vobis ... vestris* *Act.* 2, 39.
exerte Er. suggère que Pierre respecte le principe du decorum; il a compris que l'enseignement du Christ s'adresse à toutes les nations à la suite du miracle des langues (*Act.* 2, 5–11), du moins on doit le supposer pour que la remarque d'Er. ait un sens; cf. la *Paraphr. in Act.* 2, 4: "ad coelestem doctrinam per omnium linguarum gentes disseminandam" (*LB* VII, 667 B) et "passim ac palam praedicant omnibus gratuitam salutem" (667 D); car Pierre ne s'adresse qu'à des Israélites, en fait.

53–54 *et omnibus ... Dominus* *Act.* 2, 39; c'est un amalgame de *Is.* 57, 19 "pacem ei qui longe est et qui prope" et de *Ioel* 2, 32^{d} "in residuis quos Dominus vocauerit".

56 *aperte* S'oppose à *nondum exerte* l. 52. Voir *Rom.* 10, 12; *Gal.* 3, 28.

58 *Deus Abrahae ... nostrorum* *Act.* 3, 13; là encore Er. explique par l'accommodation à l'auditoire ce qui pourrait s'expliquer par le judaïsme persistant de Pierre lui-même.

60 *Iesum ... promissum* *Act.* 3, 18.

61–64 *Vos estis ... vobis* *Act.* 3, 25–26; cependant Er. omet la fin de 26: "vt conuertat se vnusquisque a nequitia sua". La parole adressée à Abraham: *Gn.* 12, 3 et 22, 18.

67–68 *inter illos ... affecerant* Des Pharisiens.

68 *praecipitium* *Lc.* 4, 29: "eiecerunt illum extra ciuitatem et duxerunt illum vsque ad supercilium montis supra quem ciuitas illorum erat aedificata vt praecipitarent eum".
lapidationem *Ioh.* 10, 31 et 11, 8.

69 *Crucifige, crucifige* *Mc.* 15, 13; *Lc.* 23, 21; *Ioh.* 19, 6. Dans *Mt.* 27, 23: "Crucifigatur ... crucifigatur".

70 *et Pauli* "De Paul aussi", après Pierre (p. 290, l. 992 sq.).

71 *in Martis vico* Traduction latine de "Aréopage"; *Act.* 17, 16–34, déjà utilisée dans la traduction d'Er.: "in medio Martii vici" (*LB* VI, 502 A) et dans sa *Paraphr.* "in vicum Martium" (*LB* VII, 735 D) avec ce commentaire: "Is locus Athenis est celeberrimus, in quo nocturnis iudiciis causae capitales cognoscebantur". Cependant l'*Annot.* (*LB* VI, 500 F, n. 29) dit: "ad Martium pagum ... Est autem locus editus vt vertex collis seu scopuli, etc.". A vrai dire une meilleure traduction serait sans doute "Martius collis".

71–72 *ad ... rudibus* Cette construction de "rudis" avec "ad" se rencontre chez Tite-Live plusieurs fois et chez Ovide.

72 *Epicurei* *Act.* 17, 18: "quidam autem Epicurei et Stoici philosophi disserebant cum eo".

72–73 *negant ... deos* Ce n'est pas vrai d'Epicure ni de Lucrèce, mais les adversaires des épicuriens pouvaient voir une sorte d'athéisme dans leur conception de dieux dépourvus de passion; par ex. Lact. *De ira Dei* 4, 11: "scilicet, quia nec cura sit in eo nec prouidentia, ergo nec cogitationem aliquam nec sensum in eo esse vllum: quo efficitur, vt non sit omnino" (*Epicurea* 366, Usener, p. 244, ll. 13–15).

73 *negant ... mortalium* Voir Cic. *Nat.* I, 8, 18 (Usener 367) et les textes de Lact. (Usener 368, 370 à 374) sans compter Epicure lui-même et Lucr. V, 146 sq.

74 *sapientem ... diis* Voir Sen. *Epist.* 73, 12–16, en particulier 14: "sapiens tam aequo animo omnia apud alios videt contemnitque quam Iuppiter et hoc se magis suspicit quod Iuppiter vti illis non potest, sapiens non vult". On sait que cette prétention est une forme de "stultitia", car la vraie sagesse n'appartient qu'à Dieu. Voir *Gramm. rhét.*, pp. 990–991.

75 *hominis ... collocarent* Car la vertu qui est le souverain bien ou plutôt le seul bien consiste précisément à ne dépendre que de soi seul et à regarder avec indifférence ce qui ne dépend pas de soi-même. Voir Sen., Epict., M. Aur.

turba miserabili caligine omne daemoniorum genus pro vero Deo colebat. Apud tale theatrum, an non prudenti iudicio sit opus, si quis velit cum aliquo fructu audiri? Quomodo igitur Paulus insignis ille dicendi artifex? Necessaria erant, detestari idololatriam, praedicare vnum verum Deum, a quo foret speranda vera salus iis qui resipuissent, at non nisi per fidem in Iesum LB 1065 Christum. Caeterum quo consilio, quo temperamento | proponit ista? Num orditur ab execratione criminis idololatriae? Num appellat deos Atheniensium ligna ac lapides aut, quod his deterius est, impios spiritus, Deo inuisos et generi humano inimicos? Num exprobrat illis nepharia crimina per quae traditi fuissent in reprobum sensum, qualia contexit in Epistola ad Romanos? Nequaquam. Nondum enim expediebat. Sed moderatissime dicit se ex illorum simulachris ac monumentis deprehendisse, Athenienses non vacare omnino superstitione. *Superstitionis* verbum mollius est quam *idololatriae* et hoc ipsum mitigat per comparatiuum: *superstitiosiores*. Sic enim scripsit Lucas. Atque hoc ipsum rursus attenuat, addens *quasi*. Quid sibi vult haec Apostoli ciuilitas? Quo spectat? Quid captat? Num timebat Athenienses? Nequaquam. Sed lucrum affectat, et assequutus est. Sciebat Athenienses esse deditos cultui simulachrorum quemadmodum et caeteras gentes, etiam antequam veniret Athenas. Verum ne videretur sinistram de Atheniensibus opinionem secum attulisse aut esse curiosus in republica aliena, ait se superstitionem illorum deprehendisse e simulachris in publico positis, idque non studio, sed forte praetereuntem. Nec ęa vocat idola aut impietatis monumenta, sed mitiore verbo σεβάσματα, quod et in bonam partem sonat. Quicquid enim colimus aut veneramur σεβάσμα dici potest. Consilii fuit et illud, quod arae titulum non refert vt habebat: *Diis Asiae et Europae et Africae, Diis ignotis ac peregrinis* (volebant enim hanc aram esse dicatam omnibus diis, et ne quis deorum indignaretur praeteritus, adiecerant: *Diis ignotis et peregrinis*), sed ait se vidisse aram inscriptam *Ignoto deo*, e titulo decerpens quod erat vsui futurum. Nec tamen hic est vllum mendacium. Titulus enim, quum addit *Diis ignotis*, fatetur esse aliquem deum Atheniensibus ignotum. Quid egit hac prudentia? Nimirum quo pronioribus vteretur illorum auribus, si non videretur nouae religionis autor, quod apud Athenienses capite plectebatur, sed eum praedicare Deum, quem ipsi iamdudum licet inscientes colerent. Similis color habetur et in rhetorum praeceptis, quo iam factum esse docetur, de quo, an fieri debeat consultatur. Olim lex poenam minabatur exulibus, si ad pomoeria ciuitatis vnde fuerant eiecti, accessissent. Exules quidam ad muros ciuitatis accesserunt ac, depulsis hostibus, patriam obsidione liberarunt. Deliberatur an ob eam pietatem debeant in ciuitatem recipi. Qui suadet, hoc colore vtitur vt dicat eos iam tum fuisse receptos, quum insigni pietate sua declararent esse exilio indignos ac ex eo tempore tacitis patriae suffragiis fuisse restitutos. Iam illud mihi considera quibus verbis praedicet *ignotum*. Non ait: *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob* quemadmodum Petrus apud Iudaeos verba faciens, sed sermone ita temperato, vt posset et ab Ethnicis patienter audiri: *Deus qui fecit*

mundum et omnia quae in eo sunt. De hoc quoque philosophi disputabant, an mundus esset conditus. Et Plato fatetur illum conditum a deorum selectorum filiis, quos ille daemones appellat. Ouidius autem non veritus est scribere:

Hanc deus et melior litem natura diremit.

83 ligna *erratum A cett.*: signa *A*.

76 *omne daemoniorum ... colebat* Ces démons sont les dieux païens. Le mot est dans *Act.* 17, 18c. Cf. *LB* VI, 500 F, n. 28: "Ethnici 'daemonia' deos vocant".

77 *theatrum* Au sens de "spectateurs, auditoire, public" comme dans Cic. *De or.* III, 50, 196, etc.

78 *Quomodo ... artifex* Sous-entendre un verbe du sens de "fait-il"?

80 *iis* Complément d'agent de l'adjectif verbal *speranda*.

81 *temperamento* "Mesure", pour ne pas heurter ses auditeurs.

85 *reprobum sensum* *Rom.* 1, 28; ci-dessus, p. 236, ll. 801–802 avec d'autres références.

87 *simulachris ac monumentis* La Vulg. propose le premier de ces deux mots; Er. traduit par "culturas" et l'*Annot.* (*LB* VI, 501 D–E) commente: "Nec 'simulachra' hoc loco est εἴδωλα quod verbum complectitur omnia quae veneramur, nempe aras, delubra, statuas, monumenta, a verbo σέβομαι quod proprie ad religionem pertinet. Hieronymus, citans hunc locum ... vertit σεβάσματα 'culturas'". Cf. ci-dessous, ll. 98–99.

89 *scripsit Lucas* *Act.* 17, 22c. L'*Annot.* (*LB* VI, 501 D) relève les deux atténuations par l'adverbe et par le comparatif et ajoute: "Hoc enim erat fieri omnia omnibus, vt omnes lucrifaceret" (1. *Cor.* 9, 22c et 21f).

92 *lucrum* Au sens qui vient d'être rappelé, dans 1. *Cor.* 9, 21.
assequutus est *Act.* 17, 34 énumère parmi ceux que Paul a persuadés Denys l'Aréopagite et une femme nommée Damaris.

97 *praetereuntem* *Act.* 17, 23: "praeteriens vidi ...".

98 σεβάσματα Voir ci-dessus, n.l. 87.

100 *refert* Sujet: Paul; *vt habebat* "Comme elle était" cf. Ter. *Ad.* 364–365: "Omnem rem seni, / quo pacto habet, enarramus ordine"; *Phorm.* 429: "Bene habent tibi principia". Sans doute hellénisme.

102 *indignaretur praeteritus* Construction grecque avec un participe, au lieu d'un infinitif ou de "quod".

104 *mendacium* L'*Annot.* (*LB* VI, 501 E) dit: "Et hîc Hieronymus indicat Paulum pia quadam vsum vafritie, quod nonnihil mutauit in titulo, non pauca omisit, quo commodius detorqueret ad exordium praedicandi Christum. ... multa dissimulantes, paulatim illos adducant ad mentem meliorem, etc.". Déjà la *Moria* avait loué cette pieuse astuce de Paul, *ASD* IV, 3, pp. 183–184, ll. 1000–4.

107 *capite plectebatur* Er. généralise le cas de Socrate: Mélitos l'accusa, entre autres, de vouloir introduire des divinités nouvelles et demanda qu'il fût puni de mort (Diog. Laert. II, 5, 19, 40).

108 *color* Argument de défense, présentant les faits sous une couleur favorable; mot fréquemment employé par Sénèque le Père. Cf. l. 113.

109–110 *iam factum ... consultatur* "On montre qu'est déjà accompli ce sur quoi on délibère pour savoir s'il ne faut pas l'accomplir".

110–111 *Olim lex ... accessissent* Voir une présentation un peu différente livre II, *ASD* V, 4, p. 391, ll. 602–603. Source: *Addenda* ad loc., ci-dessous, pp. 409–410.

115 *exilio indignos* "Ils ne méritaient pas l'exil".
restitutos "Rétablis" dans leur statut de citoyens.

117 *Petrus ... faciens* *Act.* 3, 13; *apud Iudaeos* a valeur explicative.

118 *patienter* "Sans être choqués", cf. l. 125 *quod ferri ... posset.*

118–119 *Act.* 17, 24; Er. (ou l'imprimeur) a omis "templis".

120–121 *Plato ... appellat* Plat. *Tim.* 29c–30a; 41a (fils des dieux); 42de.

121–122 *Ouidius ... diremit* Ov. *Met.* I, 21. Le conflit (*litem*) est celui qui oppose froid, chaud, sec, humide; la nature est devenue meilleure car elle introduit de l'ordre dans son œuvre première, confuse; le dieu n'est pas nommé.

Et addit Paulus: *Hic coeli et terrae quum sit Dominus, non in manu factis habitat, nec manibus hominum colitur indigens aliquo, quum ipse det vitam omnibus et inspirationem et omnia.* Hactenus nihil dicit, quod ferri non posset. Nec enim deerant apud Ethnicos qui faterentur, vnicum esse summum Deum, quem Iouis nomine designari credebant, cuius virtutes variis deorum ac dearum nominibus exprimerentur, veluti praescientia Apollinis, sapientia Palladis, fortitudo Martis, etc. Maro dixit: *Iouis omnia plena.* Summi illius Dei prouidentia gubernari mundum Ethnici complures et crediderunt et scripto prodiderunt. Quin et primum hominem ex argilla formatum per somnium illos intellexisse declarat vetustissima Promethei fabula, eoque nihil offensi sunt quum audirent: *fecit ex*
LB 1066 *vno omne genus hominum, in hoc vt habi|tarent in terra diuersis regionibus*, addito lumine naturali, per quod ex rebus conditis deducerentur in notitiam veri Dei, tametsi vel ex his quae in nobis sunt liceat numinis potentiam, sapientiam ac bonitatem deprehendere. Hoc ipsum enim quod viuimus, quod mouemur, quod sumus aliquid, Dei munus est, qui nos condidit et conditos seruat. Nec hic vsquam audis testimonia prophetarum, quibus vsus est Petrus apud Iudaeos. Sed Arati testimonium producit: *Ipsius et genus sumus* non illum quidem nominans, sed quod erat ad persuadendum accommodatius: '*Sicut*, inquit, *et vestratium poetarum quidam dixerunt*', tametsi vocem *poetarum* suspicor a recentioribus additam, vel hoc argumento quod peruetustus ille Irenaeus citans hunc locum, non apponit *poetarum*, nec Augustinus, quasi dicat: 'Non adduco prophetarum testimonia quae contemnitis, sed vestrae professionis scriptores non oportet a vobis reiici'. Dein, quum vnius Arati verba proferat, tamen vtitur multitudinis numero, *dixerunt*, quod eadem sententia sit apud Callimachum, Homerum et Hesiodum

πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε

nec apud poetas tantum, sed apud alios quoque scriptores. Quemadmodum de Alexandro Magno proditum est, quod fuerit filius Iouis, non quod ille solus esset, verum quum Iupiter sit omnium hominum pater, tamen eos potissimum pro filiis agnoscit, qui virtute praecellunt et in caeteros homines quam maxime benefici sunt. Nunc illud obserua quanta prudentia Arati testimonium ad id quod agit accommodet. Si Deus non abest ab vnoquoque nostrum, cuius beneficio spiramus et viuimus, non est vtique visibilis aut corporeus aut aliquo sensu perceptibilis, multo minus quam anima nostra, quum ille sit animae nostrae velut anima. Dein si genus illius sumus, non decet vt filii de tanto parente humilem gerant opinionem. Constat enim animum longe praestantiorem esse hominis partem, sine qua corpus nihil est. Atqui corpus

128 praescientia ... sapientia ... fortitudo *O*: praescientiam ... sapientiam ... fortitudinem *BAS LB*.

128–129 *post* Martis, etc. *add. omnes editiones excepta A:* Consimilem in modum.

123–125 *Hic coeli ... et omnia* *Act.* 17, 24[bc]–25.

126–129 *vnicum ... Martis, etc.* Macr. *Sat.* I, 17–23, expose un tel syncrétisme, mais identifie Jupiter au Soleil-Apollon. Voir aussi Diog. Laert. VII, I (Zénon), 72, 147.

129 *Maro ... plena* Verg. *Ecl.* 3, 60.

130 *Ethnici ... prodiderunt* Par ex. Cic. *Nat.* II; Sen. *Dial.* I (*De prouidentia*); c'est une des thèses stoïciennes.

131 *primum hominem ... formatum* Ainsi que le dit *Gn.* 2, 7.

132 *Promethei fabula* Hes. *Theog.* 508 sq.; Plat. *Prot.* 320 cd; Ov. *Met.* I, 82–83; voir Er. *Adag.* 31 (*ASD* II, 1, p. 144) sur Prométhée, Epiméthée et Pandore.

132–133 *fecit ... regionibus* *Act.* 17, 26; la traduction est d'Er. (la Vulg. dit "inhabitare super vniuersam faciem terrae"); voir *Annot.*, *LB* VI, 501 F–502 C).

134 *lumine naturali* La lumière de la raison, par opposition à la lumière surnaturelle de la Révélation; pour cela même la notion ni l'expression n'apparaissent chez les auteurs païens. Notion importante chez Er. car elle explique que certains païens aient pu avant la Révélation accéder à certaines vérités et par suite être sauvés, ce qui est fort loin de Luther. Voir par ex.: *Coll.* 'Conuiuium religiosum', *ASD* I, 3, pp. 251–254, ll. 614–712; *Hyperasp.* I, *LB* X, 1294 C: "Aliaque sunt innumera quae nobis sunt communia, cum Ethnicis philosophis, nec id eleuat auctoritatem dogmatum nostrorum, sed confirmat, quod illi per lumen naturae nonnihil viderunt earum rerum quas nobis tradit Scriptura diuina".

135–136 *ex his ... deprehendere* Comme le fait Aug. dans son *Trin.*
potentiam ... bonitatem Ces trois "qualités" se trouvent représentées éminemment chacune par l'une des personnes de la Trinité, selon une tradition religieuse ancienne; voir ci-dessous, p. 364, ll. 66–67; p. 316, l. 118 et p. 318, l. 158 sq.; cf. *Inst princ. christ.*, *ASD* IV, 1, p. 150, ll. 454–456.

136–137 *viuimus ... sumus aliquid* Cf. *Act.* 17, 28: "in ipso enim viuimus et mouemur et sumus"; mais Er. prend la préposition dans son sens "instrumental": "Per ipsum, etc.".

138 *prophetarum* *Act.* 2, 17–21; Pierre, comme Er. l'a rappelé ci-dessus, cite *Ioel*; en 25–28 *Ps.* 16, 8 et en 34–35 *Ps.* 110, 1.

139 *Arati ... sumus* *Act.* 17, 28. Aratos, poète du 3e s. avant J.-C.; de son œuvre considérable avaient été extraits des fragments à usage scolaire; le premier en 450 vers, intitulé *Phainomena*, est consacré à l'astronomie; c'est là que Virgile a puisé maints renseignements incorporés aux *Georg.*; il avait été traduit par Cic. La proposition citée par Paul est au vers 5. Cf. livre I, *ASD* V, 4, p. 64, ll. 607–610.

141–142 *vocem ... additam* Cette supposition n'est pas formulée dans *Annot.* 43 (*LB* VI, 502 D) qui mentionne cependant l'absence du mot chez Iren. et Aug. (respectivement *Haer.* III, 12, 9, *PG* 7, 903; *Conf.* VII, 9, 15.

144 *professionis* "De votre croyance, de votre religion".

147–148 *Callimachum ... Hesiodum* L'*Annot.* 44 (*LB* VI, 502 E) ne nomme pas le premier (voir *Hymn.* I, 7 et 93), mais seulement Hom. et Hes. sans référence (*Il.* I, 144, etc.; *Od.* I, 28, etc.; *Theog.* 542).

150 *Alexandro Magno* Plut. *Vit. Alexandr.* 27, 3–5, 680 D–681 A, résumé par Er. *Apophth.* IV, Alex. Magn. 63 (*LB* IV, 202 A–B).

151–153 *quum Iupiter ... benefici sunt* Plut. loc. cit. 10: "Λέγεται δὲ καὶ Ψάμμωνος ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ φιλοσόφου διακούσας ἀποδέξασθαι μάλιστα τῶν λεχθέντων, ὅτι πάντες οἱ ἄνθρωποι βασιλεύονται ὑπὸ θεοῦ· τὸ γὰρ ἄρχον ἐν ἑκάστῳ καὶ κρατοῦν θεῖόν ἐστιν· ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτὸς περὶ τούτων φιλοσοφώτερον δοξάζειν καὶ λέγειν, ὡς πάντων μὲν ὄντα κοινὸν ἀνθρώπων πατέρα τὸν θεόν, ἰδίους δὲ ποιούμενον ἑαυτοῦ τοὺς ἀρίστους", c'est-à-dire: "On dit aussi qu'en Egypte il [= Alexandre] écouta le philosophe Psammon et qu'il approuva particulièrement l'une de ses paroles disant que tous les hommes sont dirigés par un dieu, car en chacun le principe qui commande et gouverne est divin; lui-même avait sur ce sujet une opinion encore plus philosophique et disait que Dieu est le père commun de tous les hommes, mais qu'il considère comme ses propres enfants ceux d'entre eux qui sont les meilleurs". Er. donne de "les meilleurs" une définition non point païenne (les plus braves ou les plus sages), mais chrétienne (les plus charitables).

154–155 *Deus ... viuimus* Le relatif a pour antécédent *Deus*; Er. reprend *Act.* 17, 27[b] et le premier verbe de 18[a], *viuimus*, auquel il associe un synonyme *spiramus* (redondance).

156 *anima nostra* Mot équivoque désigne à la fois le principe vital, ce qui anime le corps, et l'âme éternelle, purement spirituelle.

157 *animae ... anima* Le principe qui anime mon propre principe vital. Cf. Aug. *Conf.* III, 6, 11: "intimior intimo meo".

hominis longe praestat simulachris ligneis, lapideis, aereis, argenteis, aureis, in quibus nec sensus est vllus nec motus, nec a Deo condita sunt, sed a fabro. Proinde qui simulachra colunt, id habent pro Deo, quod est deteriore hominis parte vilius. Vides quanta cautione quantoque temperamento demonstrarit culturam idolorum non esse religionem, sed superstitionem. Hic certe erat locus excandescendi in Atheniensium caecitatem, qui, quum ista didicissent e suis autoribus, tamen res mutas ac mortuas pro Deo colerent. Verum nec hic quicquam acerbius loquitur. Totam superiorum seculorum amentiam in ipsa tempora reiicit atque in Dei dissimulationem, vt, quicquid hactenus gestum esset, per ignorantiam in qua Deus passus est homines ad tempus caecutire, excusaretur, tantum vt nunc ad coruscantem Euangelii lucem resipiscant. Nec hic ad Athenienses proprie sermonem dirigit, sed quo minus offenderet, in genere loquitur: *Vt omnes*, inquit, *vbique poenitentiam agant.* Ostendit praeteritorum paratam esse veniam ad meliora sese recipientibus. Alioqui instare seuerum iudicium iis qui tantam numinis gratiam aspernarentur. Nec ita loquitur: 'Nos vobis annunciamus instare iudicium, et ad poenitentiam confugiendum', sed: *Deus*, inquit, *annunciat.* Nulla adhuc mentio de Christo, cuius illi nullam habebant notitiam. Naturalis autem docendi ratio a notis capit initium. Hic aduerte, Paulus qui in Epistolis tam sublimi tuba Christi maiestatem personat, quam parce illum attingit; de diuina natura, nulla mentio; de cruce item silentium, quae gentibus erat stultitia. Tantum virum appellat, quem Deus in hoc produxisset, vt per eum illustrata veritate, resipiscentibus gratis daretur venia criminum omnium, increduli iam inexcusabiles iustas darent poenas. Nec hic adducit prophetarum testimonia, sed vnico tantum argumento probat quod dixit, *quod Deus illum a mortuis suscitauit.* Constat quam plurimis illum fuisse mortuum et constat resurrexisse. Hoc argumento fides facta est omnibus. Caeterum *ad resurrectionis mentionem quidam* | LB 1067 *ridebant, alii* modestiores *dicebant: 'Audiemus te de hoc iterum'.* Aliquousque profecit, qui cupit plenius edoceri. Atque hic videtur Apostoli sermo fuisse interruptus, deserentibus ipsum auditoribus. Nec vltra voluit illos vrgere, sed *exiuit*, inquit Lucas, *de medio illorum*, expectans commodiorem occasionem. Atque hoc ipsum factum est Pauli prudentia, quod nec consputus est, nec conuitiis affectus, nec manuum iniectione violatus, sed incolumis discesserit, non tamen absque lucro. Qui ipsi adhaeserunt, eos plenius edocuit, in quibus erat Dionysius Areopagita et mulier nomine Damaris et alii quidam cum eis. Hinc liquet, quantam energiam habeat sermo prudenti mansuetudine temperatus. Possem in aliis Apostolorum orationibus hoc pacto consilium indicare, sed nolo grauare lectorem. Haec ingeniosis suffecerint.

Dicet quispiam: *Ista sunt obsoleta, quid ad horum temporum ecclesiastas?* Fateor posteaquam Christi nomen per vniuersum orbem inclaruit, non est simili temperamento de illo loquendum. Sed multa tamen incidunt concionatoribus, in quibus consimilem in modum et iudicio et consilio sit opus, veluti quum coguntur suam apud populum tueri autoritatem, quod fieri non potest, nisi

dicant aliquid de suis laudibus. At nulla in re fastidiosius est hominis ingenium. Non fert vllam iactantiae speciem, etiam si dicantur verissima atque

178 epistolis *A*: epistola *cett.*

160–161 *praestat simulachris ... a fabro* Cf. *Act.* 17, 29[bc]: "non debemus existimare auro aut argento aut lapidi arte sculpto et inuento hominis numen esse simile" (*LB* VI, 502 B–C); voir *Paraphr.* (*LB* VII, 737 D): "Quid enim absurdius quam quum homo, tametsi nonnullam cognationem habeat cum Deo parente, tamen longissime absit a cognomine Dei, ipsum manibus suis fingere posse statuam quae numen habeat?".

163 *cautione, temperamento* Le premier mot équivaut à "prudentia" (l. 153 et p. 292, l. 70; p. 294, ll. 77 et 105); le 2e est déjà p. 294, l. 81.

164 *culturam* Au sens de "culte" comme dans le texte cité p. 294, l. 87; ce sens est présent Min. Fel. 23, 12; *Hist. Aug.* 3, 5, Lampridius: "dicebat praeterea Iudaeorum et Samaritanorum religiones et Christianam deuotionem illuc transferendam, vt omnium culturarum secretum Heliogabali sacerdotium teneret", passage auquel Er. fait allusion plusieurs fois, non sans confusion avec id. *Alex. Sev.* 29, 2; voir *Coll.*, *ASD* I, 3, p. 630, l. 29.

29 *quatuor illas* Plat. *Rep.* VIII distingue une forme de constitution parfaite et quatre imparfaites: timocratie, oligarchie, démocratie et tyrannie (544 cd); Aristot. *Pol.* III, 7, 3–5 (1279 a 22-b 10) six: trois visant à l'intérêt général, royauté, aristocratie, république (πολιτεία), trois visant des intérêts particuliers, tyrannie, oligarchie, démocratie; à ces types Cic. ajoute la constitution mixte, qui combine les avantages des trois "bonnes" constitutions d'Aristote. Pourquoi Er. ne distingue-t-il pas les formes normales et corrompues pour monarchie et démocratie? On ne peut que former des hypothèses faisant intervenir les réalités contemporaines. (Er. ne connaissait sans doute pas Polybe qu'il ne nomme nulle part, semble-t-il.)

31–32 *in diuersis ... improbetur* Cf. *Adag.* 2555 (Lex et regio), *ASD* II, 6, pp. 370–372: "Admonet prouerbium ... seruiendum et obsecundandum esse moribus regionis in qua verseris. Zenodotus adscribit vnicuique genti suas quasdam esse leges et instituta viuendi. ... Quin hodie non pauciora ingeniorum et morum discrimina. Ad ea quoad fieri potest accommodare sese polypumque piscem imitari non minima prudentiae pars est".

32–33 *in solidum* "Dans sa totalité", expression juridique (Gaius, Ulpien, etc.) déjà présente chez Tac. *Ann.* VI, 17, 2: "Creditores in solidum appellabant" (par opposition à "duas ... partes", les deux tiers).

33–34 *At Ecclesiastica hierarchia* Er. ne précise pas ici en quel sens il prend le mot "Ecclesia" ni quelles sont ces institutions immuables dues au Christ – par opposition aux règlements postérieurs dûs à des hommes.

36 *Iam politica* Sc. "hierarchia", donc le pouvoir politique.

37–38 *propter publicum ... a Deo* Voir *Rom.* 13, 1–2: "Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non enim potestas nisi a Deo; itaque qui resistit potestati Dei ordinationi resistit" (Vulg.); *Annot.*, *LB* VI, 635 D: "Quoniam Paulus intelligebat nonnullos Christianos praetextu religionis detrectare Principum iussa, atque ita futurum vt, ordine perturbato, sursum ac deorsum omnia miscerentur, praecipit vt quibuslibet potestate publica praeditis obtemperent, excepta fidei et pietatis causa. Ipsi quidem Ethnici sunt ac mali, sed ordo tamen bonus, et ob hunc mali quoque Principes nonnunquam ferendi sunt piis hominibus. ... Exigit igitur Apostolus a Christianis vt Tyrannis quoque obsecundent et ferant: veluti quum Tyrannus dicit 'I in carcerem', eant; 'Pone ceruicem', ponant. Etc."; voir aussi (Er. parle d'Apostoli au pluriel) 1. *Petr.* 2, 13–15.

40 *Monarchica* Cet adjectif qui pourrait convenir à toutes les autres hiérarchies, puisqu'elles ont Dieu pour fin et principe, s'explique peut-être par le passage où Lactance, passant en revue les philosophes païens et le nom qu'ils donnent au principe du monde écrit (*Div. inst.* I, 6, 23): "Plato, qui omnium sapientissimus iudicatur, monarchiam plane apertoque defendit nec aethera aut rationem aut naturam, sed, vt est, Deum nominat ...".

verum etiam omne animantium et plantarum genus. Ad haec etiam impios daemones et animas aeternis addictas suppliciis. Haec tametsi per se deformia sunt, tamen admixta illustrant decorum vniuersi demonstrantque summi monarchae iustitiam.

Spiritualis est cuique homini peculiaris, per quam fit ne caro rebellionem moueat aduersus spiritum, contemptis legibus diuinis. De hac Dominus in Euangelio: *Regnum Dei intra vos est.*

His omnibus praesidet summus ille monarcha Deus, conditor, seruator et gubernator omnium, quo vno nihil maius, nihil melius esse possit. Cuius natura vt habet per se, nec ab homine, nec ab angelis comprehendi potest. Nec vlla sunt humana verba quibus proprie de illa loquamur, nec vllae sunt humanae mentis imagines, quae illam vere repraesentent nostro intellectui. Infusus est per omnia, ipse tamen in se manet immensus; complectitur omnia ipse incomprehensus. Condidit et condit omnia in tempore, ipse sine tempore sempiternus, conseruat et gubernat omnia sine sollicitudine, eodem intuitu videt omnia, praesentia, praeterita et futura. Simplicissimus est, nec in eo aliud est sapientia, aliud potentia, aliud bonitas, aliud scientia, aliud misericordia aut charitas, sed haec omnia in illo simplicissima est essentia, ad quam omnia condita quantumuis sublimia si conferantur, nihil sunt. Solus enim vere est, qui in seipso est immutabilis, nec initium habens, nec finem habiturus. Ad hunc igitur ceu fontem omnia referenda sunt, cuius nutu geruntur omnia. Quod mire fit in Veteris Instrumenti voluminibus, in quibus nihil geritur aut dicitur absque mentione Dei. Expedit enim vt Dei nomen frequenter inculcet ecclesiastes, *vt*, quemadmodum ait Apostolus, *sit Deus omnia in omnibus.*

Secus faciunt mundanae philosophiae dediti, qui Deum quodammodo faciunt ociosum ac naturae tribuunt omnia; atque etiam illa quae Sacrae Literae narrant, tanquam praeter communem naturae cursum facta, detorquent ad causas naturales, veluti de quinque ciuitatibus terrae hiatu absorptis, quo loco emersit lacus Asphaltites, bitumen ferens, quem quidam appellant Mare mortuum. Rectius illi qui cuncta asscribunt primariae causae, nec vllum discrimen esse volunt inter miraculum et ea quae fieri videntur naturalibus causis, nisi quod haec quotidie fiunt, illa rarius. Veluti quod mare certis vicibus recedit et accedit, quod fontes sursum scaturiunt, quod sol oritur et occidit, ignis vrit, aqua refrigerat, miraculo tribuunt.

Neque conuenit vt quispiam de illa imperscrutabili natura Dei minus magnifice sentiat, quod Diuina Scriptura nobiscum veluti cum infantibus balbutiens, vt ita loquar, Deo tribuit oculos, aures, manus, brachia, reliquaque

42 *animantium* Synonyme cicéronien de "animal" (Cic. *Fin.* IV, 28; *Nat.* II, 28).

42–43 *impios daemones* Ainsi qualifiés pour les distinguer des "démons" néoplatoniciens (Apulée par ex.) qui vivent dans les parties supérieures de l'air.

44 *admixta ... vniuersi* Cf. Aug. *De libero arbitrio* III, 9, 26: "Etiam peccata nostra necessaria sunt perfectioni vniuersitatis quam condidit Deus"; *Civ.* XI, 23, 3: "sicut pictura cum colore nigro, loco suo posita, ita vniuersitas rerum, si quis possit intueri,

etiam cum peccatoribus pulchra est, quamuis per se ipsos consideratos sua deformitas turpet".

46 *fit ne* Incorrect, au lieu de "fit vt ... non ...".

46–47 *caro ... spiritum* Voir le développement de cette métaphore dans l'*Enchir*., Holborn, "De homine exteriore et interiore", pp. 41–44; on y lit "seditiosa" (42, l. 14), "seditio" (42, l. 29), "seditiosum" (43, l. 25), "rebellis" (43, l. 35), "rebellionem" (44, l. 3).

48 *Regnum ... est* *Lc.* 17, 21.

49 *His omnibus* Les cinq hiérarchies énumérées, ll. 14–48.

51 *vt habet per se* Cf. p. 294, l. 100.

52 *Nec vlla sunt humana* Cf. Ps.-Dion. *La théologie mystique*, ch. 1, § 3 (*PG* 3, 1000-1001).

54–61 *Infusus ... habiturus* Il est bien difficile de vouloir chercher une source à chacune de ces propositions, qui sont présentes en substance chez maint Père de l'Eglise ou docteur scholastique, sans oublier Boèce. On peut noter qu'il n'est pas question ici du Dieu proprement chrétien puisqu'il n'est pas fait mention de la Trinité; même les mots *sapientia, potentia, bonitas* ne peuvent être considérés comme une allusion aux trois personnes car ils sont suivis d'autres noms et leur ordre n'est pas celui des personnes (il y aurait dans ce cas: "potentia", "sapientia", "bonitas"). On a successivement: Dieu et l'espace (ll. 54–55), Dieu et le temps (ll. 55–57), les "attributs" et l'essence de Dieu, qui ne sont pas distincts (ll. 57–60), Dieu seul *est* au plein sens de ce terme.

61–62 *Ad hunc ... omnia* Les autres êtres. Cette phrase ne fait pas double emploi avec les ll. 55–56 ni avec l. 60. Car plus haut il s'agissait de Dieu (les créatures n'étaient évoquées que pour éclairer sa nature), ici le point de vue est inverse (il s'agit des créatures incompréhensibles hors de leur rapport à Dieu).

63 *Instrumenti* Traduction de διαθήκη "acte d'enregistrement" (d'un accord, d'une convention), peut-être plus fidèle que l'usuel "Testamentum", puisqu'il s'agit de l'Alliance entre Dieu et son peuple.

65 *vt ... in omnibus* 1. *Cor.* 15, 28.

66 *mundanae philosophiae* Par opposition à la "philosophia coelestis" qui est la "philosophie" révélée, celle du Christ, il s'agit des philosophies élaborées par les hommes. Cf. "Philosophos mundi" (*Explan. symboli*, *ASD* V, 1, p. 209, l. 93).

67 *ociosum* Car il est la cause finale, mais dans le *Timée* Dieu (le Démiurge) est aussi cause efficiente.

naturae ... omnia Mais pour les Stoïciens Dieu est Providence et il n'y a pas de distinction réelle entre Dieu et la nature.

68 *tanquam ... facta* Les miracles – dont Er. dit l. 73 qu'ils ne sont différents des événements naturels que par leur rareté. Voir aussi *Explan. symboli*, *ASD* V, 1, p. 262, ll. 653–657: "Quumque tot miracula quotidie cernamus in rebus naturae, ex minutissimo semine surgere vastam arboris molem, ex cicada iam vetula abiecto exuuio prouolare recentem, ex moribunda eruca prosilire suculentum ac volucrem papilionem, quur videatur quicquam incredibile, quod praeter naturae leges facit omnipotens?".

68–69 *detorquent ... naturales* Er. lui-même explique par la force de l'imagination des "miracles" comme les stigmates: pp. 90–91, ll. 748–752.

69–71 *quinque ... Mare mortuum* La Bible ne parle que de Sodome et Gomorrhe détruites par la pluie de soufre et de feu (*Gn.* 19, 24–25) sans dire mot de la mer Morte. Ios. évoque les restes de "cinq villes" de la terre de Sodome (*Bell.* IV, 4, 8, 4 ed. Naber, coll. Teubner).

70 *lacus Asphaltites* C'est l'expression qui désigne la mer Morte chez Ios. loc. cit.; Plin. *Nat.* VII, 65.

71 *primariae* "Première" en dignité et grandeur; l'adj. est cicéronien.

71–75 *illi ... tribuunt* On peut penser à Pomponazzi *De naturalium effectuum causis, siue De incantationibus* (écrit en 1520); Er. a pu en avoir connaissance par ouï-dire; davantage il a pu entendre parler de la pensée de Pomponazzi quand il était à Venise en 1507–1508. Mais on ne peut apporter aucune preuve, Pomponazzi n'est pas nommé dans l'œuvre ni la correspondance.

75 *miraculo tribuunt* Cela revient au même de nier le miracle et de voir en tout un miracle: c'est rejeter la distinction entre miracle et phénomène naturel.

76 *imperscrutabili* Le mot est dans Hil. *Trin.* XI, 47, *PL* 10, 430 C; Cassiod. *Hist. ecclesiast.* I, 14, *PL* 69, 912 A.

78 *balbutiens* Cf. p. 176, l. 499; le mot suggère que Dieu se met à la portée des humains, appliquant lui aussi le principe rhétorique de l'"accommodatio" (Quint. *Inst.* XI, 1).

78–80 *Deo tribuit ... poenitentiam* Cf. p. 180, ll. 590–594; Ps. Dion. *Epist.* 9, *PG* 3, 1105 B.

LB 1073 membra hominis. Item quod tribuit illi af|fectus humanos, iram, odium, poenitentiam, aut quod eum vocabulis rerum conditarum interdum designat, veluti quum solem appellat aut lapidem aut leonem, qua de re superiore libro nobis dictum est. De Deo proprie negantur omnia, nihil de eo proprie praedicatur, etiam quum vita dicitur aut mens aut pater aut Deus denique si Dionysio credimus. At ineffabilis illa maiestas, quatenus homini phas est, per fidem creditur magis quam intelligitur, sed in illo arcano silentio, vbi conticescunt omnes humani intellectus imagines. *Credendo*, vt ait quidam, *intelligitur, adorando enarratur.*

Rursus non officit simplicissimae naturae Dei, quod audimus eam tribus personis esse distinctam, Patris, Filii et Spiritus Sancti, quum tribus sit vna eademque indiuidua essentia ac proinde vnus sit Deus. Vnum enim sit oportet, quod simpliciter summum est.

Patris persona inuisibilis dicitur, quod in nulla specie visibili legitur vnquam apparuisse, quum Filius apparuerit in corpore humano in eandem personam assumpto, Spiritus Sanctus in specie columbae et linguarum ignearum, licet eas res non assumpserit, vt Filius naturam humanam, sed tantum vt signum adhibuerit. Patris itaque persona simplicissime est simplex. Filii persona tribus constat naturis, diuina quam eandem habet cum Patre et Spiritu Sancto, anima humana et corpore humano: sic enim conueniebat, vt medius esset inter Deum et homines. Pater autem cui summa est autoritas, per Filium redemit Ecclesiam, per Spiritum Sanctum gubernat.

Deus tametsi nullius eget, tamen omnia creauit propter se. Siquidem hic est finis omnium rerum conditarum, vt cognoscant et glorificent conditorem suum. Praesidet igitur in omnibus hierarchiis idem, sed non eodem modo.

In coelesti praesidet et vtitur angelis ministris, ibi sine intermissione concordi omnium voce celebratur et glorificatur.

In ecclesiastica praesidet et vtitur angelis suis, hoc est, episcopis, prophetis et doctoribus. Haec autem vt aspirat ad illam coelestem Hierosolymam, ita pro viribus illam imitatur, per fidem contemplans faciem Dei, et si non iugibus, tamen frequentibus hymnis glorificans Principem suum, quanquam hic interim nostrae cantilenae suspiriis ac lachrymis permixtae sunt, aliisque necessitatibus variis interrumpuntur.

Praesidet in hierarchia politica tanquam externorum quoque bonorum autor, ad publicam tranquillitatem bonis magistratibus vtens, malis abutens. Et in hac est nonnulla coelestis illius hierarchiae imago, licet obscurior et, vt ita loquar, crassior.

Praesidet in ea quam monarchicam diximus, tanquam conditor et gubernator vniuersi, in qua etiam illa quae vocem non habent, ipso conspectu suo loquuntur potentiam, sapientiam ac bonitatem conditoris sui. Nam iuxta sermonem euangelicum ille pascit passerculos, ille vestit lilia, ille solem suum

89 *post* quum *add. BAS LB* his.

81 *solem ... leonem* Voir livre II, *ASD* V, 4, p. 454, l. 137; Ps. Dion. *De diuinis nominibus* 1, 6, *PG* 3, 596 C.

82–84 *De Deo ... Dionysio credimus* Ps. Dion. op. cit., 596 A–596 C; id. *Theol. myst.* 1, *PG* 3, 1000 BC; 3, *PG* 3, 1033 BC.

85 *silentio* Id. 1033 C.

86–87 *Credendo ... enarratur* La première partie de la phrase repose sur *Is.* 7, 9: "Nisi credideritis, non intellegetis", paraphrasé par Aug. *Epist.* 120, 1, 3, *PL* 33, 453: "prius credamus, vt id quod credimus intellegere valeamus"; *Enarr. in Ps.* 118, 18, 3, *PL* 37, 1552; *Sermo* 43, 6, 7, *PL* 38, 257: "Crede vt intelligas". Mais on n'a pu retrouver l'auteur de la formule d'Er. qui va au-delà, puisqu'elle semble faire de la foi non pas un prélude à la compréhension, mais son substitut.

88–91 *non officit ... summum est* Voir Ps. Dion. *De diuinis nominibus* 13, 3, *PG* 3, 980 B, 981 A.

92 *inuisibilis dicitur* Aug. *Sermo* 215 "In redditione symboli", *PL* 38, 1072–1076, cité dans Denzinger-Schönmetzer, § 21: "[Credimus] in Deum Patrem omnipotentem, vniuersorum creatorem, regem saeculorum, immortalem et inuisibilem".

nulla ... legitur Dans la Bible; on pourrait objecter que Dieu s'est montré à Moïse (*Ex.* 24, 15–18).

94 *columbae* *Mt.* 3, 16; *Ioh.* 1, 32.

94–95 *linguarum ignearum* *Act.* 2, 3.

97 *tribus ... naturis* Cf. livre III, p. 276, ll. 680–681; ci-dessous, p. 365, l. 73.

102–103 *finis ... conditorem suum* Cf. Lact. *Div. inst.* VII, 6, 1, mais cela s'applique aux humains. On peut considérer *glorificent ... suum* comme une généralisation de "Coeli enarrant gloriam Dei" (*Ps.* 18, 2) mais prendre à la lettre *vt cognoscant ...* impliquerait une sorte de panpsychisme puisque cela reviendrait à reconnaître à toutes les "res conditae" la capacité de connaître. Il faut sans doute se borner à voir là une inadvertance d'Er. car nulle part ailleurs il ne suggère une telle doctrine et on ne voit pas chez lequel de ses contemporains ou prédécesseurs il aurait pu la rencontrer.

104 *ministris* Grammaticalement attribut de *angelis*. Cf. Chrys. *Hom.* 3, 2, *PG* 63, 30.

105 *celebratur et glorificatur* Voir *Ps.* 148, 2; 103, 20, etc.

106 *angelis* Er. restitue au mot son sens étymologique: "messagers", "envoyés".

prophetis C'est-à-dire ceux qui expliquent la Parole de Dieu, l'Ecriture; voir livre I, *ASD* V, 4, p. 162, l. 587: "Prophetas appello quicunque e Scripturarum oraculis Domini voluntatem annunciant populo, etc.", pp. 182–184, ll. 965–967, etc. En ce sens l'auteur des *Annot.* et des *Paraphr.* est un prophète.

107 *doctoribus* Les docteurs, c'est-à-dire professeurs de théologie, placés après les commentateurs de l'Ecriture.

Haec La hiérarchie ecclésiastique, en limitant Eglise à l'Eglise militante, terrestre.

coelestem Hierosolymam L'Eglise triomphante, celle des élus; *Hebr.* 12, 22; *Paraphr.*, *LB* VII, 1195 D: "ad ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem coelestem, vbi pax est aeterna".

108 *illam* La hiérarchie céleste (l. 104).

108–109 *si non iugibus* Comme les hymnes des anges et des élus.

109 *hymnis* Voir *Eph.* 5, 19 avec *Annot.*, *LB* VI, 854 D: "psalmus et hymnus vtrumque Graecum est. Illud significat 'cantionem', hoc 'laudem' sed proprie Dei".

Principem suum Le Christ, tête de l'Eglise.

111 *necessitatibus* Sont à ranger dans le même ensemble que *suspiriis ac lachrymis* comme l'impose *aliis*; ce sont les situations de souffrance et de misère comme dans *Ps.* 24, 17; 106, 6 et surtout 2. *Cor.* 6, 4: "in necessitatibus, in angustiis" et 12, 10: "in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis".

112 *externorum bonorum* Dans la classification banalisée après Aristot., il y a les biens de l'âme, ceux du corps et les biens extérieurs (rang, richesse, renommée, etc.).

113 *malis abutens* "Utilisant de façon détournée", par ex. pour punir les peuples. Voir plus loin, p. 318, l. 143.

114 *nonnulla ... imago* L'obéissance aux magistrats et aux souverains est une image de la soumission à Dieu.

117 *ipso conspectu suo* Au sens passif: la vue que l'on prend d'elles.

118 *potentiam, sapientiam ac bonitatem* Cette répartition traditionnelle a été entérinée par Léon XIII (Denzinger-Schönmetzer, § 3326); cf. ci-dessous, ll. 158–160. Voir en chaque créature la marque de la puissance, de la sagesse et de la bonté divines implique une conception finaliste des choses; voir livre II, *ASD* V, 4, p. 388, l. 543 sq. et p. 391, l. 604 sq.

119 *passerculos* *Mt.* 10, 29.

lilia *Mt.* 6, 28; *Lc.* 12, 27.

iubet oriri, ille pluuiam foecundandis agris effundit. Quin et ipse Tartarus et impiorum spirituum cohortes ipsa re praedicant inuictam eius potentiam, cui nemo potest resistere, veritatem in promissis, iustitiam in praemiis, bonitatem in eos quos a tantis malis misericorditer seruauit et ad tantam felicitatem elegit.

Denique praesidet singulariter in pectoribus hominum piorum per spiritum suum, consolans eos in afflictionibus, corroborans in tentationibus, perficiens charismatibus spiritualibus. Et hic laudatur, dum pro laetis pariter ac tristibus aguntur illi gratiae. Quemadmodum autem vniuersus mundus, velut vnum est animal, ita singulus homo veluti parua quaedam ciuitas est, siue parua Ecclesia. Quod in illa est episcopus, hic est ratio; quod illic est populus, hic sunt affectus.

Omnes hae politiae aliqua ex parte referunt imaginem illius coelestis, in qua summus est ordo summaque concordia. Habemus igitur quatuor personas, Patrem conditorem et autorem omnium veluti fontem supremum, Filium
LB 1074 redemptorem, Spiritum Sanctum gubernatorem, et Christi corpus Ec|clesiam. Quanquam enim Christus et Ecclesia vna quodammodo persona est, tamen ad docendum accommodatius est eam distinguere. Hae tamen omnes in vnum tendunt. Quemadmodum enim Pater, Filius et Spiritus Sanctus natura sunt vnum, ita qui per fidem et charitatem Christi membra sunt, per illum in Trinitatis vnionem quatenus licet assumuntur. Hic igitur habemus exemplum summae concordiae.

Nunc ad contraria veniendum. Deo monarchae oppositus est princeps tenebrarum, non rex sed tyrannus, cuius malitia Deus abutitur ad exercendos electos ac puniendos impios. Quemadmodum autem Deus est fons et autor omnium bonorum, ita Satanas princeps et pater est omnium malorum; non quod sint duo summa principia, quemadmodum delirant Manichei, aut quod vlla substantia per se sit mala, sed quod, sicut ipse Satanas, bene conditus a Deo, sua peruersa voluntate degenerauit in malum, ita res alias, a Deo bene conditas, quantum potest vitiat et corrumpit. Porro quum vnus sit, tamen tres personas diuinas refert in diuersum. Pater condidit omnia bona, hic quantum potest corrumpit omnia condita. Et sicut ille habet angelos quorum ministerio vtitur ad salutem hominum, ita hic habet impios daemones, per quos sollicitat homines ad peccandum. Filius redemit collapsum genus humanum, hic vt primos homines pertraxit in ruinam, ita quotidie totis viribus in hoc incumbit, vt redemptos retrahat in seruitutem. Item sicut Christus est caput Ecclesiae, ita hic habet sua membra suumque corpus in quo regnat. Iam sicut Spiritus Sanctus per fidem in Christum purificat corda mortalium, ita hic per diffidentiam ac rebellionem inquinat hominum mentes. Rursus Patri tribuitur summa potentia ad seruandum, Filio summa sapientia ad redimendum, Spiritui Sancto summa bonitas ad gubernandum. In hoc summa potestas ad laedendum, nisi nutu Dei refrenaretur, item pro summa sapientia est summa astutia ad perdendum, summa malitia ad seducendum ac turbandum ordinem.

120 *iubet oriri* *Mt.* 5, 45.
pluuiam *Mt.* 5, 45.
Tartarus Ce mot païen surprend dans un tel contexte.
122 *promissis* *Mt.* 25, 31–46; les *praemiis* sont à la fois les récompenses et les châtiments.
125 *Denique* Cf. p. 314, ll. 46–48.
125–126 *spiritum suum* Cet "esprit de Dieu" n'est pas le Saint Esprit.
126 *consolans* Cf. 2. *Cor.* 1, 4: "Deus omnis consolationis, consolans nos in omni afflictione nostra" (trad. Er.); le mot "afflictio" n'est jamais au pluriel dans la Vulgate.
corroborans Cf. *Eph.* 3, 16: "... vt fortitudine corroboremini per Spiritum suum in internum hominem"; *Lc.* 22, 28: "Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus".
perficiens "Rendant parfait"; cf. *Mt.* 5, 48: "Eritis igitur vos perfecti, quemadmodum pater vester qui est in coelis, perfectus est" (trad. Er.).
127 *charismatibus* 1. *Cor.* 12, 31: "aemulamini autem charismata maiora" (Vulg.); Er. traduit: "Sectemini vero dona potiora" et annote (*LB* VI, 722 E): "Hic 'charismata' reliquit vocem Graecam. Diuus Hieronymus aduersus Iouinianum libro secundo, vertit 'dona' malens Latine loqui quam Graece"; le mot χάρισμα se trouve en *Rom.* 1, 11 (Vulg. "gratia"; Er. "donum"); 5, 15 (donum); etc. etc. On rencontre χάρισμα πνευματικόν en *Rom.* 1, 11. Cf. p. 366, l. 101.
hic C'est-à-dire "in pectoribus hominum piorum" (l. 125).
laetis ... tristibus Au neutre: les événements heureux et malheureux; cf. *Eph.* 5, 20 ainsi paraphrasé (*LB* VII, 986 D): "Quicquid enim vobis acciderit, seu laetum, seu triste, laetum a propitio Deo, triste a consulente vestrae saluti, semper oportet pro omnibus gratias agere".
128–129 *vniuersus ... animal* Dans le *De coelo* II, 2, 285 a 29 Aristote dit que l'univers est ἔμψυχος.
129–131 *singulus homo ... affectus* Image longuement développée dans l'*Enchir.*, Holborn, pp. 42, l. 14–44, l. 16.
132 *politiae* Apparaît comme synonyme de "hierarchiae"; ce mot grec est employé par Cic. *Div.* I, 60.
133–134 *quatuor personas* Cela semble propre à Er. de mettre l'Eglise, corps dont le Christ est la tête, sur le même plan que les trois personnes de la Trinité.
137 *eam* Sc. "Ecclesiam".
139–140 *in Trinitatis ... assumuntur* Cf. *Paraphr. in Ioh.* 1, 14 (*LB* VII, 503 E): "Nec mirum si homo transformatur quodammodo ad diuinae naturae consortium, cum Sermo diuinus sese hac gratia demiserit vt nostram carnem, hoc est, mortale corpus assumeret ex virgine, etc.".
146 *Manichei* Er. les connaît par Aug. qui fut l'un d'eux et écrivit contre eux par la suite plusieurs traités. Cf. *Conf.* V, 3, 6 "delirans".
147 *vlla substantia ... mala* Là encore Er. suit Aug. pour qui le mal n'est rien de positif, mais seulement le choix d'un moindre bien, par ex. *De libero arbitrio* II, 19, 53.
bene conditus C'est-à-dire: créé comme un bien.
150 *personas ... in diuersum* "Il imite (ressemble à) chacune des trois personnes de la Trinité"; ces modes de ressemblance sont aussitôt expliqués.
151 *angelos ... ministerio* Voir p. 316, l. 104.
155 *redemptos* Participe substantivé; ce passage suggère une interprétation de la Rédemption comme rachat des âmes à Satan (*Gramm. rhét.*, p. 610).
156 *corpus* Voir p. 339, n.l. 540.
157 *purificat* Son sens équivaut à "iustificat" (voir p. 307, n.l. 375).
157–158 *diffidentiam* Voir *Eph.* 2, 2: "spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae" (Vulg.); Er. (*LB* VI, 837 C): "in filiis inobedientiae, siue immorigeris, aut, vt vertit Cyprianus, contumacibus", c'est cette dernière traduction qu'il choisit; voir aussi *Eph.* 5, 6; la *Paraphr.* du premier passage (*LB* VII, 976 B) développe: "his qui, diffisi promissis euăngelicis, summam felicitatis collocant in rebus visibilibus ac fluxis; nec audiunt Deum Patrem ad veram felicitatem inuitantem, malentes impio crudelique seruire Domino, cui quondam seruistis".
158 *rebellionem* Le mot "rebellis" est absent du Nouveau Testament où l'on trouve seulement "inobedientia": *Rom.* 5, 19; 2. *Cor.* 10, 6; *Hebr.* 2, 2; la *Paraphr. in Rom.* (*LB* VII, 794 B–C) emploie "non obtemperat" et "transgressionis"; celle de 2. *Cor.* (*LB* VII, 933 B): "Quod si quis obstinate rebellet, etc.".
159–160 *potentia*, *sapientia*, *bonitas* Cf. p. 316, l. 118.
160 *potestas* Semble une imitation caricaturale de *potentia*, comme *astutia* (l. 161) de *sapientia*, tandis que *malitia* (l. 162) est l'opposé de *bonitas*.
162 *seducendum* "Emmener à l'écart" (sans complément).

Spiritus omnia conglutinat ac continet, hic omnia quae potest dissoluit ac dissipat.

LEX

Ad haec in omni republica bene instituta primam autoritatem obtinent leges, quae quo sunt aequiores, hoc melior est ciuitatis status. Proximus igitur locus dabitur Legi diuinae, qua nihil iustius, nihil sanctius, nihil salubrius. Ab optimo data est optima, quemadmodum a Satana pessimo pessimae leges veniunt, ex diametro pugnantes cum Legibus diuinis. Haec est lex carnis, cuius satelles peccatum, stipendium mors.

Legis autem nomen multifariam accipitur in Literis Arcanis. Interdum pro parte Legis, quae typos et ceremonias continet, velut in Euangelio: *Lex et prophetae vsque ad Ioannem*. Neque enim praecepta Decalogi per Christum antiquata sunt, sed quemadmodum prophetas appellat, non totam scripturam prophetarum, quae multa praecepta continet euangelica, sed vaticinia tantum de Christo venturo, quae non aliter cessarunt quam cessat promissio, eo iam exhibito quod promittebatur. Interdum vsurpatur pro praeceptis supplicium minantibus violatori, de qua Paulus: *Lex iram operatur*, quam alibi vocat legem operum, cui opponitur lex fidei siue lex gratiae, quae gratis promittit iustitiam per fidem in Christum. Dei voluntas certissima regula est honesti atque inhonesti. Hanc voluntatem suam expressit nobis per Scripturas Canonicas, quarum est inuiolabilis autoritas. Totum autem hoc Scripturarum corpus interdum appellatur Lex diuina, complectens Vtriusque Testamenti volumina. Quemadmodum autem Ioannes Baptista clausula fuit Veteris Legis, duntaxat secundum eam partem quam cessare diximus, et initium Nouae, ita Epistolae Apostolorum catholicae Nouo Instrumento finem imponunt. Hactenus enim consistit irrefutabilis autoritas. Caetera cum iudicio recipienda sunt et ad diuinam regulam examinanda. |

LB 1075 Lex Dei semper eadem est, quemadmodum Dei voluntas est immutabilis. Varie tamen exhibita est pro ratione temporum et personarum. Quod ad hominem pertinet quatuor tempora spectanda sunt, conditi, lapsi, restituti et perfecti.

Condito data est lex: '*ne comedas, si comederis ilico morieris*'. Quemadmodum angelis conditis data est lex, vt seruirent conditori suo, qua violata collapsi sunt irrecuperabiliter. Ac statim in paradiso lex Satanae pugnare coepit cum lege diuina: '*Comedite, si comederitis non moriemini, sed eritis sicut dii*'. Hic homo primum suo ingenti malo expertus est Satanam esse mendacem, Deum

182 atque *O*: aut *BAS LB*.

163–164 *conglutinat, continet, dissoluit, dissipat* Ce sont les préfixes qui ont le plus d'importance; les deux premiers verbes développent l'idée d'*ordinem*, les deux derniers paraphrasent *seducendum*. Mais cet ordre est fondé sur la *bonitas*, sur la *caritas* mutuelle et envers Dieu.

166 *primam ... leges* Cf. Cic. *Leg.* I, 6, 19: "a lege ducendum est iuris exordium. Ea est enim naturae vis, ea mens ratioque prudentis, ea iuris atque iniuriae regula".

170 *lex carnis* Cf. *Enchir.*, Holborn, p. 47, ll. 30–35 et p. 48, ll. 1–2 citant *Rom.* 8, 13: "si secundum carnem vixeritis, moriemini"; p. 84, l. 18 oppose "in lege carnali" et "in lege spiritali".

171 *satelles* Le compagnon, l'accompagnateur.

172 *Arcanis* "Secrètes", "mystérieuses", c'est-à-dire contenant la Révélation: l'Ecriture.

173 *typos* Voir ci-dessus, livre III, p. 240, l. 920 sq.

ceremonias Voir, entre autres, *Enchir.*, Holborn, p. 84, ll. 2–36 avec deux citations d'*Is.*, 58, 1 et 2–5.

173–174 *Lc.* 16, 16; *Mt.* 11, 12–13; la Loi est celle du Pentateuque; Jean est Jean-Baptiste, le dernier des prophètes, précurseur du Christ.

174–175 *Neque ... antiquata sunt* *Mt.* 5, 17–18: "Ne existimetis quod venerim ad destruendam Legem ac Prophetas; imo non veni vt destruam, sed vt compleam" (trad. Er.).

174 *Decalogi* *Ex.* 20, 2–17; ce sont les dix commandements.

175 *sed quemadmodum ... appellat* L'Ecriture donne le nom de Loi, quelquefois, à ce qui n'est qu'une partie de la Loi et qui est devenue inutile par la venue du Christ: les types n'ont plus de rôle ni les cérémonies, tandis que subsiste l'autre partie de la Loi, constituée par le Décalogue et les préceptes non cérémoniels. De même l'Ecriture appelle prophètes, quelquefois, les prédictions de la venue du Christ contenues dans le texte des Prophètes; étant réalisées, elles ne servent plus à rien, comme une promesse qui a maintenant été tenue.

178 *vsurpatur* A pour sujet *Legis nomen* (l. 172).

178–179 *supplicium minantibus violatori* "(Les préceptes) qui menacent du supplice celui qui les viole".

179 *Rom.* 4, 15[a]; *Paraphr.*, *LB* VII, 790 B: "Tantum enim abest vt Mosi Lex tam eximiam felicitatem praestare possit, vt iram magis et indignationem inducat aeterni Numinis, dum grauioris offensae ministrat occasionem. Fides contra, ex impio iustum reddit".

180 *legem operum* *Rom.* 3, 27: "Per quam legem? Operum? Non: imo per legem fidei".

lex fidei siue ... gratiae Outre la citation précédente, voir p. 306, l. 375.

181 *Dei voluntas ... regula* Cette thèse "volontariste" est déjà exprimée livre II, *ASD* V, 4, p. 297, ll. 181–183. En sens contraire: *Inst. princ. christ.*, *ASD* IV, 1, p. 174, l. 245 sq.: "Non postulat sibi licere Deus, vt secus agat quam honesti dictat ratio, quod si faceret iam nec Deus esset".

182–183 *Scripturas Canonicas* Voir ci-dessus, p. 256, l. 267 sq.

185 *clausula* Cf. la citation ll. 173–174.

186 *cessare diximus* C'est-à-dire "typos et ceremonias" (l. 173) et "vaticinia" (l. 176).

187 *Epistolae ... catholicae* Les sept Epîtres non-pauliniennes: une de Jacques, deux de Pierre, trois de Jean, une de Jude. L'expression est employée par Eusèbe de Césarée et par Jérôme; on ignore dans quel sens originel. Voir Oscar Cullmann, *Le Nouveau Testament*, Coll. Que sais-je?, 1966, p. 90.

187–188 *Hactenus* Le mot a-t-il un sens temporel? mais alors il suggérerait que cette autorité pourrait être ébranlée à l'avenir, ce qui est en contradiction avec *irrefutabilis*. On peut donc penser à un autre sens: "jusqu'en ce point (de l'Ecriture)", cf. ll. 185–187; ce qui serait suggéré, ce serait alors qu'une bien moindre autorité s'attache à l'*Apocalypse*.

189 *diuinam regulam* Exprimée dans: *Evangiles*, *Actes*, *Epîtres* de Paul.

191 *pro ratione ... personarum* C'est le principe rhétorique du decorum et de l'accommodation (Quint. *Inst.* XI, 1) employé par Dieu!

192–193 *conditi ... perfecti* Ces quatre participes se rapportent à "hominis", sous-entendu, qui se tire de *hominem* et dépend de *tempora*.

194 *Condito* Sc. "homini".

ne comedas ... morieris *Gn.* 2, 17.

196 *irrecuperabiliter* Le mot est chez Acron, commentateur d'Hor. *Ars* 452. Er. n'explique pas pourquoi, alors que les anges ont été créés libres. D'ailleurs la *Gn.* ne parle point de la création des anges.

197 *Gn.* 3, 5.

198 *primum* "Pour la première fois".

Satanam ... mendacem Cf. *Ioh.* 8, 44: "Quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est atque eius rei pater" (trad. Er.).

veracem; simulque didicit quid sit negligere legem Dei, et obtemperare legibus Satanae.

Secundum tempus est exilii, in quo multis seculis vixerunt homines absque praescriptis legibus, sed tantum lege naturae, quae nondum erat tam grauiter vitiis obscurata quam fuit progressu temporum. Nec huic legi defuit gratia Dei, suggerens piis, si quid forte naturae deesset.

Lex autem naturae latissime patet. Ea quippe viget in omnibus rebus conditis, etiam in his quae sensu carent aut ratione, veluti corpora coelestia tot annorum milibus obeunt praescripta munia. Maria, flumina, fontes, plantae et omne animantium genus, suae quodque naturae legibus obtemperant, quia carent libero arbitrio. Soli angeli et homo, quoniam data est libera voluntas, corruerunt suo vitio, non conditoris. Quod enim datum erat ad felicitatis incrementum sibi verterunt in exitium. Quod si quando caetera creatura videtur oblita legum suarum, hoc est, quum sol lunae obiectu aut densis nubibus tectus subducit diem, quum ex syderum infausto concursu nascuntur pestes mortalibus, quum mare egressum limites suos exundat in vicos et vrbes, quum aer ad vitam datus pestilenti afflatu adfert mortem, quum animalia quae dominio hominis subiecta sunt, impetunt homines, nimirum hinc est quod omnia quodammodo per hominis peccatum vitiata sunt simulque cum homine congemiscunt ac laborant, expectantia reuelationem filiorum Dei, quemadmodum docet Apostolus. Et tamen quoties creatura saeuit in homines, quoniam id facit nutu conditoris a quo gubernatur, non recedit a lege diuina.

Post haec iam increscente hominum malitia ac lege naturae propemodum obliterata, successit Lex per Mosen data, quae nominatim ostenderet, quid nephas esset, quid phas et ab illis poena deterreret, ad recta praemiis inuitaret. Vulgus enim existimabat sibi licere colere varios deos quos sibi finxerat hominum superstitio, quemadmodum et ritus varios sibi finxit. At Lex Mosi clamat: '*Vnum deum coles*', et coles his ritibus. Qui laesus erat, putabat sibi licere occidere inimicum. Sed reclamat Lex: '*Non occides*'. Quod commissum est, Lex vlciscetur, non homo. Itidem qui vehementer amabant, persuaserant sibi licere quod libebat. Reclamat Lex: '*Non moechaberis, non facies furtum, non concupisces aliena*'. His cancellis cohibita est hominis natura, ne prolaberetur in omnem impietatem.

Postquam vero et hoc Dei donum hominum impietas sibi verterat in materiam grauioris damnationis, nouissimis temporibus data est Lex euangelica, quae per fidem et gratiam daret salutem, sub qua militamus auxiliante Christo, donec parta victoria ad perpetuum triumphum recipiamur in coelos. Illic nulla est infelicitas quae pugnet aduersus Legem Dei, nulla est rebellio.

Omnium harum legum autor est Deus, sed Vetustae Legis minister fuit

226 Mosi *O BAS*: Mosis *LB*.

198–199 *Deum veracem* *Rom.* 3, 4: "Est autem Deus verax".

201 *exilii* Hors du jardin d'Eden (*Gn.* 3), de la proximité de Dieu, de l'état de grâce parfaite. *multis seculis* Ablatif de durée, voir Ernout-Thomas, p. 111, § 133.

202 *quae* A pour antécédent *naturae.*

204 *si quid* Equivaut à un relatif indéfini: "quodcumque". Cette affirmation évoque le *Coll.* 'Conuiuium religiosum', *ASD* I, 3, p. 251, l. 614 sqq., en particulier ll. 616–619: "nonnunquam offendo quaedam vel dicta a veteribus vel scripta ab Ethnicis, etiam poetis, tam caste, tam sancte, tam diuinitus, vt mihi non possim persuadere, quin pectus illorum, quum illa scriberent, numen aliquod bonum agitauerit. Et fortasse latius se fundit spiritus Christi quam nos interpretamur".

210–211 *Quod ... incrementum* Affirmation destinée à "innocenter Dieu" de la chute; mais 1) Dieu n'avait-il pas créé l'homme dans un état de bonheur aussi parfait que le comportait sa nature? 2) Comment le libre-arbitre lui permettait-il d'accroître cette béatitude? Er. ne cherche pas à répondre à ces questions.

212 *sol ... obiectu* Eclipse de soleil.

213–214 *ex syderum ... mortalibus* Cette partie de l'astrologie était admise par l'Eglise qui refuse seulement l'astrologie qui prétend expliquer la destinée de l'individu par l'influence des astres, niant ainsi le libre-arbitre; voir quelques références dans *Gramm. rhét.*, p. 45, n. 48.

214–215 *mare ... vrbes* Phénomène qu'Er. a pu voir dans son pays natal.

215 *pestilenti afflatu* Er. a rencontré la peste à Paris pendant l'été 1500, ce qui l'amena à se réfugier à Orléans du début de sept. à la mi-déc. (Allen, Epp. 129–140); à Bologne en 1506 (Allen, Ep. 296, l. 178).

216 *animalia ... subiecta sunt* *Gn.* 1, 26 et 28.

217–218 *omnia ... vitiata sunt* Idée développée par Aug. *Contra Iulianum Pelagianum* I, 25 (*PL* 44, 657), *Opus imperfectum contra Iulianum* III, 147 (*PL* 45, 1307).

218–219 *expectantia ... Apostolus* *Rom.* 8, 19: "Sollicita creaturae exspectatio exspectat vt palam fiant filii Dei" (trad. Er.); "expectatio creaturae reuelationem filiorum Dei expectat" (Vulg.). *Paraphr.*, *LB* VII, 803 A: "Hoc tempus interim vniuersa haec Mundi fabrica exspectat, velut optans eum diem, quo iam absoluto numero filiorum Dei, patefiat illorum gloria, qui dum onerati adhuc mortali corpore, fame, siti, morbis, doloribus variisque malis affliguntur, videtur et ipse mundus aliquo modo particeps infelicitatis humanae, propterea quod terra, aqua, aer, ipsa corpora coelestia, denique et ipsi Angeli in hoc praecipue condita sunt, vt hominum necessitatibus obseruiant".

222 *Post haec* Troisième période, annoncée par *restituti* (l. 192) bien que ce mot fasse plutôt penser à la "philosophia Christi": "Quid autem aliud est Christi philosophia, quam ipse renascentiam vocat [*Ioh.* 3, 3], quam instauratio bene conditae naturae?" (*Paraclesis*, Holborn, p. 145, ll. 5–7).

224 *illis* Reprend avec une syllepse de nombre *quid nephas esset.*

227 *Vnum deum coles* *Ex.* 20, 3.
his ritibus *Ex.* 20, 22–26.

228 *Non occides* *Ex.* 20, 13.

229 *Lex vlciscetur* *Ex.* 21, 12 sq.
amabant "Etaient amoureux", sens présent chez Ter. *Andr.* 191.

230 *licere ... libebat* Cf. *Hist. Aug.* Ael. Spart. *Vit. Ant. Carac.* 10, 2: "quae cum esset pulcherrima et quasi per neglegentiam se maxima corporis parte nudasset dixissetque Antoninus: 'vellem, si liceret', respondisse fertur: 'si libet, licet'". Ces deux verbes sont associés p. 306, l. 376 sq.

230 *Non moechaberis ... furtum* *Ex.* 20, 14–15.

230–231 *non concupisces aliena* D'après *Ex.* 20, 17: "non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum nec omnia quae illius sunt".

231 *cancellis* "Barreaux, grille".

234 *nouissimis temporibus* "Dans les temps derniers"; c'est la quatrième période indiquée l. 193 *perfecti*; Er. ne dit pas ici quels étaient les rapports entre cette loi et la loi de nature; voir citation l. 222.

235 *per fidem ... salutem* Cf. ci-dessus, p. 306, l. 375; p. 320, l. 180.
militamus Fait évidemment allusion à l'Eglise militante (cf. p. 312, l. 19).

236 *parta victoria ... in coelos* C'est la 4e période (l. 193 *perfecti*).
perpetuum triumphum L'Eglise triomphante, celle des élus (p. 312, l. 19). Dans son *De vero bono*, livre III, Valla développe cette formule en décrivant la réception d'un nouvel élu comme un triomphe à la romaine (ed. Panizza-Lorch, ch. 25, § 10 sqq.).

237 *rebellio* Voir p. 318, l. 158 et n.

Moses seruus Dei, Nouae Legis minister est Christus, quatenus est homo, autor, quatenus Filius Dei. Post hanc nulla expectatur alia lex, sed iudicium extremum et consummatio mundi. Temporum omnium dispensatio spectabat ad Christum, qui vigor est et perfectio omnium legum. At sub lege naturae pene erat ignotus Filius, magis ignotus Spiritus Sanctus. Vtrunque Lex Mosaica insinuabat magis quam declarabat, vmbris et figuris delinians ac prophetarum oraculis demonstrans, sed velut eminus ac per nebulam. Christus LB 1076 autem adueniens veluti | sol dispulsis omnibus nebulis, tum per se, tum per Spiritum Sanctum patefecit omnem veritatem, aperiens quod in cortice literae latebat, et palam exhibens quod Lex typis designarat, prophetae sub inuolucris promiserant.

Lex vetus constat historia, praeceptis, typis, ceremoniis et promissis. Quanquam ceremoniae typi sunt, at non retro quicquid typus est, ceremonia est; velut serpens aeneus, aut aqua de petra fluens typus erat, ceremonia non erat, sed holocautoma sic erat ceremonia, vt pariter esset typus. Mundum sic esse conditum a Deo, nemo certum sciret, nisi docuisset historia Geneseos.

Praecepta duplicia sunt; quae praecipiunt bonos mores ac pietatem, perpetua sunt; quae praescribunt ceremonias, iuxta literam abrogata sunt, iuxta sensum spiritualem abrogata non sunt. Nec enim iubemur immolare holocautomata, iubemur tamen nos totos in Dei voluntatem tradere; nec prohibemur vesci suilla, sed a suillis affectibus abstinere iubemur; nec prohibemur vesci anguillis, sed limosis terrenarum rerum curis inuolui prohibemur. Pro ceremoniis autem quas plurimas habebant Iudaei, quasdam etiam in speciem absurdas, pauca sacramenta data sunt Ecclesiae, veluti pro circumcisione baptismus, pro victimis pecudum sumptio corporis Dominici.

Tertium praeceptorum genus est iudicialium (sic enim appellat diuus Augustinus), velut Lex Vetus citra personarum exceptionem prohibet adulterium, sola tamen vxor deprehensa iubetur lapidari, viro nulla poena certa statuitur. Et viri zelotypiae Lex tristi remedio medetur. Viro permittit repudium, si qua turpitudo offendat in vxore, mulieri nullum diuertendi ius conceditur. Ad hoc genus pertinent opinor et gradus in contrahendo matrimonio et talionis permissa vindicta et supplicia certis facinoribus praescripta, aliaque permulta, e quibus quaedam videmus et hodie seruari a Christianis, quaedam prorsus sublata, quaedam mitigata, quaedam immutata, contracta quaedam, rursus alia dilatata. Zelotypiae remedium quod Moses concesserat sublatum est, quemadmodum praeter alias et illa lex abrogata est, quae Deuteronomii XXII iubet lapidibus obrui puellam quam maritus non repererit virginem, ob stuprum clam in domo parentum commissum. Adulterii poena mitigata est, repudii ius contractum est, quod ad causas attinet, dilatatum

244 delinians *O BAS*: delineans *LB*.

240–241 *iudicium* ... *mundi* *Mt.* 25, 31–46 (jugement); 24, 21–42 (fin du monde). 241 *Temporum* ... *dispensatio* Cf. p. 320, ll. 190–192.

241–242 *spectabat ad* "Avait en vue, aboutissait à".

243 *pene* Difficile à comprendre, car même si le Christ étendait alors sa grâce à certains (voir citation n.l. 204), il ne se faisait pas connaître ni prophétiser.

244 *vmbris ... delinians* Le premier mot signifie "esquisses" comme le verbe "adumbrare" (voir p. 250, l. 152); "figurae" désigne les apparences. Ce sont les "types" (voir n.l. 173 la référence au livre III, et l. 248).

245 *oraculis* Synonyme de "vaticinia" l. 176.

246 *veluti sol* Cf. *Mt.* 17, 2: "splenduit facies eius sicut sol" (trad. Er.).

247 *cortice literae* Cette image est dans G. Boccace, *Genealogia deorum gentilium*, XIV, cap. 10: "Stultum credere poetas nil sensisse sub cortice fabularum" (ed. Romano, Bari, 1951, p. 709, l. 22; cf. l. 32; p. 719, ll. 23 et 25; p. 724, l. 8).

248 *inuolucris* Même idée que dans *cortice*.

252 *serpens aeneus* *Nu.* 21, 8–9; voir livre III, ci-dessus, p. 240, l. 921; p. 246, l. 59; p. 258, l. 345.
aqua ... fluens *Ex.* 17, 1–6; *Nu.* 20, 2–11; cf. ci-dessous, p. 327, n.ll. 310–311.

253 *holocautoma* Dans l'Ancien et Nouveau Testament (Vulg.) ce mot ne se rencontre qu'au pluriel: "holocautomata" (*Hebr.* 10, 6 et 8; *Mc.* 12, 33). C'est un doublet d'"holocaustum" (sacrifice où la victime est brûlée en entier). Voir *Ex.* 30, 28 et 38, 1; *Lv.* 1, 1–17.

254 *certum* Attribut du complément d'objet de *sciret* (qui est l'infinitive *Mundum ... a Deo*) "Personne ne saurait comme une chose certaine que etc.".

258 *nos totos ... tradere* Interprétation figurée de l'holocauste où c'est le croyant qui est aussi la victime offerte en sacrifice.

259 *suilla* La viande de porc est interdite par *Lv.* 11, 7 et *Dt.* 14, 8.
suillis affectibus Le porc est un symbole de saleté: 2. *Petr.* 2, 22.

260 *anguillis* L'anguille fait partie des poissons sans écaille interdits par *Lv.* 11, 10–12 et *Dt.* 14, 10.

262 *pauca* Er. s'abstient de dire "sept", car il ne veut point examiner lesquels ont été institués par le Christ, lesquels sont douteux (confession sous la forme traditionnelle, confirmation, ordre?).

262–263 *pro circumcisione baptismus* Ailleurs comparant la Loi des Juifs et les lois imposées par les autorités de l'Eglise, Er. s'indigne que celles-ci, au bout du compte, soient plus nombreuses et plus lourdes que les exigences de Moïse: "Sublata est circumcisio, sed successit baptismus, duriore prope dixerim conditione" (*Coll.* 'Ichthyophagia', *ASD* I, 3, p. 503, l. 285 sq.); la suite du texte montre que le baptême est plus dur, en tous sens, que la circoncision.

263 *sumptio corporis Dominici* Comparer cette affirmation de l'Eucharistie avec p. 182, ll. 628–634.

264 *iudicialium* On n'a pas retrouvé le passage auquel Er. fait allusion.

265–266 *prohibet adulterium* *Ex.* 20, 14 (ci-dessus, l. 230); *Lv.* 18, 20 et 20, 10; *Dt.* 22, 22.

266–267 *sola tamen vxor ... statuitur* Erreur: *Lv.* 20, 10 et *Dt.* 22, 22 condamnent à mort l'homme et la femme coupables. Mais dans *Ioh.* 8, 3–5 des scribes et des Pharisiens conduisent au Christ une femme surprise en flagrant délit d'adultère et disent: "In lege autem Moses mandauit nobis huiusmodi lapidare", alors qu'il n'est pas question de l'homme.

267 *zelotypiae* Le mot est en *Nu.* 5, 14 et 15 et 18 où est décrite l'ordalie de jalousie appliquée à la femme soupçonnée d'adultère.

267–269 *Viro ... conceditur* *Dt.* 24, 1–4.

269 *gradus* Sc. "propinquitatis" comme ll. 280–281: les degrés de parenté qui rendent le mariage impossible: *Lv.* 18, 6: "omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet"; les versets suivants énumèrent ces degrés.

270 *talionis* *Ex.* 21, 23–25 (oeil pour oeil, dent pour dent); *Lv.* 24, 20; *Dt.* 19, 21.
supplicia ... praescripta *Ex.* 21, 12 sqq. et 22; *Lv.* 20, 1–27; *Dt.* 13.

271–273 *quaedam ... alia dilatata* Er. a protesté contre le maintien ou l'aggravation par l'Eglise de certaines prescriptions de l'Ancienne Loi: *Coll.* 'Ichthyophagia', *ASD* I, 3, pp. 503–504, ll. 281–303; pour les degrés de parenté qui interdisent le mariage: *Inst. christ. matrim.*, *LB* V, 637 C–638 D; sur la possibilité du divorce: *Annot. in* 1. *Cor.* 7, 39, *LB* VI, 692 D–703 C.

275 *Deuteronomii XXII* Sous-entendu "capite". Versets 20–21.

277 *mitigata* "Quamuis autem ex causa fornicationis liceat tori separationem facere, etc." (Concil. Florent. 1439 "Decret. pro Armeniis", Denzinger-Schönmetzer § 1327).
repudii ... contractum La phrase dont le début vient d'être cité se poursuit par: "... non tamen aliud matrimonium contrahere fas est, cum matrimonii vinculum legitime

quod ad personas attinet; quicquid enim iuris habet vir ad repudiandum, idem nunc habet vxor. Immutatum est, inducto nouo diuortii genere, quod manente coniugii vinculo, separat consuetudinem connubialem. Gradus item propinquitatis contraxit Ecclesia, quemadmodum diaconis et sacerdotibus in totum ademit ius ineundi matrimonii. Dixerit hic aliquis: 'Est igitur liberum in hoc genere tollere, mutare, dilatare, contrahere pro cuiusque arbitratu'. Nequaquam. Quae Dominus aut Apostoli confirmarunt aut immutarunt, obseruanda sunt vt ab illis praescribitur. Quae publica Ecclesiae autoritas, praesertim conciliis vniuersalibus, praescripsit et vsu publico ac diutino comprobata sunt, decet obseruare reuerenter, nec aspernanda sunt quae pontifices iustis de causis in publicam vtilitatem praecipiunt. Tametsi interdum ita sunt inter se confinia, quae docendi gratia verbis distinxit Augustinus, vt vix possis liquido dignoscere, et consultissimum est a Scripturae legibus non temere discedere. Huius generis sunt illa quae pertinent ad humanitatem atque aequitatem, de iubileo, de veste non tollenda a vidua pignoris loco, de veste reddenda pauperi ante noctem quam pignori acceperis, de remittendo ex acie qui sponsam duxerit nec eam cognorit, qui domum aedificauit quam nondum dedicarit, qui pauido sit corde. Item de non prohibendis qui spicas colligere velint post terga metentium.

Inter promissa quaedam sunt, in quibus idem fit quod in praeceptis ceremonialibus. Neque enim hic expectare decet terram melle et lacte manantem, internecionem hostium nostrorum aut omnium gentium dominium; sed
LB 1077 expectamus terram coele|stem, quae solidam et inconcussam habet tranquillitatem, mortificationem cupiditatum carnalium ac victoriam spiritualem de omnibus quae aduersantur pietati.

Noua Lex Veteris est tum explanatio, tum epitome. Ea similiter constat historia, doctrina, praeceptis, sacramentis, exhibitione promissorum, gratia et exemplo pietatis omnium absolutissimo. Historia nihil admirabilius, nihil amabilius, nihil certius. Ea continet ortum, progressum et exitum Redemptoris vsque ad Acta Apostolorum, quae nobis tradidit beatus Lucas. Doctrina palam explicat, quod in Lege fuerit aenigmatibus inuolutum, eruitque sensum mysticum in Literis abditum, quem absque interprete percipere non poteramus. Quis enim suis viribus diuinare potuisset, serpentem aeneum aut petram

285 praescribitur *cett.*: praescribuntur *LB*. 308 fuerit *A–C*: fuerat *D BAS LB*.

contracti perpetuum sit". Le mot "repudium" est impropre; il y a des cas de nullité du mariage, non de divorce ou répudiation.

279 *nouo diuortii genere* C'est la séparation de corps, qui n'autorise pas le remariage.

281 *contraxit Ecclesia* Voir *Inst. christ. matrim.*, *LB* V, 637 E, 638 B–C: "Nam in exordio mundi necessitatis erat, vt frater gigneret ex sorore ... Vbi creuit hominum genus, contractum est ius matrimonii, sed in paucis gradibus, nimirum primo et secundo. ... Iam in transuersa linea ius pontificium olim prohibebat nuptias vsque ad septimum gradum, adeo vt contractum matrimonium nullius esset roboris. Ea prohibitio posterioribus constitutionibus temperata est, vt

non excedat quartum gradum. Etc.".

281–282 *diaconis ... matrimonii* Cf. *Inst. christ. matrim.*, *LB* V, 637 B–C: "Nam Ecclesia Romana, quae dicitur occidentalis, sacerdotes submouit a matrimonio (*LB* imprime par erreur "sacerdotio"), deinde diaconos quoque, demum et hypodiaconos; de minoribus ordinibus dubitatum est, ita temperata sententia, vt clerici occidentales si habeant vxores, habeant quidem, sed submoueantur ab officio ministrandi, spolienturque fructibus ecclesiasticis, si quos habebant. Graecorum Ecclesia hodie ius suum retinere dicitur".

282–284 *Est igitur ... Nequaquam* Cela n'est pas "libre", mais en fait les autorités ecclésiastiques n'en font qu'à leur tête, constate Er. *Coll.* 'Ichthyophagia', *ASD* I, 3, pp. 507–510 etc., 519, ll. 889–898: "Leges diuinae sunt immutabiles ... Deinde, inter leges humanas existunt nonnunquam iniquae, stultaeque et pestilentes, vnde et abrogantur vel autoritate superiorum vel consentiente neglectu populi. Tale nihil est in legibus diuinis. Rursus humana lex suapte sponte cessat, vbi cessarit causa propter quam lata est. ... Ad haec lex ab hominibus lata non est lex, nisi fuerit vtentium consensu comprobata. Lex diuina nec expendi debet nec potest abrogari".

286 *praesertim ... vniuersalibus* L'infaillibilité pontificale n'était encore qu'une thèse soutenue par certains religieux. Quant aux Conciles l''Ichthyophagia' émet des réserves, p. 508, ll. 466–472; p. 519, ll. 876–884: "Quid de conciliis? – Non licet [sc. dubitare], si fuerint rite et per Spiritum Sanctum congregata peractaque. – Est igitur aliquod concilium in quod ista non competunt? – Esse potest. Quod ni esset, theologi nequaquam adderent hanc exceptionem. – Videtur igitur et de conciliis dubitare posse. – Non arbitror, posteaquam fuerint Christianarum gentium iudicio consensuque recepta comprobataque".

288 *iustis de causis ... vtilitatem* Double réserve!

292 *humanitatem ... aequitatem* Le rapprochement des deux mots éclaire chacun d'eux: "humanitas" est l'équivalent de φιλανθρωπία, c'est-à-dire "dexteritatem quandam beniuolentiamque erga omnis homines promiscam" (Gell. XIII, 17, 1); "aequitas" est le sentiment naturel du juste comme livre II, *ASD* V, 4, p. 414, l. 145; voir *Adag.* 925 'Summum ius, summa iniuria' (*LB* II, 374 D). Quels textes bibliques conseillent cette vertu? Bien que l'Ancien Testament ne connaisse en principe de devoir pour un Juif qu'envers Israël et les autres Juifs, bien qu'il invite à détruire sans merci les peuples de la Terre promise (*Dt.* 7), certaines prescriptions ont une portée plus générale comme *Lv.* 19, 33–34: "Si habitauerit aduena in terra vestra et moratus fuerit inter vos, ne exprobretis ei, sed sit inter vos quasi indigena et diligetis eum quasi vosmet ipsos"; quant au Nouveau Testament il suffit de mentionner la définition du "prochain" donnée par la parabole du Bon Samaritain, *Lc.* 10, 25–37.

iubileo *Lv.* 25, 8–22: fête célébrée tous les 50 ans.

292–293 *veste ... pignoris loco* *Dt.* 24, 17.

293 *veste ... acceperis* *Dt.* 24, 12–13.

294 *remittendo ... cognorit* *Dt.* 24, 5 et 20, 7.

294–295 *qui domum ... dedicarit* *Dt.* 20, 5.

295 *qui pauido ... corde* *Dt.* 20, 8.

295–296 *de non ... metentium* *Lv.* 23, 22 (et en partie dans 19, 9); *Dt.* 24, 19.

298–299 *terram ... manantem* *Ex.* 3, 8 et 17; 13, 5; 33, 3; *Nu.* 13, 27; *Dt.* 11, 9; 26, 9 et 15; 27, 3; 31, 20; *Ios.* 5, 8.

299 *internecionem ... nostrorum* *Dt.* 7.

omnium ... dominium *Dt.* 15, 6: "dominaberis nationibus plurimis et tui nemo dominabitur"; 11, 23: "disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram et possidebitis eas quae maiores et fortiores vobis sunt!"; 19, 1: "cum disperderit Dominus Deus tuus gentes quarum tibi traditurus est terram"; 31, 3: "ipse [sc. Dominus] delebit omnes gentes has in conspectu tuo et possidebis eas"; ce sont les peuples qui occupent "depuis le désert et le Liban, depuis le fleuve Euphrate jusqu'à la mer occidentale" (*Dt.* 11, 24).

300–301 *terram*, *mortificationem*, *victoriam* Chacun de ces termes reprend en un sens spirituel les idées qui dans le *Dt.* sont prises à la lettre, en un sens matériel et charnel. Er. traite ces termes comme au livre III il a traité ceux qui définissent le monachisme pp. 186–200.

inconcussam ... tranquillitatem Correspondent à *melle et lacte manantem*.

301 *mortificationem* Correspond à *internecionem*.

victoriam spiritualem Correspond à *dominium*.

303–305 *Ea similiter ... absolutissimo* Cf. p. 324, l. 250 pour l'Ancienne Loi.

309 *mysticum* "Caché, secret", synonyme de *aenigmatibus inuolutum*.

310 *serpentem aeneum* Déjà rencontré plusieurs fois, voir p. 324, l. 252.

310–311 *petram ... scatentem* Ibid. l. 252.

aqua scatentem aut Ionam e ventre ceti redditum viuum praesignasse Christum in cruce tollentem peccata mundi aut eundem suo spiritu reficientem et abluentem credentium animas aut post triduum e sepulchro reuiuiscentem? An euangelica doctrina aliquid addat Veteri Legi, equidem in medio relinquo, quemadmodum et de praeceptis, aliis concedo iudicium. Sunt enim viri graues qui putant ab euangelicis praeceptis ideo plus exigi, quod copiosior addita est gratia. Alii sentiunt nihil exigi noui, tantum explanatius repeti quae praecepit Lex Vetus; verum in his parcissimum est Euangelium, magis infigens ea quae sunt spiritus et gratiae vereque pium reddunt.

Iam si ceremonias accipiamus generaliter pro omni cultu externo, est et in sacramentis Nouae Legis aliquid expositum sensibus. Nam et aqua videtur ac tangitur, et oleum cernitur, tangitur et odore sentitur, verba audiuntur. Quaedam autem recepta sunt a priscis Ecclesiae primoribus, quae accedunt ad speciem Iudaicarum ceremoniarum. Velut ocium diei Dominici, indictum ieiunium iisdem diebus quibus Iudaeis indixit Moses, et si qua sunt huius generis alia, quae non ideo valent, quod Vetus Lex praecipiat, sed quod ab Ecclesia recepta sint, tanquam ab Apostolis tradita. Quaedam non sunt quidem eadem, sed similia. Vt quae Ecclesia praescripsit de ocio dierum festorum, de discrimine ciborum, de vnctione et rasura sacerdotum, de formis et coloribus vestium, in quibus christiana charitas quantum in ipsa est, vitat infirmorum offensionem, hac tamen cautione, ne supra modum alat superstitionem.

Nihil est autem promissum in Veteri Lege, quod Christus non euidentissime exhibuerit, exceptis iis quae spectant ad progressum Ecclesiae et consummationem mundi; et, quo certior esset exhibitio, ipse frequenter per se, frequentius per Apostolos dignatus est ostendere, qui typus aut quod vaticinium quo facto fuerit impletum. Velut apud Lucam IIII, quum Dominus in synagoga recitasset vaticinium Esaiae: '*Spiritus Domini super me, propterea quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me*', etc. adiecit: '*Hodie haec Scriptura impleta est in auribus vestris*'. Sic et Ioannes quum narrasset Domino non fuisse fracta crura, citans ex Vetere Lege: '*Os non comminuetis ex eo*', significat totum argumentum agni paschalis fuisse figuram Christi. Et in Actis Philippus Diaconus locum Esaiae, quem Eunuchus non intelligebat, ostendit in Christo completum. Ac Petrus turbam, ad linguarum miraculum attonitam, docet hoc a Iohele fuisse praedictum, quemadmodum quod est in Psalmis: '*Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*', docet non in Dauidem competere, sed in Christum, cuius corpus exanime paucioribus horis fuit in sepulchro quam vt potuerit putrescere.

A gratia vero Noua Lex potissimum habet nomen, quae dicitur Euangelium. Quid enim eo nuncio laetius quam per fidem in Christum gratis condonari omnibus omnia peccata, solui inimicitiam quae prius erat inter

341 vetere *O BAS*: veteri *LB*. 345 Iohele *O BAS*: Ioele *LB*.

311 *Ionam ... viuum* *Ion.* 2, 1–11.

311–312 *Christum ... peccata mundi* *Ioh.* 3, 14–15: "Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam". Cf. *Ioh.* 1, 29.

312–313 *eundem ... credentium animas* Voir *Ioh.* 4, 13–14 et 7, 38–39: "Quisquis biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam" et "'Qui credit in me ... flumina de ventre eius fluent aquae viuae'. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in ipsum".

313 *post triduum ... reuiuiscentem* *Mt* 12, 40 où est fait le rapprochement exprès entre Jonas et le Christ.

314 *in medio relinquo* Cf. Cic. *Cael.* 48: "rem in medio relinquere", laisser une chose en suspens, en discussion.

315 *viri graues* Des théologiens contemporains d'Er. mais impossible d'en savoir plus.

316 *ab ... exigi* "Il est exigé par" et non pas "de"; *ab* est incorrect.

317 *Alii* Même remarque que l. 315.

318 *verum* Au plein sens: "mais la vérité est que"; Er. rejette les deux thèses précédentes.

319 *vereque pium* La vraie piété consiste dans la foi et la charité.

321 *aqua* L'eau du baptême.

322 *oleum* Pour l'onction: confirmation, extrême-onction.

324 *ocium ... Dominici* Décalogue *Dt.* 5, 13–15; *Codex iuris canonici*, canon 1248.

325 *ieiunium* On ne voit pas à quoi exactement fait allusion Er. Voir *Dict. du NT* art. "jeûne". Denzinger-Schönmetzer ne parle du jeûne que comme réparation pour les péchés (§ 1323, Concil. Florent. 1439 "Decret. pro Armeniis"). Pas question du Carême ni des Quatre temps, ni de leur rapport éventuel avec le jeûne de Moïse (*Ex.* 34, 28) ou les Fêtes juives (*Lv.* 23). Le *De interdicto esu carn.*, *ASD* IX, 1, pp. 19–50, se borne à dire que le Christ n'a jamais condamné, a toujours respecté les observances traditionnelles juives, sans évoquer celles-ci avec précision.

328–329 *ocio ... festorum* Cf. l. 324.

329 *discrimine ciborum* Viande, poisson, cf. *Coll.* 'Ichthyophagia', *ASD* I, 3.

vnctione ... sacerdotum L'onction n'est pas mentionnée dans "Decret. pro Armeniis" du Concile de Florence (§ 1326); ni les Apôtres ni le Christ n'ont jamais reçu d'onction (*Paraphr. in Lc.* 24, 27, *LB* VII, 471 E: "Iesus enim nunquam vnctus fuit sacro illo vnguento quod Lex religiose docuit conficere ... Nec enim quicquam ad rem Sacerdotum facit vnctio corporis, nisi quod signum erat vnctionis spiritualis, qua vnctus est Christus". Voir aussi *ASD* V, 2, pp. 314–315, ll. 947–966, traduit *Gramm. rhét.*, p. 704). L'onction était encore traditionnelle au temps d'Er.

rasura La tonsure marquait l'entrée dans l'état ecclésiastique ou monastique; voir *Dictionn. archéol. chrét. et liturg.* 15, 2e partie, art. "tonsure".

330 *vestium* Les vêtements liturgiques.

331 *infirmorum* Ceux dont la foi est encore faible et qui confondent la piété avec ces traditions superstitieuses. Cf. *Rom.* 14, 1: "Infirmi autem in fide ..."; Er. annote (*LB* VI, 638 F): "'Infirmos' autem vocat Iudaeos qui nondum poterant contemnere ciborum delectum" et paraphrase (*LB* VII, 822 E): "si quis erit inter vos, fortassis Iudaeus genere, qui ob diutinam superioris instituti vitaeque consuetudinem sit adhuc superstitiosior nec adhuc sic in eo fides adoleuerit vt omnem pristinae Legis obseruationem excludat ...".

336–337 *qui typus aut quod vaticinium quo facto* Trois interrogatifs. Pour *typos* voir p. 320, l. 173; pour *vaticinia*, l. 176, et p. 324, l. 245 et n.

338–339 *Spiritus ... misit me* *Is.* 61, 1–2, tel qu'il est cité en *Lc.* 4, 18 car la traduction est différente pour le texte en place.

339–340 *Hodie ... vestris* *Lc.* 4, 21^b.

340–341 *non ... fracta crura* *Ioh.* 19, 33^b.

341 *Os ... ex eo* *Ex.* 12, 46 cité *Ioh.* 19, 36^b.

342 *argumentum* "Matière, contenu, sens" (d'un récit, d'une pièce, etc.).

agni paschalis *Ex.* 12, 3–11.

figuram Christi 1. *Petr.* 1, 19: "pretioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati Christi" ainsi paraphrasé: "pretioso cruore Iesu Christi qui velut agnus omnis maculae nescius, purus ac illibatus ab omni vitiorum inquinamento, pro nostris peccatis immolatus est in ara crucis" (*LB* VII, 1086 E).

342–344 *in Actis ... completum* *Act.* 8, 32–35 citant *Is.* 53, 7–8.

344–345 *Petrus ... praedictum* *Act.* 2, 16 citant *Ioel* 2, 28–32.

345–348 *quod est in Psalmis ... putrescere* *Act.* 2, 31 citant *Ps.* 15, 10.

349–350 *Euangelium* "Bonne nouvelle", en grec, rendu ici par "laetus nuntius".

350–352 *per fidem ... coelorum* Résume la "philosophia Christi".

Deum et homines ac pro paradiso terrestri aperiri regnum coelorum. Nec tamen absque fide et gratia quisquam Deo placuit in Vetere Lege, sed in Noua cuncta haec et euidentius praedicata et largius effusa et latius diffusa. |

LB 1078 Habebat Vetus Lex exempla virtutum egregia, velut fidei in Abraham, mansuetudinis in Mose et Dauide, quorum ille Deum interpellauit pro seditiosis, hic Sauli toties pepercit quum liceret hostem interimere; iustitiae in Samuele, obedientiae in Isaac; sed in vno Christo virtutum omnium absolutum exemplar ostensum est, in quo nihil vitii aut defectus fuit admixtum.

Ex his quae diximus loci complures oriuntur. De differentia Veteris et Nouae Legis, de sacramentis vtriusque. De consonantia vtriusque, et quatenus Vetus abrogata per Nouam, quatenus non. De autoritate Scripturae Canonicae et quousque porrigatur. Autoritas constat indubitabili fide eorum per quos prodita est. Primi autores sunt Christus et Spiritus Sanctus, Moses et prophetae omnium vnanimi consensu et, quod maius est, testimonio Christi probati; dein Apostoli, martyres et confessores, qui vel scriptis vel omnium rerum contemptu vel vtroque fidem confirmarunt. Accedunt huc miracula tam euidentia et tam multa, vt nullam recipiant tergiuersationem, praeterea consensus Scripturarum inter ipsas: Nouum Testamentum congruit cum Vetere et vniuersa Scriptura sic vndique sibi constat, vt nihil vsquam dissideat, modo recte intelligatur, id quod in nulla humana philosophia reperitur. Adde certitudinem, neque enim Scriptura quaerit et ambigit, quod faciunt philosophi, dum argumentis variis disputant sitne mundus conditus, sitne post corporis obitum superstes anima, sitne Deo cura rerum humanarum; sed de omnibus quae cognitu necessaria sunt, certo ac definite pronunciat. Adde his consensum tot seculorum ac tot nationum. Nullus enim philosophus tam exacte scripsit de rebus diuinis et humanis, vt vel vnius regionis aut ciuitatis concordem meruerit assensum, quum per vniuersum terrarum orbem, tantum honoris tantumque reuerentiae deferatur Scripturis, vt harum fiducia innumera virorum ac mulierum milia non dubitarint sese in omnes cruciatus ac mortes tradere. Nam Scripturae maiestatem reuerentur et impii. Itaque dum huius vrgentur autoritate, confugere solent ad adulterinas interpretationes. Postremo confirmatur effectu siue energia. Nulla enim humana Scriptura sic rapit ac transformat totum hominem, quum simplici sermone sit prodita, nec philosophiae mundanae subtilitate se venditans, nec rhetorum lenociniis blandiens auribus hominum. Addam illud coronidis loco, quod nulla alia doctrina magis consentanea sit naturae quam Scriptura Diuina. Quid enim magis secundum naturam quam vt creatura se totam submittat suo conditori. Natura per se sui conseruationem appetit ac perfectionem. Vtrunque vere praestat Scripturarum obedientia. Summum bonum ac felicitatem natura desiderant omnia. Vtrunque sola Scriptura diuinitus inspirata docet.

Exoritur alius locus de intellectu Scripturarum vestigando, de quo superiore libro satis mihi dixisse videor.

353 vetere *O BAS*: veteri *LB*.

356 Dauide *O*: Dauid *BAS LB*.

352–353 *Nec ... in Vetere Lege* Exemple très illustre: Abraham, *Gn.* 22.
354 *largius ... diffusa* Double "adnominatio" (voir p. 134, l. 571).
356–357 *ille ... pro seditiosis* C'est lors de l'épisode du Veau d'Or, *Ex.* 32, 11–14.
357 *hic ... interimere* Saül commet deux attentats manqués contre David (1. *Sm.* 18, 6–16 et 19, 8–10); David épargne Saül par deux fois (1. *Sm.* 24, 1–23 et 26, 1–25).
357–358 *iustitiae in Samuele* Samuel est Juge d'Israël et il jugea "tous les jours de sa vie", mais Er. identifie trop vite peut-être la fonction de juge et la vertu de justice; rien dans le texte biblique ne souligne celle-ci chez Samuel; peut-être serait-il trop hardi de lire Salomon au lieu de Samuel et d'évoquer des épisodes comme le Jugement resté proverbial (1. *Rg.* 3, 16–28).
358 *obedientiae in Isaac* Lorsqu'Abraham se prépare à le sacrifier, il ne se révolte pas, ne résiste pas (*Gn.* 22, 9–10).
360 *loci* Au sens de "sedes argumentorum" (livre II, *ASD* V, 4, p. 400, l. 865).
363 *constat* "Résulte de, repose sur"; *fide* "loyauté, bonne foi".
364 *autores* Non pas les "auteurs" (rédacteurs), mais "garants" (qui donnent à l'Ecriture son autorité).
365–366 *prophetae ... probati* Le participe a pour compléments à l'ablatif *consensu* et *testimonio*.
365 *omnium vnanimi consensu* Dans ce cas d'autres arguments sont inutiles. Mais peut-être Er. veut-il dire qu'il y a aussi des prophètes sujets à caution?
366 *confessores* Ceux qui, en temps de persécution, ont témoigné de leur foi sans être suppliciés.
366–367 *omnium ... contemptu* Toutes les choses qui peuvent faire l'attrait de ce monde-ci: rang, richesse, etc.
371 *id quod* S'applique non à ce qui précède immédiatement mais à "vt nihil vsquam dissideat".
372 *quaerit et ambigit* "Recherche" (la vérité) et "est dans l'incertitude" pour ce 2e verbe cf. Tac. *Ann.* I, 16, 3: "quaenam ... militiae condicio ambigentes".
375 *sed* Reprend sous forme affirmative (*pronunciat*) ce qui était énoncé par négation l. 372; autrement dit il faut considérer comme une sorte de parenthèse les ll. 372–375 (*quod faciunt ... rerum humanarum*).
377 *de rebus diuinis et humanis* Cf. la définition du philosophe dans Cic. *De or.* I, 202: "is qui studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum vim, naturam causasque nosse".
381 *omnes mortes* "Toutes les formes de mort".
381–382 *et impii* A quels contemporains Er. pense-t-il? Peut-être à des personnages rencontrés à Venise ou à Rome?
382 *adulterinas* "Fausses".
383 *energia* "Efficacité" cf. livre I, *ASD* V, 4, p. 39, n.l. 106; p. 48, l. 263; p. 95, n.l. 288.
384 *rapit ac transformat* Cf. *Paraclesis*, Holborn, p. 139, ll. 23–25: "[eloquentiam] quae tenaces aculeos relinquat in animis auditorum, quae rapiat, quae transformet, quae multo alium dimittat auditorem quam acceperit".
384–385 *simplici ... prodita* "Transmise"; Er. pense sans doute aux Evangiles car ni les Epîtres de Paul ni les Prophètes, entre autres, ne sont écrits dans un style simple.
385 *mundanae* "Terrestre": les auteurs en sont des hommes, par opposition à la philosophie céleste du Christ. Voir *Paraclesis*, Holborn, pp. 140–141.
subtilitate "Précision, rigueur", cf. "subtilitate quadam disputandi" (Cic. *Brut.* 8, 31: il s'agit de Socrate).
386 *rhetorum ... hominum* Cf. *Paraclesis*, Holborn, p. 139, ll. 22–23: "[eloquentia] quae non aures tantum mox peritura voluptate deliniat".
386 *coronidis* La "coronis" est le signe qui marque la fin d'un livre: Martial. X, 1, 1–2: "Si nimius videor seraque coronide longus / esse liber ...".
387 *consentanea ... naturae* Cf. *Paraclesis*, Holborn, p. 145, ll. 5–7: "Quid autem aliud est Christi philosophia ... quam instauratio bene conditae naturae?".
388–389 *creatura ... conditori* Le péché originel a consisté à violer cette loi de nature en désobéissant à l'ordre divin.
390 *Scripturarum obedientia* Exemple de cette construction: Plin. *Nat.* VIII, 1, 1: "illis (= les éléphants) ... imperiorum oboedientia".
391 *omnia* Neutre surprenant au lieu de "omnes" (sc. homines); *summum bonum* et *felicitas* sont identiques comme le démontre Aristot. *Eth. Nic.* I, 7, §§ 5–9 (en particulier). Voir livre II, *ASD* V, 4, pp. 390–392.
393–394 *superiore libro* Cf. pp. 176–288.

Quoniam autem Lex per occasionem gignit et aggrauat peccatum, peccatum autem parit mortem, hic locus existit de duplici genere peccati, deque duplici genere mortis. Sub peccati nomine continentur omnia vitiorum genera, quorum infinita est differentia. Vitiis opponuntur virtutes. Sed ex praecipuis conficiendus elenchus. In quibus principem locum obtinent fides, spes et charitas, quas quidam appellant heroicas. Super his existit varia consideratio, verbi gratia, quid sit fides, et quot modis ea vox vsurpetur in sacris voluminibus, et quotuplex sit, et cui parti naturae respondeat, et cur inter heroicas virtutes primas teneat, et quid huic repugnet, aut quid affine sit, postremo in quibus insigniter eluxerit.

Fides enim est certa persuasio de omnibus quae necessaria sunt ad salutem. Interdum vsurpatur pro fide praestantis pollicita. Ita Deus dicitur fidelis, quia non fallit in promissis. Interdum pro fiducia simplici de promissis Dei. Ita laudatur fides Abrahae, qui iussus non dubitauit occidere filium vnicum, in
LB 1079 quo promissa erat illi numerosa | posteritas. Nonnunquam est assensio quae subsistere possit sine spe et charitate. Sic daemones credunt pie viuentibus per Christum esse paratam vitam aeternam, quam tamen nec amant nec sperant. Similiter multa credunt homines impii. Interdum fidei nomen complectitur haec omnia simul, certam persuasionem de iis quae narrant ac docent Scripturae Sacrae, certam fiduciam de promissis Dei ac plenam obedientiam qua homo se totum submittit diuinae voluntati.

Iam est fides infusa et fides acquisita, fides praeteritorum, praesentium ac futurorum.

Respondet autem ei parti quae in nobis dicitur ratio siue intellectus, per quam cognoscimus et iudicamus. Hanc naturae vim offuscatam perficit fides. Huic ob id tribuitur principatus, quod ostium sit ad salutem: per fidem enim caetera nobis largitur Deus et absque fide impossibile est placere Deo.

Affinia sunt opinio et scientia. Opinio est probabilium, scientia est euidentium. Probabile est tingere infantes institutum fuisse ab Apostolis, non damnaretur tamen qui de hoc dubitaret. Hac moderatione recipienda sunt multa scholasticorum theologorum placita, quae per Scripturas euidenter probari non possunt. At totum esse maius quacunque sui parte, non credo, sed scio. Et si animal est quicquid sentiendi vim habet, scio bouem esse animal. De plantis et vrticis dubito.

Contraria sunt: caro, quae nihil credit nisi quod videt, ac disceptans curiositas, philosophia mundana, quae nihil credit nisi quod hominum argumentis probatur, Iudaica duricies, quae diffidit verbis Dei, nisi subinde viderint miracula.

Existit alius locus, quid efficiat in nobis vera fides? Ante omnia iustitiam adfert gratuita peccatorum omnium remissione, et hinc tranquillam securamque conscientiam, dilucidam omnium rerum cognitu necessariarum cognitionem. Certissimam fiduciam de Scripturis Canonicis, promptam ac simpli-

416 Iam *O*: Item *BAS LB*.

395 *per occasionem gignit* La Loi n'est pas la cause, mais l'occasion; voir *Rom.* 7, 7–13 et le début de la *Paraphr. in Rom.* 7, 14 (*LB* VII, 799 D): "Atque id vt accideret Legis praeceptum occasio fuit, in culpa non fuit".
396 *duplici genere peccati* Péché véniel et péché mortel (qui cause la mort de l'âme par arrêt de la grâce).
397 *duplici genere mortis* La mort au sens courant: séparation de l'âme et du corps, décomposition de celui-ci. La mort spirituelle ou mort de l'âme ou séparation d'avec Dieu.
398 *infinita ... differentia* Singulier difficile à justifier.
399 *elenchus* Voir p. 311, l. 4.
400 *quidam* Parmi lesquels Er. lui-même aux livres précédents.
402 *cui parti ... respondeat* Par ex.: à l'intellect, à la volonté, etc.?
403 *primas* Sous-entendu "partes": le premier rôle. De fait l'énumération des trois vertus théologales commence toujours par la foi; cela ne signifie pas qu'elle ait le rôle le plus important: 1. *Cor.* 13, 13: "nunc autem manet / fides spes charitas / tria haec / maior autem his est caritas".
406 *praestantis* Participe substantivé.
Deus ... fidelis *Dt.* 32, 4; *Ps.* 144, 13; 1. *Cor.* 1, 9 et 10, 13; etc.
407 *fiducia ... de promissis* Construction non-attestée; cf. p. 330, l. 380 *harum fiducia*.
408–409 *Abrahae ... posteritas* Cf. p. 330, l. 355; *Gn.* 22: la nombreuse descendance est promise à Abraham après, non avant le sacrifice inachevé: *Gn.* 22, 16–18.
415 *homo ... diuinae voluntati* Cf. p. 330, ll. 388–389.
416 *infusa et ... acquisita* La première est un don de Dieu, la seconde s'acquiert par un acte de la volonté humaine; voir la discussion dans Thomas d'Aquin, *STh* IIa, IIae, q. 6, art. 1: "Vtrum fides sit homini a Deo infusa" où est cité Aug. *De Trin.* 14, 1: "per scientiam gignitur in nobis fides, nutritur, defenditur et roboratur", sed contra *Eph.* 2, 8: "gratia estis saluati per fidem et hoc non ex vobis, Dei enim donum est". Thomas conclut sa réponse ainsi: "fides quantum ad assensum, qui est principalis actus fidei, est a Deo interius mouente per gratiam". Ceci développe le *quotuplex sit* de la l. 402.
418–419 *Respondet ... iudicamus* Cf. l. 402 *cui parti ... respondeat*.
419 *offuscatam* "Assombrie, voilée", Tert. *Adv. Marcion.* 2, 2.
420–421 *Huic ... Deo* Répond à l. 403. Provient de *Hebr.* 11, 6.
422–423 *Opinio ... euidentium* Cf. Cic. *De or.* II, 7, 30: "Ars enim earum rerum est quae sciuntur; oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientia continetur". L'origine est l'opposition platonicienne δόξα – ἐπιστήμη.
euidentium Er. confond "évident" et "certain"; il omet le "démontré", dont il parle pourtant ll. 424–435 "probari".
426 *totum ... sui parte* Etait sans doute un exemple scolaire usuel, mais on n'en a pas retrouvé l'origine.
428 *vrticis* Les orties de mer, zoophytes; Plin. *Nat.* IX, 68, 146 (trad. d'Aristot. *Hist an.* VIII, 1, 3): "Equidem et iis inesse sensum arbitror, quae neque animalium neque fruticum, sed tertiam quandam ex vtroque naturam habent, vrticis dico et spongeis".
429 *Contraria* "Contraires" à la foi.
caro Cf. p. 196, ll. 890–893.
nihil credit ... videt On pense évidemment aussitôt à l'Apôtre Thomas *Ioh.* 20, 25–29; le verset 27 dit: "Mox versus ad Thomam, cuius incredulitatem nouerat ...: quam quoniam sciebat, non ex malitia, quemadmodum Pharisaeorum, sed ex imbecillitate humana proficisci, sanare dignatus est".
429–430 *disceptans curiositas* Voir André Godin, *Erasme: 'pia / impia curiositas'*, dans: *La curiosité à la Renaissance*, Actes réunis par Jean Céard, Paris, 1986.
430 *philosophia mundana* Voir ci-dessus, p. 330, l. 385. C'est Aristote surtout qui est visé.
431 *duricies* Mot employé par Moïse: *Dt.* 9, 27; équivalent: "populus durae ceruicis" (*Ex.* 32, 9; 34, 9; *Dt.* 9, 6; 9, 13); *Dt.* 31, 27: "Ego scio contentionem tuam et ceruicem tuam durissimam".
431–432 *nisi subinde ... miracula* Cf. *Ioh.* 4, 48: "Dixit ergo Iesus ad eum: 'Nisi signa et prodigia videritis, non creditis'" (Vulg. et Er.).
433–434 *iustitiam ... remissione* C'est la doctrine de *Rom.* par ex. 3, 24–25.
434–435 *tranquillam ... conscientiam* Voir plus de nuance dans *Coll.* 'Conuiuium religiosum', *ASD* I, 3, p. 254, ll. 697–707.
436 *fiduciam* Cf. ci-dessus, l. 407.

cem obedientiam. Verum Dei timorem, religiosam diuinae maiestatis venerationem, contemptum mundi, coelestium amorem, infractum animi robur aduersus omnia terriculamenta, modestiam in prosperis, odium sui in delictis, diffidentiam virium ac meritorum, certam fiduciam de misericordia Dei.

Rursus alius, quibus rebus alatur fides, quibus attenuetur. Alitur frequenti precatione, crebra gratiarum actione, crebra corporis Dominici sumptione, frequenti Scripturarum lectione ac rerum coelestium quotidiana contemplatione et indefessis charitatis officiis erga proximum. His autem contrariis attenuatur ac tandem emoritur.

In quibus autem haec virtus eluxit, in elencho tempestiuius notabitur.

E regione fidei est diffidentia siue incredulitas, cui congruunt quae supra diximus fidei contraria. Ac diuersa gignit in nobis: accumulat iniustitiam, per hanc enim et bona opera mala sunt, nec sinit vnquam requietam esse conscientiam, inducit mentis caecitatem, dubia reddit omnia; de Scripturis ambigit, vt iam non omnino contemnat; parit rebellionem, docet Dei contemptum aut timorem cum odio coniunctum; docet hypocrisim, superstitionem et idololatriam, amorem rerum fluxarum, neglectum coelestium. Deiicit animum in aduersis, insolentem reddit in prosperis, facit vt homo tandem exultet in rebus pessimis. Docet hominem suis fidere viribus, Dei misericordiae diffidere.

Spes adhaeret fidei, magisque est fidei pars quam diuersa species, ac sic interdum loquuntur Scripturae, vt fidem pro fiducia certaque spe videantur vsurpare. Ita Paulus praedicans Abrahae fidem: *Qui contra spem*, inquit, *in spem credidit*. Et ad Hebraeos: *Fides est substantia rerum sperandarum*, etc. Ad Rom. 8 spem appellat expectationem bonorum quae non videntur. Nemo sperat, quod non credit. At non statim speratur quod creditur. Ea igitur pars viuae fidei qua expectamus promissa Dei, spes dicitur. Haec praestat ne quando delassemur hic seminandis bonis operibus, certi in proximo esse tempus, quo
LB 1080 messuri sumus vitam aeternam, neue defatigemur perferendis malis, | scientes hasce temporarias afflictiones nihil esse ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Spei opponitur desperatio ac temeraria praesumptio siue confidentia, qua quis ex suo spiritu sibi promittit quod non promeretur, aut qua quis suis viribus absque Dei gratia sperat se consequuturum felicitatem aeternam.

Charitas est qua super omnia diligimus Deum tanquam summum bonum,

437 *Verum ... timorem* Car il y a une peur sans valeur religieuse. Voir sur les deux sortes de *timor*: *Enarrat. in Ps.* 33, *ASD* V, 3, pp. 142–143, ll. 807–840, commentant le verset 12b: "Timorem Domini docebo vos"; la fin dit: "Si quis dicit se timere Deum, ac nihilo secius perseuerat in peccatis suis, nec seruat praecepta Domini, sciat se non recte timere Dominum".

438 *contemptum mundi* Voir *De contemptu mundi*, *ASD* V, 1, surtout pp. 82–86, ch. 12 où Er. explique la différence entre vrai et faux (monastique) mépris du monde. Voir aussi ci-dessus, pp. 186–190, ll. 696–762.

infractum N'est pas le participe de "infringo" qui signifie "brisé, abattu", mais un mot rare où "in-" a valeur de négation; voir Fest. 61, 17 citant Plaut. frg. 5, s.v. 'clunes' (ed. Lindsay, Teubner, 54, 45); selon le *Thes. ling. lat.* d'Estienne, c'est ainsi que l'on comprenait le mot dans Plin. *Nat.* VIII, 50, 202: "longis auribus infractisque".

439 *terriculamenta* Le mot est dans Apul. *Apol.* 64 et ailleurs.
440 *diffidentiam ... meritorum* Cf. le texte indiqué n.ll. 434–435.
441 *alius* Sc. "locus".
442 *crebra ... sumptione* D'autant plus à souligner que cette invitation est rare chez Er.; à comparer avec ci-dessus, p. 182, ll. 628–634 et livre II, *ASD* V, 4, p. 376, ll. 218–219.
444 *His ... contrariis* *His* au datif dépend de *contrariis* à l'ablatif.
446 *In quibus ... eluxit* Cf. p. 332, l. 404: "in quibus ... eluxerit" est plus correct, mais il n'est pas rare qu'Er. emploie l'indicatif dans une interrogative indirecte, tour fréquent chez Plaute.
in elencho En fait il n'en sera pas question p. 350, ce qui montre une évidente hâte dans la rédaction de ce livre IV.
447 *E regione* "Du côté opposé à"; cf. ci-dessus, p. 332, l. 403 *quid huic repugnet.*
diffidentia Cf. *Eph.* 2, 2: "in filiis diffidentiae" (Vulg.); *Annot.*, *LB* VI, 837 C; voir p. 192 sq., ll. 824–873; p. 318, l. 157 et n.
supra Cf. ll. 429–432.
448 *diuersa* Opposés aux biens énumérés ll. 433–440.
451 *vt iam non ... contemnat* "A supposer que dès maintenant il ne les dédaigne pas totalement".
rebellionem Voir p. 319, n.l. 158 et p. 322, l. 237.
452 *timorem* Voir p. 334, n.l. 437; *ASD* V, 3, p. 142, ll. 819–824: "Et homines impii timent Dominum tonantem, fulminantem, terram concutientem, pestilentiam immittentem, naufragium intentantem. Ibi mali quoque procidunt in genua, tollunt in coelum manus, votis Deum sollicitant, vociferantur, implorant opem. Sed non aliter illi timent Dominum quam timerent latronem aut malum genium".
453 *amorem rerum fluxarum* Voir le poème "De senectute" (Carmen Alpestre), v. 70 sqq., Reedijk, *Poems*, p. 285.
457 *magisque ... diuersa species* C'est pourquoi Er. la traite souvent par prétérition, par ex. p. 306, l. 378 et p. 308, l. 391.
459–460 *Qui contra ... credidit* *Rom.* 4, 18.
460 *Fides ... sperandarum* *Hebr.* 11, 1.
460–461 *Ad Rom. ... non videntur* *Rom.* 8, 24; *Paraphr.*, *LB* VII, 803 D–E: "Perfecta vero salus nostra sita est in rebus futuris, quarum certam spem concepimus. Spes autem non est rerum praesentium et oculis subiectarum, sed earum quae nondum apparent. Alioqui quis vnquam dictus est sperare quod oculis cerneret?".
463 *quando* Pour "aliquando" comme "quis" au lieu de "aliquis" après "si, nisi, ne, num"; le sens est le même que celui de "vnquam".
463–464 *delassemur* "Que nous soyons fatigués, épuisés"; le mot est dans Hor. *Serm.* I, 1, 14, mais sans complément à l'ablatif.
464 *seminandis* Métaphore fréquente en des sens divers dans l'Ecriture; on peut citer *Gal.* 6, 8–9 avec la *Paraphr.*, *LB* VII, 966 A: "Sed cuiusmodi sementem fecerit homo, huiusmodi quoque messem facturus est. ... Itaque perpetuum studium sit nobis bene mereri de omnibus nec vnquam cessemus a bene faciendo, ... Nam suo tempore fructus continget a Deo nunquam interiturus proque temporariis officiis merces reponetur aeterna".
certi ... esse tempus Pour cette construction de "certus" cf. Cic. *Att.* II, 19, 5: "certi sumus perisse omnia".
in proximo L'expression est chez Ter. *Hec.* 341, mais en un sens spatial. Er. la préfère au biblique "prope est" (*Mt.* 24, 32; 26, 18; *Lc.* 21, 31; *Ap. Ioh.* 1, 3) qu'il emploie lui aussi dans sa traduction.
465 *malis* Au neutre.
466 *afflictiones* L'expression "dies afflictionis" ou "tempus afflictionis" est fréquente dans *Iob*, *Ps. Prv. Sir. Ir. Ez.*
ad "En comparaison de", cicéronien.
466–467 *futuram gloriam ... in nobis* *Rom.* 8, 18 qu'Er. traduit: "Nam reputo non esse pares afflictiones praesentis temporis ad gloriam quae reuelabitur erga nos" (Vulg.: "quae reuelabitur in nobis").
467 *desperatio* Voir *Paraphr. in Mt.* 27, 5 (désespoir de Judas): "Impium scelus grauiore scelere cumulauit. Agnouit magnitudinem sceleris sui, sed non agnouit magnitudinem misericordiae diuinae".
467–468 *temeraria ... non promeretur* Voir p. 333, n.ll. 434–435.
468–469 *quis ... aeternam* C'est l'hérésie de Pélage, qu'Er. critique dans son *De lib. arbitr.*, *LB* IX, 1222 F–1223 A et dans son *Annot. in Rom.* 5, 12, *LB* VI, 587 B, 588 D sq.
470 *super omnia ... Deum* Formule un peu différente de *Dt.* 6, 5 (cité: *Mt.* 22, 37; *Mc.* 12, 30; *Lc.* 10, 27): "Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota fortitudine tua".
summum bonum Cf. p. 314, l. 50 et p. 330, l. 390.

eoque frui cupimus et proximo bene volumus propter Deum. Neque enim heroica charitas est, si naturali affectu diligamus parentes, vxorem ac liberos, nisi simul amemus eos propter Deum. Neque veram erga illos gerimus beneuolentiam, nisi huc spectet affectus noster, vt illis opitulemur pro viribus, ad consequendam vitam aeternam. Vtraque alteri sic cohaeret, vt diuelli non queant. Nemo vere diligit Deum, qui proximum non diligit. Nemo vere diligit proximum, si vacat amore Dei. Haec autem virtus perficit naturae vim, quae dicitur voluntas, qua expetimus salutaria ac refugimus aduersa, quemadmodum fides perficit intellectum. In his enim duobus sita est summa felicitatis humanae, vt per oculum ac lumen fidei citra errorem videat homo quid sit expetendum, quid fugiendum, per charitatem exequatur quod dictauit fides. Fides gignit charitatem, charitas vicissim alit fidem bonis operibus, quod innuit euangelica parabola. In fatuarum lampadibus fidei lumen extinguitur, oleo charitatis deficiente. Fit enim frequenter vt mali mores et peccandi assiduitas, fidem si minus extinguant, certe reddant frigidiorem. Et aucta fides vicissim alacriorem reddit charitatem. Hi sunt duo fontes omnium virtutum ac bonorum operum quae sunt fructus per quos dignoscitur arbor bona aut mala. Fides radix est, charitas rami, quasi porrigens vndique fructus, quos alit radicis succus. Quicquid enim ex his fontibus non oritur, etsi magnam habeat speciem pietatis, aut peccatum est aut, si peccatum non est, non confert ad veram salutem. Quoniam autem per pietatis viam ingredientibus multa occurrunt molesta, spes baculi vice addita est, quae laborantes sustentat expectatione praemiorum, ne delassentur aut desperent, etiam si mille mortes circumstent.

Superest nunc virtutum omnium ac vitiorum catalogum texere ac per locos digerere. De quibus non me fugit, quum alios aliquot, tum beatum Thomam Aquinatem fusissime scripsisse. Ex quibus cuiuis procliue fuerit quae commoda videbuntur excerpere et in elenchum digerere et, vt ante sum testatus, satius erit vt sibi quisque contexat locorum indicem. Cuius operae si quem piget, huic praecipua magis quam omnia curabimus annotare, vt alienam industriam adiuuisse videamur potius quam exclusisse.

Theologicos fontes iam indicauimus. Quatuor autem illi fontes omnium recte factorum quos acute prodidere philosophi, omnibus sunt noti: prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. Ad haec enim genera species omnes referri possunt. Prudentia cum fide congruit, iustitia cum charitate, fortitudo cum spe. Temperantia iustitiae species est, docens quantum tribuendum sit affectibus, quantum corpori, quantum animo et quantum negandum; et hactenus cum fide pariter et spe conuenit, quod cupiditatibus frenum imponit, quae tumultibus suis frequenter et fidei iudiciis obstrepunt et charitatis impetum remorantur.

Primus itaque nidus designetur pietati. Hoc nomen complectitur omnem affectum, cultum omniaque officia quae debemus iis vnde vitam accepimus. Summa itaque pietas debetur Deo, cui debemus quicquid sumus, proxima

471 *proximo ... Deum* C'est le deuxième commandement; en *Mt.* 5, 43: "Audistis quod dictum sit: 'Diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum'"; le commentaire d'Er. sur "proximum" est (*LB* VI, 33 C): "Graeci τοὺς πλησίον appellant 'familiares' et quibuscum habemus arctam ac domesticam consuetudinem, non solum 'cognatos'"; *Lv.* 19, 18[b]: "diliges amicum tuum sicut temet ipsum" (Vulg.).
propter Deum "A cause de Dieu", c'est-à-dire non pas tant parce que Dieu l'ordonne, que pour imiter autant que nous le pouvons Dieu qui aime tous les humains; *Paraphr. in Mt.* 5, 48, *LB* VII, 34 F–35 A: "Vos igitur volo perfectos esse et admirabili quadam luce bonitatis referre Patrem coelestem, qui cum sit omnipotens, tamen sua bonitate prodest omnibus, nihil a quoquam exspectans mercedis".

471–473 *Neque ... propter Deum* Paraphrase *Mt.* 5, 46–48.

473–475 *Neque ... vitam aeternam* Explicite encore davantage le "propter Deum" en disant en quoi consiste cet amour de Dieu pour les hommes que nous devons chercher à imiter.

475 *Vtraque* "beneuolentia" ou "charitas" envers le prochain et la "charitas" envers Dieu. Les formules simples et vigoureuses qui suivent répètent en le variant le *propter Deum*. La charité envers le prochain est un amour non pas naturel, mais surnaturel.

478–479 *quemadmodum ... intellectum* Cf. p. 332, l. 419.

482 *bonis operibus* Voir livre III, p. 308, n.ll. 384–385.

483 *innuit* Généralement intransitif; Sen. *Contr.* II, 4, 13 lui donne pour compléments une infinitive et une subordonée au subjonctif.
euangelica parabola Celle des vierges folles aussitôt résumée, *Mt.* 25, 3: "quinque fatuae acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum".

484–485 *mali mores ... assiduitas* C'est-à-dire l'absence de bonnes œuvres au sens indiqué.

487–488 *fructus ... bona aut mala* *Mt.* 7, 17–20; le dernier verset: "igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos"; ce dernier mot représente les faux prophètes.

492 *baculi* Au sens de "bâton de soutien", image qui revient plusieurs fois dans la Vulg.: *Ps.* 22, 4; *Tob.* 5, 23 et 10, 4; *Is.* 36, 6.

493 *delassentur* Cf. p. 334, l. 463.
mille mortes Cette hyperbole ne semble ni biblique ni classique; mais on rencontre le pluriel en poésie: Lucan. VII, 517: "inde cadunt mortes".

496–497 *Thomam Aquinatem* *STh* IIa, IIae (t. 3 de l'édition léonine).

498 *elenchum, ante* Voir p. 311, ll. 4 et 5.

502 *Theologicos fontes* Sources des bonnes œuvres, les trois vertus théologales.

503–504 *prudentia ... temperantia* D'abord Plat. *Rep.* IV, 427 e–443 b. Mais chez ce dernier l'ordre est différent, la justice, étant l'équilibre des parties de l'âme, vient en dernier lieu, alors que les autres vertus sont relatives chacune à une partie de l'âme. L'ordre suivi par Er. est celui de Thomas d'Aquin, loc. cit.

505 *congruit* "Est en harmonie, en accord"; Er. veut montrer que, sans se confondre, vertus naturelles et vertus surnaturelles s'unifient, de même que la "philosophia Christi" est la restauration de la nature créée pour le bien (*Paraclesis*, Holborn, p. 145, ll. 5–7).

505–506 *fortitudo cum spe* Ce rapprochement, moins immédiat que les deux précédents, s'éclaire peut-être si l'on pense à la peur (et à la lâcheté, qui cède à la peur) à quoi s'opposent aussi bien le courage que l'espérance.

506 *Temperantia iustitiae ... est* Ceci implique une définition de la justice comme justice distributive qui accorde à chacun ce à quoi il a droit.

507 *hactenus* Annonce *quod*; l'ensemble "hactenus ... quod" équivaut à "quatenus"; on le rencontre dans Plin. *Epist.* IX, 15, 3.

511 *itaque* Le lien logique est d'autant moins évident qu'il n'a pas été question jusqu'ici de *pietas*; elle ne figure ni parmi les vertus théologales ni parmi les vertus naturelles (ll. 503–504). La définition qui en est donnée (*... quae debemus iis vnde ... accepimus*) semble la rattacher à la *iustitia* laquelle est en accord avec la charité.
nidus Cf. *Methodus*, Holborn, p. 158, l. 36; *Rat. ver. theol.*, ibid. p. 291, ll. 15–18: "vt locos aliquot theologicos aut tibi pares ipse aut ab alio quopiam traditos accipias, ad quos omnia quae legeris velut in nidulos quosdam digeras, quo promptius sit, vbi videbitur, quod voles vel promere vel recondere, velut etc.". Cf. p. 311, l. 5.

512 *cultum* "Honneur rendu à": Cic. *Inv.* II, 53, 161: "pietas, per quam sanguine coniunctis patriaeque beniuolum officium et diligens tribuitur cultus"; id. *Part.* 25, 88: "Nam cum deorum, tum parentum patriaeque cultus eorumque hominum qui aut sapientia aut opibus excellunt ad caritatem

patriae, tertia parentibus ac liberis, quarta praeceptoribus et catechistis, qui sunt veluti mentium parentes, quinta iis quorum beneficio a morte aut alioqui grauissimis periculis seruati sumus. Haec omnia partes sunt iustitiae.

Ad primam speciem pertinet summa illa veneratio, quam Graeci λατρίαν appellant. Ea nulli rei creatae communicabilis est. Hic cultus non animo tantum exhibendus est, verum etiam corpore, quod Deus totius hominis LB 1081 con|ditor est. Cultus autem diuinus in eo primum situs est, vt de eo digna ipso sentiamus, vt illum super omnia reuereamur, super omnia amemus, super omnia glorificemus, super omnia obediamus, ab illo petamus omnia, nec ab alio quicquam verorum bonorum tanquam ab autore speremus et in omnibus gratias agamus.

Hic locus occurrit, quam effusa sit Dei erga humanum genus charitas et munificentia, cuius causa condidit hanc admirabilem mundi fabricam, cui et angelos suos addidit ministros, cuius amore Filio proprio non pepercit, sed in mortem tradidit illum etc.

Alter locus adhaeret, de immensa Dei misericordia, placabilitate et clementia erga nos.

Confertur eodem religio in suscipiendo ac praestando iureiurando.

Pietati contraria est impietas, ad quam propius pertinent idololatria, iusiurandum ob friuola susceptum, periurium, blasphemia, murmur in aduersis, obliuio Dei in prosperis, artes maleficae, sortilegia et quicquid est huius generis quod vel manifestam vel occultam cum daemonibus habet conspirationem. Postremo haeresis. Haeresim autem appello, non quemuis errorem, sed peruicacem malitiam alicuius commodi gratia peruersis dogmatibus turbantem Ecclesiae tranquillitatem. In genere vero omne crimen cum impietate coniunctum est. Quisquis enim admittit scelus, aliquam rem creatam creatori praefert, et a Deo ad Satanam deficit, vnde et Paulus auaritiam idololatriam appellat.

Incidet et ille locus, de ingratitudine hominum erga Deum; quae exaggerabitur, si inter se conferantur Dei benignitas, lenitas ac beneficentia, et hominum obstinata malitia.

Incidet quaestio de variis ritibus diuini cultus, qui plerique nunc alii sunt quam fuerunt in Lege Veteri.

90 *filius hominis* Cf. *Mt.* passim, par ex. 9, 6 = *Mc.* 2, 10; *Lc.* 5, 24, etc., emprunté à *Dan.* 7, 13. Er. n'explique pas ni ne paraphrase la formule.

nouus Adam 1. *Cor.* 15, 45.

90–91 *Christus ... gratiae* Voir *Act.* 10, 38: "vt Iesum Nazarenum vnxerit Deus Spiritu sancto et virtute". Les mots "oint", "Christ", "Messie" sont synonymes; mais Er. interprète l'"onction" en un sens figuré, spirituel. Cf. p. 241, n.l. 932; p. 276, l. 677.

91 *verbum incarnatum* *Ioh.* 1, 14.

91–93 *pastor* *Ioh.* 10, 11; *ouis, agnus* *Act.* 8, 32; *pontifex* *Hebr.* 6, 20; *Melchisedech* *Hebr.* 7, 1; *sine patre* *Hebr.* 7, 3; *in terris genitus* addition d'Er.: le Christ a un Père, mais céleste; *sine matre* *Hebr.* 7, 3; *coelesti natiuitate* abl. de point de vue; *filius virginis* *Lc.* 1, 27; *obediens* *Phil.* 2, 8; *hostia* *Eph.* 5, 2; *peccatum* 2. *Cor.* 5, 21: "Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit"; *execratio* *Gal.* 3, 13: "dum pro vobis factus est execratio" (trad. Er.; Vulg. dit "maledictum").

93 *vermis* Symbole de dénuement complet: *Ps.* 21, 7; *Iob* 25, 6; *Is.* 41, 14.

96 *processionis* *Ioh.* 15, 26: "Spiritum veritatis qui a Patre procedit" (trad. Er.); *Annot.*, *LB* VI, 402 F: "ἐκπορεύεται. Quod eleganter verti poterat et 'proficiscitur', nisi 'processionis' vocabulum aures iam omnium occupasset"; *Paraphr.*, *LB* VII, 618 D: "Cum ... venerit consolator ille quem ... mittam vobis a Patre proficiscentem, qui est Spiritus suggestor ac doctor omnis veritatis, ...".

97 *Paracletus* Transcription du mot grec avec le sens de "consolator": *Ioh.* 14, 16; 14, 26; 15, 26 (voir n. précédente); 16, 7; traduit par "aduocatus" en Vulg. 1. *Ioh.* 2, 1. Er. emploie: "Consolator" (14, 16), "Paracletus" (14, 26; 15, 26), "aduocatus" (1. *Ioh.* 2, 1). Voir p. 280, l. 752.

98 *intercessor* Chez Cic. signifie tantôt "celui qui fait opposition", tantôt "médiateur, intercesseur" (*Fam.* VII, 27, 1; etc.); le mot est absent de la Vulgate. Pour l'idée: *Lc.* 23, 34: "Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt"; *mediator* 1. *Tim.* 2, 5; *Hebr.* 8, 6 et 9, 15; *intercedens* *Rom.* 8, 34; *Hebr.* 7, 25 et 9, 15 (Er.).

99 *interpellat pro nobis* Le mot est dans Vulg. *Rom.* 8, 34; *Hebr.* 7, 25. Er. traduit le verbe grec ὑπερεντυγχάνει qui est l'objet d'une *Annot.*, *LB* VI, 605 D: "quod aliquando vertit 'postulat', aliquando 'interpellat' aut 'intercedit'. Est autem quoties quis conuenit aliquem super negotio alterius, velut si quis adeat Principem, commendaturus causam amici".

99–100 *gemitibus inenarrabilibus* *Rom.* 8, 26.

101 χάρισμα, *hoc est donum* En fait la Vulgate traduit par: "gratia" *Rom.* 1, 11; 6, 23; 1. *Cor.* 1, 7 etc.; "donum" *Rom.* 5, 15; 11, 29; 1. *Cor.* 7, 7 etc.; "donatio" *Rom.* 12, 6; 2. *Cor.* 1, 11; "charisma" 1. *Cor.* 12, 31 (Vulg.). Er. traduit partout par "donum". Cf. p. 318, l. 127 et *ASD* V, 4, p. 36, n.l. 48.

102 *spiritus rectus* *Ps.* 50, 12.

spiritus principalis *Ps.* 50, 14; voir livre I, *ASD* V, 4, p. 48, l. 268.

103 *spiritus omnia scrutans* 1. *Cor.* 2, 10.

digitus Dei *Ex.* 8, 19; *Lc.* 11, 20.

ignis *Mt.* 3, 11: "ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et igni".

sanctificator Mot absent de la Vulgate où est très fréquent en revanche le verbe "sanctificare" avec des sujets variés, parfois "Deus" ou un équivalent, par ex.: 1. *Thess.* 5, 23; ou au passif: 1. *Cor.* 7, 14; 6, 11 etc.

104 *spiritus adoptionis* *Rom.* 8, 15.

spiritus veritatis 1. *Ioh.* 4, 6; *Ioh.* 14, 17; 15, 26.

spiritus libertatis 2. *Cor.* 3, 17.

Et apud Esaiam XI *spiritus sapientiae et intellectus*, *spiritus consilii et fortitudinis*, *spiritus scientiae et pietatis*, denique *spiritus timoris Domini*. Huius diuina natura, quum ex aliis pluribus argumentis, tum ex eo praecipue liquet, quod in plerisque Scripturae locis eius mentio adiungatur Trinitati. Statim in Genesi, Patris vox *fiat* ad Filium pertinet et *factum est*. Et *Spiritus Domini ferebatur super aquas*. Baptizatur Filius, auditur vox Patris, in specie columbae descendit Spiritus Sanctus. Pater resuscitat Filium, is in coelum receptus mittit Spiritum Sanctum. Dominus iubet credentes tingi aqua in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Similia loca sunt non pauca, quae declarant absque Spiritu Sancto Triadem imperfectam esse.

PERSONARVM DISTINCTIO

Personae nomen non est in Scripturis Canonicis, hoc duntaxat sensu. Graeci *hypostases* appellabant, Latini quidam tres *substantias*. Ob Arianos vtraque vox venit in suspicionem.

Subtilitates theologorum scholasticorum quae variis argutationibus disputant, quomodo personae inter se differant, non sunt obiiciendae populo. Satis est profiteri vnum esse Deum, tres personas, quarum omnium eadem sit natura, eadem diuinitas, potentia, sapientia, bonitas. Nec tutum est proferre simulacra rerum conditarum ad declarandam eandem naturam in tribus personis, quod quicquid adhibueris multam habet dissimilitudinem. Summae illi naturae nihil est simile. Quod si videbitur commodum adhibere docendi gratia similitudinem, praefandum est eam non congruere nisi tenui quadam vmbra. Pater gignit, Filius nascitur, Spiritus procedit siue emanat a Patre in Filium, vt Graeci quondam, a Patre et Filio, vt nunc tradunt Latini. Quid autem intersit inter *nasci* et *procedere*, et quare Spiritus non dicatur Filius, satis est credere, non est necesse excutere. Proinde mihi videntur vix excusari posse a temeritate, qui quicquid de diuinis personis credimus, professi sunt se humanis rationibus demonstraturos.

Patris aeternitas statim ostenditur Genesis 1: *In principio creauit Deus*. Qui erat in principio Deus vtique nullum habuit principium.

Autoritas eius declaratur ibidem. Creat omnia ex nihilo. Creata benedictione multiplicat: *Crescite et multiplicamini*. Designat homini locum, praescribit cibum, iniungit opus, iungit matrimonio: Genesis 2. Praefigit Legem: *Ex omni ligno*, etc. Dat prolem. Gen. 4: *Possedi hominem per Deum*.

A Deo bono, nihil nisi bonum. *Vidit Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona*.

Deus Pater creat per Filium. Patris vox est: *Fiat lux*. *Et facta est lux*, nimirum per Filium. *Et initio spiritus Domini ferebatur super aquas*. De quo prius dictum est *creauit*, mox dicit: *Faciamus hominem*. Non est colloquium cum angelis, sed Patris ad duas personas.

125 adhibere *O*: adhiberi *BAS LB*.

105–106 *spiritus sapientiae ... Domini* *Is.* 11, 2–3[a].
109 *fiat ... factum est* *Gn.* 1, 3; 6–7; *fiat* n'apparaît que deux fois pour "lux" et "firmamentum"; *factum est* se retrouve encore aux versets 8; 9; 11; 15; 19; 23; *ad Filium pertinet* "s'adresse au Fils"; c'est lui qui crée selon la volonté du Père dont il est le "Sermo"; *Gramm. rhét.*, pp. 39–42. Cf. ci-dessous, l. 141.
109–110 *Spiritus ... aquas* *Gn.* 1, 2[b].
110–111 *Baptizatur ... Sanctus* *Mt.* 3, 13–17; *Mc.* 1, 9–11; *Lc.* 3, 21–22; *Ioh.* 1, 31–34.
111 *Pater resuscitat Filium* Le texte évangélique ne parle pas du Père, mais du tombeau trouvé vide.
in coelum receptus L'Ascension: *Act.* 1, 9–11.
111–112 *mittit Spiritum Sanctum* *Act.* 2, 1–4.
112 *Dominus iubet* *Mt.* 28, 18–20; *credentes* Participe substantivé comme dans Vulg. *Act.* 4, 32; 5, 14; 1. *Cor.* 1, 21 (Vulg. et Er.).
117 *hypostases* Ὑποστάσεις que la Vulg. rend par "substantias" en 2. *Cor.* 9, 4 et *Hebr.* 1, 3 etc. mais le mot y est pris dans une autre acception. Sur ces problèmes voir Thomas d'Aquin *STh* Ia, q. 29, art. 2 à 4; q. 30, art. 1; Thomas cite et discute Boèce, Hier. etc.
Arianos Voir p. 366, l. 83 et n.
119 *argutationibus* Cf. livre II, *ASD* V, 4, p. 370, ll. 87–106. Le mot signifie "craquement" ou "grincement" dans Catull. 6, 11; mais Er. le prend au sens d'argumentation vaine, de stérile bavardage peut-être par rapprochement avec "argutator" (Gell. XVII, 5, 13): ergoteur, sophiste. Voir *Annot. in* 1. *Tim.* 1, 6, *LB* VI, 926 D–928 E sur la matéologie.
122 *sapientia, bonitas* Identiques chez les trois personnes de la Trinité, voir pourtant p. 364, ll. 66–67.
123 *simulacra rerum conditarum* C'est un peu ce que fait Aug. dans son *De Trinitate* où les analogies sont tirées de l'esprit humain et de ses facultés; d'Origène à Valla on trouve aussi des analogies avec le soleil, sa lumière, sa chaleur.
126 *eam non congruere* Cf. *Paraphr. in Ioh.* 1, 1, *LB* VII, 497 A–D.
127 *procedit* Voir p. 367, n.l. 96.
emanat Le mot est plus plotinien que chrétien, semble-t-il.
127–128 *a Patre in Filium* On ne voit pas la source ni le sens de cette formule.
128 *Graeci quondam ... Latini* C'est la dispute de *Filioque* qui est ici évoquée; elle avait joué un grand rôle dans les discussions entre Occidentaux et Orientaux au Concile de Florence; celui-ci dans sa 6e session (6 juillet 1439) avait abouti à cette "définition": "Prolatis testimoniis ex diuinis Scripturis plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum orientalium et occidentalium, aliquibus quidem ex Patre et Filio, quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum Sanctum, et ad eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diuersis vocabulis, Graeci quidem asseruerunt quod id quod dicunt Spiritum Sanctum ex Patre procedere etc. ... Latini vero affirmarunt, non se hac mente dicere Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere, vt etc." (*Conciliorum oecumenicorum decreta*, Bologne, 1973, pp. 525–526). L'un des textes en discussion était le verset dit "des trois témoins" 1. *Ioh.* 5, 7: "Quoniam tres sunt qui testimonium dant in coelo, Pater, Sermo et Spiritus Sanctus, etc." (trad. Er.). Er. s'appuyant sur Hier. et Cyrill. est assuré qu'il s'agit d'une interpolation des traducteurs latins car ce verset est absent des manuscrits grecs; voir *Annot.*, *LB* VI, 1079 B–1081 F sur cette "pieuse" tricherie.
133 *Patris aeternitas* Cf. p. 360, l. 979 sq. Le verset cité est *Gn.* 1, 1.
135 *Creata* Participe substantivé, accusatif pluriel neutre: les choses créées.
136 *Crescite et multiplicamini* *Gn.* 1, 22.
136–137 *Designat ... Genesis 2* Respectivement versets 15, 16, 15, 24.
137 *Legem* Ibid. 16–17.
138 *Dat prolem* *Gn.* 4, 1[c].
139–140 *Vidit Deus ... bona* *Gn.* 1, 31[a].
141 *Fiat lux ... lux* *Gn.* 1, 3[b].
142 *Et initio ... aquas* Déjà cité ci-dessus, ll. 109–110.
143 *Faciamus hominem* *Gn.* 1, 26[b]; *creauit* 1, 1.
Non est colloquium A pour sujet la formule citée (*faciamus*); les deux personnes auxquelles s'adresse le Père sont le Fils et l'Esprit saint.

DEVS INNOTESCENS

1. De sublimibus illis diuinae naturae mysteriis, vix tutum est homini loqui. Certe non est phas quibuslibet nec apud quoslibet nec quouis loco nec verbis quibuslibet. |

LB 1092 2. Iis tantum phas est, qui sensus habent ad contemplationem rerum intelligibilium exercitatos et quibus pura mens est atque ab omnibus humanis affectibus tranquilla.

3. Atque hoc ipsum etiam religiose, sobrie, multaque cum reuerentia et humanae imbecillitatis testificatione.

4. Nec apud crassos et rudes aut impios citius irrisuros quam credituros, sed apud tales, apud quales Paulus aperiebat arcanam sapientiam suam, caeteris nihil sciebat *nisi Iesum Christum et hunc crucifixum*.

5. Nunc apud quosdam mos est, vt in fine conuiuii apud crassos negociatores e Scoto aut alio simili scriptore tractetur problema, de subtilitatibus rerum diuinarum non necessariis idque verbis fictitiis quae nec Scriptura nouit nec sensus hominum communis agnoscit.

6. Deum esse etiam Ethnicis perspicuum fuit, videlicet ex rebus mirabiliter conditis et gubernatis. Quid autem sit Deus, hoc est Dei naturam, vt est in se aut quomodo generet filium aut quomodo spiret tertiam personam, nulla lingua potest eloqui, multo minus intellectus creatus assequi.

7. Angeli multo dilucidius intuentur Deum quam nos terrenis corporibus onusti, et inter hos aliis alii perfectius. At ne seraphici quidem spiritus qui proximi assistunt, infinitam illam maiestatem ad plenum comprehendunt, sed eam cum tremore adorant.

8. Quod si *Deus* legitur *Mosi loquutus facie ad faciem*, non posse simpliciter intelligi declarat ipsa sensus absurditas. Deus enim nullam habet faciem, sed per comparationem accipiendum est, Moses euidentius nouit Deum quam caeteri. Item quod ait Ioannes: *Videbimus eum sicuti est*, per comparationem est accipiendum. Propius ac dilucidius videbimus, hoc est, intelligemus quam nunc intelligimus: videlicet non per fidem et in aenigmatum inuolucris atque in speculo rerum conditarum, sed tum res conditas potius in ipso Deo contemplabimur, quemadmodum faciunt angeli.

9. Operae precium autem est videre, quibus gradibus illa incomprehensibilis natura humano generi innotuit. Ante omnia secula Deus Pater sibi, vt ita dicam, loquebatur per Filium praesente Spiritu Sancto. Sed quamdiu in se manebat sibi soli notus erat.

10. At condito per Filium mundo, coepit aliter loqui per Filium et, vt ita loquar, alio modo genuit Filium, quando iuxta illam supremam philosophiam, Patri *promere verbum suum* nihil aliud est quam *gignere Filium*.

11. Ex hoc igitur tam mirabili spectaculo etiam Ethnici ratiocinando collegerunt numen sempiternum, omnipotens et immortale, non aliter quam si quis

spectans tabulam incredibili artificio pictam, ex iis quae videt animo concipiat egregium ingenium pictoris, licet alias ignoti. Aut si quis audiens insignem artificem scite modulantem cithara, miretur ingenium illius qui citharam temperat, etiamsi non videat hominem. Sic intelligimus admirabilem animae

145 INNOTESCENS *cett.*: INNOCENS *BAS*.
172 Ioannes *BAS LB*: Paulus *O*.
177 incomprehensibilis *O*: comprehensibilis *BAS LB*.

146–148 *vix tutum est ... quibuslibet* Cf. *Paraphr. in Ioh.* 1, 1, *LB* VII, 497 D, 498 B–C; *Annot. in* 1. *Tim.* 6, *LB* VI, 927 F–928 B.

150–151 *ab omnibus ... tranquilla* Construction attestée chez Liv. XXXV, 30, 4: "tranquillum ab hostili metu agmen".

155 *apud quales ... sapientiam suam* Ceux que 1. *Cor.* 2, 6 appelle οἱ τέλειοι (perfecti) avec lesquels il parle de la "sapientiam Dei in mysterio".
caeteris Au masculin; ceux à qui s'adresse Paul 1. *Cor.* 2, 1.

156 1. *Cor.* 2, 2.

157–160 *Nunc ... agnoscit* L'esprit de satire se manifeste jusque dans ce qui est de la théologie.

157 *apud crassos negociatores* Manquement au principe rhétorique du "decorum" qui veut que le discours soit adapté à l'auditoire.

159 *non necessariis* Pour le salut; *Paraphr. in Ioh.* 1, 1, *LB* VII, 497 D: "Et satis est interim ad consequendam salutem aeternam, ea de Deo credere quae palam ipse de se prodidit in sacris Literis, ... Haec simplici fide tenere, Christiana Philosophia est; haec puro corde venerari, vera religio est; per haec tendere ad coelestis vitae meditationem, pietas est; in his perseuerare, victoria est; per haec vicisse, summa felicitatis est. Caeterum hominem vltra haec humanis rationibus de rebus diuinis vestigare, periculosae cuiusdam atque impiae audaciae est".
verbis fictitiis "Des mots artificiels" Plin. *Nat.* passim. Cf. *Annot. in* 1. *Tim.* 1, 6, *LB* VI, 928 B: "talia ferme sunt quae traduntur ab his qui se iactant scientia subtilis Theologiae, qui etiamsi vera praedicarent, tamen ea explicant verbis non modo sordidis, sed adeo obscuris et inuolutis, vt tanti non sit sic discere. Quod genus sunt, cum disputant de quatuor instantibus naturae. Item cum disserunt quod persona non dicit relationem originis nec communem, sed duplicem negationem communicabilitatis in genere, etc. ... Circumincessio, inquiunt, est subsistentis in subsistente realiter distincto, mutua praesentialitatis assistentia in eadem essentia. Etc.".

161–162 *ex rebus ... gubernatis* Voir *Gramm. rhét.*, pp. 42–50; l'une des sources d'Er. est Cic. *Nat.* livres I–II (exposé du stoïcien Balbus, réfutant l'épicurisme de Velleius).

163 *spiret* Un troisième mot après *procedit* et *emanat* (l. 127) mais en sens inverse.

165–166 *terrenis ... onusti* Tonalité platonicienne: le corps fardeau.

166 *aliis ... perfectius* Voir Ps.-Dion. *Hierarch. coel.*

169 *Deus ... ad faciem* *Ex.* 33, 11.

171 *per comparationem* Entre Moïse et tous les autres (*caeteri* l. 172).

172 *per comparationem* Entre la vie future et la vie présente (*nunc* l. 178); la citation provient de 1. *Ioh.* 3, 2.

174–175 *in aenigmatum ... conditarum* Voir 1. *Cor.* 13, 12: "Videmus nunc per speculum in enigmate" (Vulg.); *Paraphr.*, *LB* VII, 901 D: "nunc ... cernimus, nec id admodum perspicue, sed velut in fidei speculo, imagines tantum rerum coelestium intuemur, et ex Scripturis, ceu per inuolucrum aenigmatis, Dei mentem coniicimus".

175 *res conditas ... in ipso Deo* Thème néoplatonicien: les Idées des choses sont contenues dans l'Intellect divin.

176 *faciunt angeli* Voir Ps.-Dion. *Hierarch. coel.* 13, 3, *PG* 304.

179 *loquebatur* Le choix de ce mot est significatif: pour Er. le langage est modèle de toute intelligibilité; voir *Gramm. rhét.*, ch. 1.

179–180 *quamdiu ... manebat* Manière de parler assez impropre, puisque Dieu est dans l'éternité, hors du temps.

183 *promere* Apparaît comme équivalent de *gignere* et d'autre part ne diffère pas de *spirare*, semble-t-il (l. 163), ce qui éclaire après coup la réflexion des ll. 133–134.

185–189 *non aliter quam si ... temperat* Après la parole, la peinture (cf. p. 88, l. 685 sq.) et la musique mais Er. ne va pas jusqu'à exprimer l'idée de beauté.

vim agentis in humano corpore. Itidem deprehendimus in vniuerso mundo immensam Dei potentiam, sapientiam et bonitatem, etiamsi Dei naturam vt est cogitatione consequi non possimus. Vniuersa enim creatura nobis quodam modo loquitur Deum, et hinc diuinae notitiae rudimenta qualiacunque, dum curiosa mens hominis ex rebus visibilibus deprehendit naturam inuisibilium. Primum animam hominis esse quiddam praestantius quam Aristoteles arbitrari videtur in libris De anima, sic nobis describens animam, vt eadem finitio quadret in animam asini aut anseris. Alii deprehenderunt animam esse rem immortalem et a corpore separabilem, et aliquo pacto participem esse diuinae naturae, scintillam illinc profectam suspicantes, non ita multum aberrantes a Scriptura, quae narrat Deum luteo Adae simulacro inspirasse spiraculum
LB 1093 vitae. Depre|henderunt etiam esse spiritus incorporeos et inuisibiles. Deprehenderunt vnum spiritum esse summum ac principem, quem Iouem appellabant, postremo mundum hunc esse conditum. Per hos gradus venerunt ad aliquam notitiam summae illius mentis, vnde condita sunt omnia, in quibus tamen nihil est tam egregium, quin infinitis partibus sit infra primam causam.

12. Post haec euidentius innotuit, per Spiritum suum loquentem per ora prophetarum, per aenigmata quaedam non minimam significationem praebens de Filio suo, sed paucis et omnia typorum ac figurarum inuolucris operta.

13. Deinde praeparatis vtcunque mortalium animis, familiarissime nobis loquutus est, per Filium suum natum ex Virgine. Iam enim Verbum quod erat Deus, apud Patrem Deum sine initio, factum est nobis contrectabile et omnibus expositum sensibus.

14. Postremo efficacissime nobis innotuit per Spiritum Sanctum coelitus emissum in discipulos, qui et hodie requiescit in sinu sponsae Christi, quae est Ecclesia sanctorum.

15. Qua quidem in re perspicere licet singularem Dei erga nos aequitatem, qui quum nosset naturae nostrae imbecillitatem, non statim se totum nobis aperuit, sed paulatim ac per gradus quosdam ad tam sublimem philosophiam perduxit. Aliquousque nos prouexit Lege naturae: *Quod tibi nolis fieri, alteri ne feceris*. Atque hinc etiam apud Ethnicos tot leges prohibentes furtum, homicidium, adulterium. Nec omnino defuit legum aequitas, quae saepenumero certat cum quibusdam Christianorum constitutionibus, nam 'superat' dicere religio est. Sint haec prima theologiae coelestis elementa.

16. Post haec genus humanum eo caecitatis prolapsum, vt pro vno Deo colerent innumeros, pro vero Deo daemones impios, bruta animantia, ligna et lapides, per legem Mosi promouit a monstris et simulacris ad vnius veri Dei cultum, nec tamen prorsus interdixit pecudum immolationem, sed hoc permisit cum gentibus idola colentibus commune. At interim solus Pater agnoscebatur. De Filio aut nulla aut obscura mentio. De Spiritu Sancto tum rarior, tum obscurior.

17. A Mosi Lege traduxit nos ad Euangelium, non protinus exhibitum, sed promissum, hinc tam admirabilis Messiae expectatio.

18. Tandem Christus adueniens submouit velamen Legis, et a carnalibus prouexit nos ad spiritualia. Nec id tamen repente, sed quasi per gradus ab humilioribus ad sublimiora promouit. Hominem primum exhibuit, deinde

190 Itidem *O*: Item *BAS LB*.

226 *(et 231)* Mosi *O BAS*: Mosis *LB*.

191 *immensam ... bonitatem* Voir p. 316, l. 118; p. 318, ll. 159–160; p. 364, ll. 66–67; mais ici il ne faut pas considérer ces trois attributs comme représentant chacun l'une des personnes de la Trinité, car cela reviendrait à placer Dieu dans l'univers comme l'âme, d'une certaine façon, est dans le corps. Er. distingue des attributs la "nature de Dieu comme il est". Cf. p. 346, l. 700 sq.

193 *loquitur Deum* Construction transitive bien représentée chez Cic.

194 *curiosa* N'a pas ici de valeur péjorative comme p. 332, l. 430.

196 *finitio* Aristot. *An.* II, 1, 412 a 27–28: ἡ ψυχή ἐστιν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος: "l'âme est l'entéléchie première d'un corps naturel ayant la vie en puissance".

199 *scintillam* Voir livre I, *ASD* V, 4, p. 40, ll. 125–127 et nn.

200–201 *Deum ... spiraculum vitae* *Gn.* 2, 7.

201 *spiritus ... inuisibiles* Surtout les néo-platoniciens; voir Apul. *De deo Socr.* 6, 132–133, dont la doctrine est discutée par Aug. *Civ.* VIII, 15–22. Peut-être Er. considère-t-il que les dieux païens font partie de ces "esprits sans corps et invisibles".

203 *mundum hunc esse conditum* Plat. *Tim.* 28 bc.

204 *vnde* Au sens de "a quo" comme dans Cic. *De or.* I, 67: "ille ipse vnde rem cognouit".

206 *per Spiritum ... per ora* Il y a quelque embarras dans ce *per* répété, mais avec des fonctions différentes: *per Spiritum* dépend de *innotuit*, *per ora* de *loquentem*, *per aenigmata* de *praebens*.

208 *paucis* Le plus plausible: datif masculin "à peu d'hommes", les Juifs seuls à connaître les prophètes.
omnia ... operta Apposé à *aenigmata quaedam* dont cela paraphrase le sens. Pour les types voir livre III, ci-dessus, p. 240, l. 920; quant aux figures il s'agit avant tout des allégories.

210–211 *Verbum ... sine initio* *Ioh.* 1, 1. Cf. *Paraphr.*, *LB* VII, 500 B.

211–212 *contrectabile ... sensibus* Cf. *Paraphr. in Ioh.* 1, 14, *LB* VII, 504 B: "Vidimus esurientem, sitientem, dormientem, flentem, afflictum, morientem. Audiuimus humana voce loquentem; contrectauimus eum manibus nostris, atque omnibus argumentis verum hominem comperimus".

214 *emissum in discipulos* La Pentecôte, *Act.* 2, 2.
sponsae Christi Selon une exégèse de *Ct.* traditionnelle.

215 *Ecclesia sanctorum* Formule destinée à distinguer l'Eglise comme réalité spirituelle, triomphante, de l'ensemble d'institutions humaines, rassemblant bons et mauvais. C'est le lieu de rappeler "Sancte Socrates" (*Coll.* 'Conuiuium religiosum', *ASD* I, 3, p. 254, l. 710); *Gramm. rhét.*, pp. 692–695.

217–218 *non statim, paulatim, per gradus* Voir *Gramm. rhét.*, pp. 655–662.

219–220 *Quod tibi ... ne feceris* *Tob.* 4, 16: "Quod ab alio odis fieri tibi vide ne alteri tu aliquando facias". Cf. *Adag.* 2833 'Quod aliis vitio vertas, ipse ne feceris', *ASD* II, 6, p. 528: "Quod damnaturus sis in aliis, in te ne admiseris. Ad id faciet illud ex Iliados Ψ [= XXIII, 494]".

222 *quibusdam Christianorum constitutionibus* Chacun des mots a son importance: les Chrétiens ce n'est pas l'Eglise, et encore moins le Christ; le mot "constitutio" signifie "règlement" et par lui-même est péjoratif car contraire à l'esprit du Christ; voir *Coll.* 'Ichthyophagia', *ASD* I, 3, pp. 504, ll. 300; 508: 450, 459 et 481; 509: 488, 494 et 500; 510: 532 et 537 etc.
dicere Mais peut-être pas à le penser sans le dire?

225 *colerent innumeros* Cf. p. 322, l. 225.

226 *per legem Mosi* *Ex.* 20, 3–4; *Dt.* 5, 7–9.

227 228 *nec tamen prorsus ... permisit* C'est un euphémisme: *Lv.* et *Nu.* fixent des règles minutieuses pour les diverses sortes de sacrifices.

228 *interim* Pendant tout le temps où la Loi de Moïse régna.

233 *velamen Legis* Voir pp. 226, ll. 590; 240, 930; 246, 66–67.

234 *per gradus* Voir l. 218 et n.

235 *Hominem* Voir ll. 211–212 et n.

magnum hominem, videlicet prophetam et prophetis maiorem; Deum frequenter appellauit patrem suum, quum ipse se filium Adae profiteretur, et aliis verborum inuolucris nonnullam diuinae naturae significationem dedit, sed longe maiorem miraculis et resurrectione. Ac discipulis iam vtcunque edoctis promittit Spiritum paracletum a Patre procedentem, et per Spiritum Sanctum tribuit Apostolis potestatem remittendi peccata, iubetque eos baptizare in nomine Patris, Filii et Spiritus Sancti. Alibi profitetur se plura habere dicenda, sed ea tacuit quod nondum essent capaces. Magna coelestis philosophiae rudimenta parata sunt, sed haec velut in somnis omnia adhuc carnem sapiebant, donec sublata corporis praesentia veniret Spiritus ille igneus, qui carnem vertit in spiritum.

19. Nec ista fuit numinis inuidentia, sed humanitas, semet ad nostram infirmitatem accommodantis, exemplo matrum quae, si simul omnem cibum in os infantis immergerent, praefocarent citius quam pascerent, eoque lactea quaedam ac praemansa paulatim inserunt, donec aetatis accessu capaces fiant cibi solidioris. Si Moses retrahens a cultu multorum deorum, statim aperuisset Patrem, Filium et Spiritum Sanctum pari honore colendos, a turba deorum ad
LB 1094 tres deos reuocasset. Quando enim illis crassis, quibus | aegre persuaderi potuit non esse nisi vnum Deum, persuaderi potuisset tres esse pari honore colendos et eos tres esse vnum Deum.

20. Atque haec ratio et ad docendum aptissima est et ad persuadendum efficacissima est. Praescribere tantum est quodam modo cogere. At mens humana melius ducitur persuasione quam praeceptis cogitur.

21. Eodem temperamento vsi sunt Apostoli in propagando Euangelio. Ipse Dominus nulla in parte contempsit Legem, sed impleuit omnem iustitiam, clamans se non in hoc venisse vt Legem solueret, sed vt Legem consummaret. Apostoli vero non protinus damnarunt victimas et circumcisionem, non ignari quam difficile sit ritus quibus a progenitoribus traditis iam assueueris nouare. Beatus Paulus Timotheum passus est circumcidi et ipse tonsus suscepit votum in Cenchreis, nec Petrus audet baptizare Cornelium, nisi viso admonitus. Ac probabile est initio passos Apostolos, vt per circumcisionem ex Ethnico fieret quis Iudaeus, nimirum ab hoc gradu prouehendus ad Christum. In his Apostoli ad tempus indulserunt inuincibili Iudaeorum pertinaciae. Deinde in concilio Hierosolymitano Petrus censuit gentes ab onere Legis esse liberandas. Quanquam Iacobus quaedam excepit. Mox Petrus ausus est vesci cibis quibuslibet, et Paulus non dubitauit clamare: '*Si adhuc circumcisionem praedico, quam ob causam etiamnum a Iudaeis patior persequutionem?*'.

22. Tandem eo profecit haec Apostolorum aequitas, vt non gentes tantum, sed ipsi etiam Iudaei totam fiduciam collocarent in gratia Christi, suaque sponte circumcisionem caeterosque ritus patrios negligerent.

249 immergerent *O*: inuergerent *BAS LB* *(fortasse recte)*. 272 etiamnum *om. BAS LB.*

236 *prophetis maiorem* Jean-Baptiste dit (*Mt.* 3, 14): "ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me"; or Jésus dit (*Lc.* 7, 28): "maior inter natos mulierum propheta Iohanne Baptista nemo est".

237 *patrem suum* *Mt.* 18, 35; *Ioh.* 8, 16 et 54; etc. Mais souvent le Christ dit aussi "Pater vester" (*Mt.* 5, 48).

filium Adae Souvent le Christ se désigne comme "Filius hominis" *Mt.* 9, 16; 26, 2 etc.), mais "Adam" signifie l'"homme" en hébreu; c'est sans doute à cela qu'Er. veut faire allusion.

238 *verborum inuolucris* Voir *Gramm. rhét.*, p. 659.

239–240 *discipulis ... procedentem* *Ioh.* 14, 26: "Paracletus Spiritus Sanctus quem mittet Pater in nomine meo ille vos docebit omnia"; pour *Paracletus* voir p. 366, l. 97 et n. Cf. aussi pour l'idée *Ioh.* 16, 13.

241 *potestatem ... peccata* *Ioh.* 20, 22–23: "Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata remittuntur eis".

iubetque ... baptizare *Mt.* 28, 19[b].

242–243 *Alibi profitetur ... capaces* *Ioh.* 16, 12: "Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo".

244 *in somnis* "Per noctem" selon Donat commentant Ter. *Andr.* 430, à propos duquel il cite Verg. *Georg.* I, 208 et Plaut. Cette obscurité s'oppose à la lumière céleste.

244–245 *carnem sapiebant* "Avaient un goût de chair", c'est-à-dire étaient encore terrestres d'inspiration ou dans leur expression.

245 *sublata corporis praesentia* Par l'Ascension, *Act.* 1, 9–11.

Spiritus ille igneus A la Pentecôte, *Act.* 2, 2.

247 *humanitas* Sans doute double sens: bonté, mais aussi adaptation à la nature humaine qu'il a revêtue pour vivre avec les hommes.

247–248 *semet ... accommodantis* Sur l'"accommodatio", concept fondamental de la rhétorique (apte dicere, decorum) voir p. 344, l. 637 (avec d'autres références); p. 356, l. 889. Jean Chrysostome a christianisé ce concept en l'appliquant à l'attitude de Dieu qui se met à la portée des humains lorsqu'il s'adresse à eux; c'est la συγκατάβασις (*PG* 48, 722) que l'on traduit par "condescendentia". Cf. Suidas, éd. Adler, p. 450, l. 1287.

249 *lactea* La même image, appliquée aux cérémonies du culte, se trouve au livre II, *ASD* V, 4, p. 376, ll. 218–219: "Quam multos videmus adhuc infantes in Christo, quibus ceremoniarum lacte sit opus, quum annum iam excesserint quinquagesimum". De là on conclut que l'homme adulte dans la piété n'a pas besoin de cérémonies.

250 *praemansa ... inserunt* L'image vient de Cic. *De or.* II, 39, 162 et le mot *praemansa* de Gell. IV, 1, 11; cf. ci-dessous, p. 378, l. 330.

251 *Moses retrahens* Voir l. 226. Voir "per gradus" pp. 372–373, ll. 218, 234 et nn.

256 *haec ratio ... persuadendum* C'est donc un principe de rhétorique (ou, si l'on préfère, de pédagogie) qui explique que la Révélation se soit faite par étapes.

257 *Praescribere ... cogere* Car la prescription est un ordre, donc est accompagnée de la menace d'un châtiment (explicite ou implicite) pour ceux qui n'obéissent pas. On retrouve l'opposition entre crainte (Ancien Testament) et amour (Nouveau).

260 *impleuit ... iustitiam* Cf. *Mt.* 3, 15[c].

261 *non ... consummaret* *Mt.* 5, 17 et sa *Paraphr.*, *LB* VII, 28 D–E: "Nequaquam in hoc veni quo vel Legem reddam dilutiorem vel abrogem nouis praeceptis. Quin potius ideo veni, vt Legem absoluam ac perficiam; nihil enim illa praecipit quod hactenus a me non obseruatum queri possint. Quod si luce prodita cedunt vmbrae, si iam factis ipsis praesto quod Prophetae futurum praedixerant, nihil Legi derogatur, sed potius accedit perfectio. Habuit illa tempus suum, habuit honorem suum, illa typis quibusdam adumbrauit, quod nunc orbi repraesentatur. Illa ceremoniis et praeceptis carnalibus ceu cancellis quibusdam circumsepsit cupiditates hominum, ne impune prolaberentur in omne flagitium, quo capaciores essent Euangelicae doctrinae, nunc quod perfectum est expromitur: illa carnalis licet et crassa hactenus profuit, vt homines peccatum suum agnoscerent, nunc absque ceremoniis datur gratia quae peccata diluat. Etc.".

262 *non protinus damnarunt* Voir *Gal.* 2, 11–21 et 3.

264 *Timotheum ... circumcidi* *Act.* 16, 3.

264–265 *ipse tonsus ... Cenchreis* *Act.* 18, 18.

265–266 *nec Petrus ... admonitus* *Act.* 10, 30–48.

268 *ad tempus* "Pour un temps", *Gramm. rhét.*, pp. 657–658 et n. 274.

269–270 *in concilio ... liberandas* *Act.* 15, 1–11.

270 *Iacobus ... excepit* *Act.* 15, 13–21.

270–271 *Mox Petrus ... quibuslibet* Cela ressort de *Gal.* 2, 12.

271–272 *Gal.* 5, 11.

274 *ipsi ... Iudaei* Ceux qui se convertissaient évidemment.

23. Simili ratione conducit vti, si quis error inueteratus aut si qua consuetudo multis seculis occupauit animos. Non statim omnia, sed paulatim abroganda sunt, donec persuasi vltro recedant a consuetis. Sic medici non statim admouent efficacissima pharmaca, sed leuioribus remediis morbum attenuant.

24. Quin hoc ipsum fuit diuinae bonitatis, nostrae imbecillitati consulentis, quod Christus corpus suum subduxit in coelum, nec id protinus, sed post resurrectionem frequentibus interuallis ostendens se suorum conspectibus, quo paulatim assuescerent spiritu non nisi coelestia contemplari. '*Expedit vobis*, inquit, *vt ego vadam*'. Etenim si Deus inter nos assidue visibilis versaretur tantaque lenitate toleraret hominum immania crimina, quanta nunc tolerat, nonne protinus veniret in contemptum ac nobis vsu veniret, quod euenit in apologo ranis trabi pro rege missae insultantibus?

25. Illud frequenter inculcandum auditoribus, vt omnia gerant tanquam sub oculis Dei cuncta videntis, etiam arcana cordium; qui si quando dissimulat toleratque mala nostra, timendum est ne grauiorem vltionem paret, si clementem neglexerimus.

ANGELI

Angeli quoque multis nominibus sunt nobis amandi, vel quia Domino communi familiariter inseruiunt, vel quia iussu summi principis ex animo bene volunt electis, additi nobis custodes aduersus impios spiritus, quorum praesentia nos deberet a peccando deterrere. Contristamus enim illos et a nobis profligamus, quoties contemptis Dei praeceptis Satanae paremus instinctibus. Ille cum suis satellitibus nusquam non vigilat vt perdat, hi semper vigilant vt tueantur. Tot enim casibus exposita est humana vita, vt pauci infantes peruenirent ad adolescentiam, pauci adolescentes ad virilem aetatem, pauci viri ad senectutem, nisi nostri curam assiduam gererent angeli. Par est redamare, qui nobis bene volunt; par est venerari, qui naturae sunt sublimioris et in amore Dei constabiliti. Deferunt nostra vota ad Deum, referunt ad nos illius munificentiam, solatium adferunt in afflictionibus, nam et Christum in agone confortasse leguntur; inspirant sancta desideria, adiuuant in tenta-
LB 1095 tione, bonis nostris exhilarantur, malis quodammodo indole|scunt, omnes expectant consummationem corporis Christi. Adorandi tamen non sunt, licet in Veteris Instrumenti voluminibus legamus adoratos angelos, velut Geneseos 18. Sed intelligendum est vel illos in angelis adorasse Deum, vel *adorandi* verbum positum pro *venerandi*, quemadmodum legimus et reges adoratos. Quanquam hoc ipsum honoris angelus recusat in Apocalypsi, agnoscens ad quam dignitatem per Verbum carnem factum subuecta esset natura humana, seque conseruum profitetur, quum in Veteri Testamento patiantur se vocari dominos.

De natura angelorum non est necesse altius philosophari quam in Canonicis

Libris traditum est. Angelos esse constat ac per hos Deum administrare res hominum. Ordinum quorundam tituli proditi sunt, quorumdam etiam propria nomina. Mentes sunt incorporeae, quae si quando apparent, assumptitiam speciem exhibent oculis. Dicuntur viri, non quod vllus sexus sit in angelis,

277 *paulatim* Un mot clé comme "ad tempus" ou "per gradus"; voir *Gramm. rhét.*, p. 657, n. 272.

278 *persuasi* Participe substantivé; *vltro* = *sua sponte* ll. 274–275; *consuetis* Participe substantivé au neutre.
non statim Synonyme de *paulatim* par le procédé de la négation de l'opposé (*De cop. verb.*, *ASD* I, 6, p. 72).

280 *bonitatis* ... *imbecillitati* Double variation sur *humanitas* et *infirmitatem* (ll. 247–248).

283–284 *Expedit* ... *vadam* *Ioh.* 16, 7b; *in coelum* (l. 281) et *coelestia* sont pris, le premier au sens propre, le second au sens figuré.

287 *ranis* ... *insultantibus* Phaedr. I, 2: "Ranae regem petierunt"; 19–20: "Illae timore posito certatim adnatant / lignumque supra turba petulans insilit".

289 *Dei* ... *arcana cordium* Voir p. 355, l. 875; p. 356, l. 892.

291 *clementem* Adjectif équivalent à une subordonnée de temps: "lorsqu'il est clément".

294 *communi* Commun aux Anges et à nous les hommes. Sur les anges: Denzinger-Schönmetzer est très pauvre en documents antérieurs à Er. La source de celui-ci pourrait être (à côté du Ps.-Dion. *Hierarch. coel.*, et d'Aug. *Civ.* XII) la *STh* de Thomas d'Aquin.

295 *bene volunt electis* Ce dernier mot limite à l'au-delà leur bonne volonté. Ps.-Dion.: "Le but de la hiérarchie est donc de conférer aux créatures, autant qu'il se peut, la ressemblance divine et de les unir à Dieu" (*Hierarch. coel.* ch. 3, § 2, *PG* 3, 165 A). Er. en limitant aux élus veut sans doute laisser de côté ceux pour qui cette aide a été sans utilité.

295 *custodes* Sur les anges gardiens: Thomas d'Aquin *STh* Ia, q. 113.

299 *Tot enim casibus* ... *vita* Cf. *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 108, ll. 655–665; *Adag.* 1248 'Homo bulla', *LB* II, 500 A–503 A.

299–301 *pauci* ... *gererent angeli* Ainsi le soin que les anges prennent des humains concerne la durée de leur vie terrestre; il serait de nature "charnelle" et non spirituelle; ils retarderaient par là l'accès à la vie éternelle?

303 *constabiliti* "Solidement établis": Plaut. *Capt.* 453; Ter. *Ad.* 771.

305 *in agone* ... *leguntur* *Lc.* 22, 43: c'est l'"agonie" du mont des Oliviers; l'Evangile parle d'*un* ange.

307 *consummationem corporis Christi* Il s'agit du "corps mystique" du Christ, de l'Eglise des saints qui sera définitivement constituée au Jugement dernier; *Eph.* 4, 12: "ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi"; *Paraphr.*, *LB* VII, 982 B–C: "... vt ex his omnibus in vnum collatis consummaretur sanctorum coetus, sic instructus ad omnem officii functionem, et perfectum Christi corpus omnibus sui membris coagmentatum ...".

308 *adoratos angelos* *Gn.* 18, 2: ce sont les trois visiteurs d'Abraham à Mambré; ce passage a été commenté au livre III, ci-dessus, p. 222, l. 476 sq.

309 *illos* Pluriel d'amplification; allusion à d'autres passages où des hommes adorent des anges?

310 *reges adoratos* *Esth.* 3, 2; en fait il s'agit non pas du roi, mais de son ministre Aman.

311 *hoc* ... *honoris* "Ceci en fait d'honneur" comme Cic. *Verr.* 2, 5, 106: "Iste hoc causae dicit, quod etc.".
angelus recusat *Ap. Ioh.* 19, 10 et 22, 9.

312 *Verbum carnem factum* *Ioh.* 1, 14; voir *Paraphr.*, *LB* VII, 503 E–504 C.

313 *conseruum* Le mot se trouve dans les deux versets indiqués n.l. 311 (Vulg. et Er.).

313–314 *vocari dominos* *Iudic.* 6, 13 et 15; *Dn.* 10, 16 et 19 etc.; *Zch.* 1, 9 etc.

317 *Ordinum* Ps.-Dion. en compte trois fois trois.

317–318 *propria nomina* Gabriel, Michael, Raphael, etc.

318 *assumptitiam* Le mot n'appartient pas au latin antique; il est sans doute scolastique, bien qu'absent de Thomas d'Aquin qui se contente de "corpus assumptum"; voir *STh* Ia, q. 51, art. 1 ("Angeli non habent corpora sibi naturaliter vnita"), 2 (explique ce que signifie pour un ange "assumere corpus").

sed quod ea specie sese ostendunt. Quoniam autem humanae mentis hebetudo aegre credit esse quod non videt, expedit illud teneris protinus animis instillare, esse spiritus inuisibiles, testes omnium actionum nostrarum atque adeo cogitationum quoque, quibus grata est sobrietas, pudicitia, veritas, simplicitas et quicquid ad veram pietatem pertinet: vt omnes excludas homines, angelum tamen habes spectatorem. Similiter agendum, vt de sanctis vita defunctis religiosam imbibant opinionem.

Ex his quae tantum delibauimus, facile coniiciet lector prudens, quot voluminibus esset opus, si quis singulatim omnia conetur persequi, praeterquam quod ineptum atque ingratum etiam esset omnia formulis praescribere ac velut infantibus cibum praemansum in os inserere. Quod igitur superest operae, studiosis peragendum relinquo, vt excussis Diuinis Voluminibus sibi quisque decerpat, quod ad concionandum vsui fore iudicabit, eaque in ordinem commodum digeret. Velut haec, quod prima hominis natiuitas fuit e luto, quemadmodum et reliquorum animantium, propagatio ex carne. Secunda natiuitas e spiritu, propagatio per Verbi praedicationem. Gen. 2 *Formauit Dominus Deus hominem de limo terrae.* Genesis 1 *Benedicit illis Deus. Crescite*, inquit, *et multiplicamini.* Sed hanc benedictionem Deus prius impartiit piscibus, reptilibus ac volucribus. Idem repetitur cap. 8 et 9 hominibus et animantibus ad exiguum numerum redactis. De feliciore generatione propaganda praecepit Dominus: *Ite in orbem vniuersum et praedicate Euangelium omni creaturae.* Sic multiplicatus est nouus homo et noua in Christo creatura. De priore dictum est *masculum et foeminam creauit eos*, de posteriore dixit Paulus: *In Christo non est mas et foemina, sed noua creatura.* Debetur igitur honos coniugio, quod ipse Deus instituit et benedixit, sed maior honor debetur iis qui se castrauerunt propter regnum Dei, hoc est Euangelii praedicationem.

Praeterea prima Lex erat: *Ne comederis, alioqui morieris.* Ea statim declarauit esse verum quod scripsit Apostolus: *Lex iram operatur.* Atque hic tota rei imago ob oculos ponitur, quo pacto ab innocentia prolapsus fuit in peccatum. Lex occasio est, instigator serpens, abutens hominis libero arbitrio ac promittens impunitatem. Illecebra pomum est. Seducitur Eua, caro nostra, per hanc ratio pertrahitur in criminis societatem. Peccatum ilico comitatur conscientia perturbata quae prius erat secura. Erubescunt, abdunt se fugitantque conspectum Dei, quum post lapsum vnicum sit remedium ad oculos Dei confugere. Appellati tergiuersantur, Adam in Euam, Eua in serpentem culpam reiicit, quum ad placandum Deum efficacissima res sit confessio. Hinc erumnarum

333 digeret *O*: digerat *BAS LB*.
343 honos *O*: honor *BAS LB*.
348 fuit *O*: fiat *BAS LB*.

320 *mentis hebetudo* Macr. *Somn.* I, 14, 12: "memoria, non illa ratione mixta, sed quae hebetudinem sensuum quinque comitatur"; Aug. *Conf.* V, 8, 14 (Labriolle 1. 20–21): "Multa iniuriosa faciunt mira hebetudine et punienda legibus"; le mot signifie donc:

"manque (ou perte) de lucidité", "aveuglement".

321 *expedit* Trait permanent d'Er.: subordonner le savoir théorique à la pratique, la théologie à la piété; mesurer la valeur d'une connaissance à son utilité (ou à sa nocivité) pour la vie chrétienne.

323 *veritas* La sincérité ou mieux la véracité.

324 *simplicitas* Voir p. 356, l. 884.
vt Valeur concessive: "à supposer que, en admettant que".

330 *velut infantibus ... inserere* Cf. p. 374, l. 250. Le texte de Cic. (*De or.* II, 162): "qui ... omnia minima mansa vt nutrices infantibus pueris in os inserant" (il s'agit de former à l'éloquence un élève tout à fait "rudem").

331–332 *sibi quisque decerpat* Déjà dit p. 311, l. 5; p. 336, ll. 497–499; p. 358, l. 930.

333–334 *prima hominis ... ex carne* Il faut analyser ainsi en se reportant à la phrase suivante: *prima hominis natiuitas fuit e luto*, (prima) *propagatio* (fuit) *ex carne*; la comparaison *quemadmodum ... animantium* se rattachant à la deuxième partie de la phrase.

334–335 *Secunda ... praedicationem* Là encore ellipses: *secunda natiuitas* (hominis fuit) *e spiritu*, (secunda) *propagatio* (fuit) *per Verbi praedicationem*. Voir *Ioh.* 3, 5–6: "nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu non potest introire in regnum Dei; quod natum est ex carne caro est, et quod natum est ex Spiritu spiritus est"; *Paraphr.*, *LB* VII, 520 A–C.

335–336 *Formauit ... terrae* *Gn.* 2, 7 sert de preuve à *prima natiuitas ... luto*.

336–337 *Benedicit ... multiplicamini* *Gn.* 1, 28 (début), mais il faudrait lire "benedixit": lapsus d'Er. ou coquille restée inaperçue?

337–338 *Sed hanc ... volucribus* *Gn.* 1, 22; ce rapprochement justifie l. 334: *quemadmodum ... ex carne*.

338–339 *Idem ... redactis* *Gn.* 8, 17[c] et 9, 1[b]; ceci est dit après le déluge les seuls êtres vivants qui subsistent étant ceux de l'arche de Noé.

339 *De feliciore generatione* Celle qui est nommée l. 335.

340 *Mc.* 16, 15; c'est le Christ qui s'adresse aux Apôtres après la Résurrection.

341 *nouus homo* *Eph.* 4, 24: "Induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia et sancta veritate"; *Col.* 3, 10: "et induentes nouum [hominem], eum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit eum"; *noua ... creatura* 2. *Cor.* 5, 17; *Gal.* 6, 15.

342 *masculum ... eos* *Gn.* 1, 27.

342–343 *In Christo ... creatura* *Gal.* 3, 28.

343 *coniugio* Par lequel se fait la "propagatio ex carne" (l. 334).

344 *Deus ... benedixit* Il s'agit du mariage en tant que sacrement. L'Eglise catholique anathématise ceux qui nient qu'il ait été institué par le Christ, mais ne précise pas où et quand il le fut; pas davantage Thomas d'Aquin *STh* IIIae suppl., q. 42, art. 1. Le texte généralement invoqué *Eph.* 5, 32: "sacramentum hoc magnum est" est traduit plus fidèlement par Er. "mysterium hoc magnum est"; voir la discussion dans *Annot.*, *LB* VI, 855 B–E qui se termine ainsi: "Neque enim nego matrimonium esse Sacramentum, sed, an ex hoc loco doceri possit proprie dici Sacramentum, quemadmodum Baptismus dicitur, excuti volo". Ici Er. est beaucoup plus affirmatif, mais il ne cite point de texte de l'Ecriture alors qu'il le fait pour toutes les autres affirmations de ce passage ll. 333–345.

344–345 *se castrauerunt ... Dei* *Mt.* 19, 12.

345 *Euangelii praedicationem* *Mt.* 11, 11, *Annot.*, *LB* VI, 60 D; etc. voir *Gramm. rhét.*, p. 577; p. 637, n. 169.

346 *Ne comederis ... morieris* *Gn.* 2, 17; plus exactement: "in quocumque die comederis, ex eo morte morieris" (Vulg.); cf. p. 320, l. 194.

347 *Lex iram operatur* Voir p. 320, l. 179; *Rom.* 4, 15.

348 *quo pacto ... fuit* Au lieu de "fuerit": syntaxe de Plaute.

349 *Lex occasio est* Voir p. 348, l. 743.

350 *Eua, caro nostra* Voir livre III, ci-dessus, p. 242, l. 953; *Enchir.*, Holborn, p. 23, ll. 16–17: "Mulierem autem carnalem hominis partem intellige. Haec est enim Eua nostra per quam versutissimus serpens ad mortiferas voluptates mentem nostram illectat".

351 *ratio* Livre III, p. 242, l. 953: "Nostra Eua caro est; Adam ratio siue spiritus".

351–352 *conscientia perturbata ... Erubescunt* *Gn.* 3, 7: "aperti sunt oculi amborum, cumque cognouissent esse se nudos".

352 *abdunt ... fugitantque* *Gn.* 3, 8[b] et 10.

354 *Appellati* "Inculpés", "mis en accusation"; *Gn.* 3, 11 et 13. Sens cicéronien.
tergiuersantur Cf. p. 86, n.l. 635; c'est reculer ou fuir (tourner le dos), mais tout en continuant à combattre; bref c'est refuser de s'avouer vaincu, ou ici de se reconnaître coupable.
Adam ... reiicit *Gn.* 3, 12 et 13.

355 *erumnarum* *Gn.* 3, 16 Dieu dit à Eve: "multiplicabo aerumnas tuas".

omnium examen, quibus vita mortalium affligitur, Mortis et Satanae regnum. Eandem ob causam Cain non meruit veniam, quoniam appellatus parricidium tergiuersando dissimulare maluit quam confiteri. Apud Deum quem nihil fugit, stulta est tergiuersatio, tutissima confessio. Ex peccato nata seruitus.
LB 1096 Gen. 3: *Sub potestate viri eris, et ipse domina|bitur tui.* Dux fuerat ad delinquendum, abrogatur illi autoritas. Quin et viro abrogatum est dominium in omne genus animantium, quae nunc variis modis impetunt hominem, palam, dolo, vi, venenis, vt vix vsquam liceat esse tutum. In herbis ac fructibus arborum, in terra, in aquis quot sunt venenorum species velut insidiantes hominum vitae, ab his omnibus tuta fuisset innocentia.

Iam matrimonii duo praecipui fructus sunt, iucunda vitae societas, *non est bonum hominem esse solum*, et proles. Vtrunque bonum vitiatum est per peccatum, mulier pro socio dominum habet, et saepenumero tales contingunt vxores, vt optabilius sit hominem esse solum. Superest pariendi facultas, quae graues adfert nixus, interdum et mortem. Quin et liberi fere tales contingunt, vt fortunatum videri possit orbum esse, quando primogenitus Euae parricida fuit.

Ad exprobrandum autem nostri temporis hominibus luxum et gulae delicias, cui nec terra nec maria sufficiunt, faciet quod Genesis 1 nullum cibi genus permissum est praeter fruges terrae et arborum foetus. Atque hic pastus erat homini cum caeteris animantibus communis vsque ad diluuium. Nec interim de vino vlla mentio. Primus Noe plantauit vineam cap. 9 atque experimento comperit e vino temulentiam, e temulentia omne dedecoris genus nasci.

Quanta vero olim fuerit liberorum erga parentes reuerentia declarat, quod Sem et Iaphet auersis vultibus texerunt pudenda patris, quae quoniam viderat Cham, diris execrationibus deuouetur. Ab hac verecundia multum absunt, qui nudi cum filiis ac filiabus in iisdem lauant balneis.

Posteaquam homines coeperunt esse carniuori, coeperunt et animantia laniatu viuere ac vicissim homines deuorare. Per luxum decreuit longaeuitas. Deceret autem, vt qui per gratiam euangelicam meditantur pristinum innocentiae statum, ad eandem frugalitatem semet exerceant.

Inter tam multos solus Noe praedicatur, quod fecerit omnia quae praeceperat illi Deus eoque cum paucis fide sua seruatus est, caeteris diluuio obrutis.

356 *Mortis et Satanae regnum* *Gn.* 3, 17–19. Mais l'allégorie est d'Er.

357–358 *Cain ... confiteri* *Gn.* 4, 9[b].

357 *appellatus parricidium* *Gn.* 4, 10[b]: "dixitque ad eum: 'Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra'"; le mot *appellatus* a ici le sens déjà rencontré l. 354: "inculpé, cité à comparaître devant le tribunal"; le motif de l'inculpation n'est pas formulé explicitement par un complément tel que serait *de parricidio*, mais il se tire avec évidence du mot *parricidium*, complément

d'objet direct des deux infinitifs *dissimulare* et *confiteri*; ce nom désigne non seulement le meurtre d'un père, mais aussi celui d'un proche parent, d'un frère etc.: dans Tite-Live, I, 13, 2, les Sabines s'interposent entre leurs maris et leurs beaux-pères, les adjurant de ne pas s'entretuer "ne parricidio macularent partus suos, nepotum illi, hi liberum progeniem".

358 *tergiuersando* Voir l. 354.

359 *stulta ... confessio* Reprise en termes fort voisins de ll. 354–355.

360 *Gn.* 3, 16; *fuerat* a évidemment pour sujet "Eua".

361–362 *dominium ... animantium* *Gn.* 1, 26 et 28.

362–363 *impetunt hominem ... tutum* Voir p. 322, l. 216 et n.

364 *in terra, in aquis* Animaux venimeux, terrestres ou marins.

366–367 *non est ... solum* *Gn.* 2, 18.

368 *dominum habet* Voir l. 360.

369 *hominem* Au sens de "virum"; comme dans Vulg. *Gn.* 2, 18 ci-dessus. Pour la description d'une mégère voir *Coll.* 'Vxor mempsigamos', *ASD* I, 3, ll. 301–313, le personnage de Xanthippe, en particulier pp. 302–303.

370 *graues adfert nixus* "Enfantements, accouchements"; Gell. XII, 1, 4, etc.

371 *orbum esse* "Etre sans enfant"; cf. "orbus senex", Cic. *Parad.* 39.

373 *luxum* Voir p. 344, l. 639 etc.

374 *cui nec terra ... sufficiunt* Cf. Sall. *Cat.* 13, 3: "vescendi causa terra marique omnia exquirere"; Sen. *Epist.* 89, 22: "profunda et insatiabilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras, etc.".

374–375 *nullum cibi ... foetus* *Gn.* 1, 29–30; il y a une certaine outrance dans cette argumentation, car à en juger par les *Coll.* 'Conuiuium profanum' et 'Conuiuium religiosum' Er. lui-même ne se contentait pas d'une nourriture aussi fruste.

377 *Noe ... vineam* *Gn.* 9, 20[b].

378 *temulentiam* *Gn.* 9, 21: "bibensque vinum inebriatus est".
omne dedecoris genus *Gn.* 9, 21–22: "nudatus in tabernaculo suo; quod cum vidisset Ham ... verenda scilicet patris sui esse nuda".

381 *Sem ... pudenda patris* *Gn.* 9, 23.

382 *diris ... deuouetur* *Gn.* 9, 25: "[Noe] ait 'maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis'".

383 *nudi ... balneis* Ce pourrait être une réminiscence de Poggio Bracciolini, "Description des bains de Bade", *La letteratura italiana, Storia e testi*, vol. 13, *Prosatori latini del Quattrocento*, p. 222: "... balnea quae sunt in domibus priuatorum, perpolita sunt et ipsa viris feminisque communia ... Cuiuis licet visendi, colloquendi, iocandi ac laxandi animi gratia aliorum balnea adire ac adstare, adeo vt et cum exeunt et cum ingrediuntur aquas feminae maiori parte corporis nudae conspiciantur. ... pluribus in locis idem qui viris et mulieribus quoque ad balnea est ingressus, vt saepissime accidat et virum feminae seminudae et feminam viro nudo obuiam ire". En fait Pogge voudrait donner l'idée d'une sorte de retour à l'Eden, c'est-à-dire de nudité sans faute, l'inverse d'Er.

384 *carniuori* Le mot est dans Plin. *Nat.* IX, 78 appliqué aux squales. Sur le fait que les hommes sont omnivores voir Plut. *Gryllus* ("Bruta animalia ratione vti") 8, 4–6, *Mor.* 991 C–D.

385 *laniatu* "L'acte de déchirer un corps, de la chair"; voir Cic. *Tusc.* I, 43, 104: "Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti?" (Diogène parlant de ce qui lui arrivera après la mort).
vicissim "En retour, en réplique". C'est donc parce que l'homme le premier a mangé de la viande que les animaux comme le lion ou le loup se sont mis à se nourrir de chair humaine. Auparavant ils mangeaient de l'herbe sans doute? Er. se fait ici l'écho des thèses de saint Augustin; voir p. 323, n.ll. 217–218.
luxum Voir la référence donnée l. 373; manger de la viande fait partie des excès de table.
decreuit longaeuitas Voir Aug. *Civ.* XV, 9; car selon cet auteur, avant le déluge, l'homme qui a vécu le moins vieux avait atteint 753 ans (Aug. *Civ.* XV, 8); mais *Gn.* 5, 23 dit que Hénoch vécut 365 ans. Voir l. 391.

387 *frugalitatem* Définie par Sen. *Epist.* 17, 5: "frugalitas autem paupertas voluntaria est".

388 *praedicatur* "Est célèbre, loué" *Gn.* 6, 9: "Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis"; ceci était avant l'épisode rapporté ll. 377–379.

389 *fide sua* "Sa fidélité", voire "son obéissance" aux préceptes divins, voir encore *Gn.* 6, 7[c]. Mais par le choix de ce mot Er. suggère un rapprochement avec *Rom.* 1, 17: "iustus ex fide viuit" (= *Gal.* 3, 11) et d'autres passages du Nouveau Testament (*Mt.* 9, 22; *Mc.* 5, 34; 10, 52; *Lc.* 7, 50; 8, 48; 17, 19; 18, 42) "fides tua te saluam [ou: saluum] fecit".

Per solam fidem salus, sed intra arcam, extra Ecclesiam nulla est salutis spes.

Ante hunc laudatus est Enoc qui ambularit cum Deo, nec de hoc scribitur quod mortuus sit, quemadmodum de caeteris, sed e medio sublatus est a Deo, ne quis crederet clam per insidias interfectum fuisse. Praereptus est seculo in dies magis ac magis ad omnem malitiam deuergenti. Iam enim inuaserat idololatria, iuxta Hebraeorum interpretationem, legunt enim cap. 4: *Tunc coepit inuocari nomen Domini*, quod Dei nomen soli ac lunae tribui coeperit. Inundauit et nepharia libido, vt legis cap. 6.

Sequitur Abraham euangelicae fidei nobilissimum exemplar, qui pro Abram dictus Abraham, vxoris nomine diminuto, significat per fidem euangelicam gliscentem decrescere in nobis carnis tyrannidem. Nec is genuit Isaac nisi iam emortuo corpore tum ipsius tum vxoris, cui iam desierant muliebria. Isaac risum seu gaudium sonat. Hoc arcanum gaudium mentis sibi bene consciae, non nascitur in nobis, nisi per spiritum mortificatis carnis affectibus.

Hinc cap. 12 opulentia notatur discordiarum parens, inter famulos Loth et famulos Abrahae. Sed Abraham aequitate sua paci consuluit. Interdum disiunctio melius alit amicitiam quam propinqua familiaritas. Abraham vt vere spiritualis non diiudicat terram, sed vbiuis habitat in tabernaculis, veluti peregrinus in hoc seculo, totus pendens a nutu Dei. Loth quanquam et ipse iustus, tamen gradu longe inferiore, seligit terram amoenam et irriguam ac ciuitates non ipse quidem aedificat, sed ab aliis aedificatas inhabitat. At Abraham in tabernaculis cum angelis ac Deo colloquitur. Loth in ciuitate periclitatus est. Abraham nihil aedificat nisi altaria Domino, Dei gloriam quaerens, non suam, nec colit vites, quae res male cessit Noe, sed effossis puteis quaerit venas aquae viuae. At impii filii Adam dum conantur extruere turrim vsque ad coelum pertingentem, ac celebre reddere nomen suum super
LB 1097 terram, ex vnica lingua, tot | linguarum species nobis pepererunt. Dissidiorum mater est ambitio, ambitionis parens superbia. Nec aliunde veniunt inter mortales tot bella, tot lites, tot sectae, tot opinionum dissidia. Si vere quaereremus gloriam Dei, vnanimes vna voce Deum glorificaremus.

Huc prodit Isaac Christi typus, quem in nobis gignit fides et cuius gratia benedictionem meruerunt omnes gentes. Cui respondet Ismahel ancillae filius,

391 Enoc *O*: Enoch *BAS LB*.

390 *arcam* Symbole ou type de l'Eglise des saints (Aug. *Civ.* XV, 26; voir p. 210, l. 240). Il paraît évident qu'Er. entend Eglise ("sancte Socrates, ora pro nobis") en un sens autre que Sa Sainteté le pape Pie IX en 1862 (Denzinger-Schönmetzer § 2867). Voir p. 372, l. 214. La formule remonte à Cypr. *Epist.* 73, 21, 2: "salus extra ecclesiam non est".

391 *Enoc ... Deo* *Gn.* 5, 23–24: "Et facti sunt omnes dies Enoch trecenti sexaginta quinque anni, ambulauitque cum Deo et non apparuit quia tulit eum Deus". C'est la raison pour laquelle Aug. (voir n.l. 385) ne le fait pas entrer en ligne de compte.

392 *mortuus, sublatus* Il est artificiel de faire une différence.

393 *Praereptus est* "Il fut enlevé avant le temps" (le temps normal pour un homme de ce temps d'avant le déluge l. 385).

393–394 *in dies ... deuergenti* *Gn.* 6, 11–12; mais cela est postérieur à la disparition d'Enoch. Le verbe "deuergo" vient d'Apul. *De deo Socr.* 9, 140.

395–396 *idololatria ... coeperit* *Gn.* 4, 26 dans la Vulg. dit plus exactement: "iste [= Enoch] coepit inuocare nomen Domini"; LXX: Οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ. "Le nom du Seigneur" est Yahvé; mais ce nom ne sera révélé qu'à Moïse (*Ex.* 3, 13–15; 6, 2–3); pour éviter une contradiction on a recours à l'hypothèse de l'idolâtrie. Aug. suit l'interprétation des LXX dans *Civ.* XV, 18; il ne mentionne pas l'interprétation "des Hébreux", bien qu'il disserte, à propos des durées de vie, sur l'écart entre les deux (*Civ.* XV, 13–14). L'idée d'un culte du soleil et de la lune provient sans doute de Ios. *Ant. Iud.* I, 2, 3, 69, sur l'invention de l'astronomie par les fils de Seth, mal interprété.

397 *Inundauit ... libido* *Gn.* 6, 12: "omnis quippe caro corruperat viam suam super terram" et auparavant il est question de l'union entre "les fils de Dieu" et "les filles des hommes".

398–399 *pro Abram ... Abraham* *Gn.* 17, 5.

399 *vxoris ... diminuto* *Gn.* 17, 15. Elle s'appelait Saraï, elle sera désormais Sara.

399–400 *fidem ... gliscentem* Représentée par l'allongement du nom d'Abram.

400 *decrescere ... tyrannidem* Représentée par l'abrègement du nom de Saraï. La femme, Eve ou Sara, est l'allégorie de la chair; voir p. 378, l. 350.

401 *emortuo corpore* C'est-à-dire le désir charnel et la capacité d'engendrer ou d'enfanter: *Gn.* 17, 17, Abraham a cent ans, Sara quatre-vingt dix.

desierant muliebria *Gn.* 18, 11.

401–402 *Isaac ... sonat* Lorsqu'Abraham entend l'annonce de Dieu, cela le fait rire (*Gn.* 17, 17); de même pour Sara (*Gn.* 18, 12); de là le nom d'Isaac, soit que ce rire exprime l'incrédulité devant l'invraisemblance de la promesse soit qu'il signifie la joie d'avoir un enfant.

404–405 *Hinc ... Abrahae* *Gn.* 13 (et non pas 12), 5–7.

405 *Abraham ... consuluit* *Gn.* 13, 8–9.

407 *non diiudicat terram* Il laisse à Loth le choix; la "terre" symbolise ici comme ailleurs l'ici-bas, le charnel.

tabernaculis *Gn.* 13, 18; il est nomade. Pour le sens voir *Coll.* 'Conuiuium religiosum', *ASD* I, 3, p. 253, ll. 674–696 où sont cités 2. *Cor.* 5, 4* et 2. *Petr.* 1, 13–14* qui reprennent la métaphore de la tente, représentant le corps ou la vie terrestre, par opposition à la "demeure" (domus) qui est après la mort. *Annot. in* 2. *Cor.* 5, 4, *LB* VI, 766 D–E: "Tabernaculum viatoris est ac militis, eoque temporarium; domus, inhabitantis ac permanentis".

409 *seligit ... amoenam* *Gn.* 13, 10: "vidit omnem circa regionem Iordanis quae vniuersa irrigabatur antequam subuerteret Dominus Sodomam et Gomorrham, sicut paradisus Domini et sicut Aegyptus venientibus in Segor".

410 *ciuitates ... inhabitat* *Gn.* 13, 12: "Loth moratus est in oppidis quae erant circa Iordanem et habitauit in Sodomis".

411 *Abraham ... colloquitur* *Gn.* 13, 14–17; 15, 1–21; 17; 18.

411–412 *Loth ... periclitatus est* *Gn.* 19, 9.

412 *Abraham ... altaria* *Gn.* 12, 7–8; 13, 18.

413 *male cessit Noe* Voir p. 380, l. 378.

413–414 *effossis ... viuae* Cela n'est pas dit dans *Gn.* mais se déduit de passages comme 16, 7 et 14 et de ce qu'*Ex.* 17 montre de la vie au désert.

415 *turrim ... pertingentem* C'est la Tour de Babel *Gn.* 11, 1–9 dont Er. a proposé une interprétation toute humaine dans le *De pronunt.*, *ASD* I, 4, pp. 32–33, ll. 625–639. Voir *Gramm. rhét.*, pp. 79–84.

417 *ambitio* Désir d'être le premier, de commander, de faire reconnaître sa supériorité.

418 *bella ... dissidia* Gradation descendante à partir du plus grave.

sectae Se rattache pour Er. à "secare", couper, diviser; voir *Gramm. rhét.*, pp. 1132–1134.

419 *vnanimes vna voce* *Rom.* 15, 6: "vt vnianimes vno ore honorificetis Deum et Patrem Domini nostri Iesu Christi" (Vulg.); Er. traduit, *LB* VI, 646 A: "vt vnanimiter ... glorificetis ...". Pour *gloriam Dei* 1. *Cor.* 10, 31 et *Col.* 3, 17.

420 *typus* Voir p. 240, l. 920.

gignit fides L'expression s'applique à la fois à Isaac au sens propre, et à chaque chrétien au sens figuré.

cuius gratia N'a pas le sens usuel "en vue de qui", mais celui de "grâce à qui", "par la grâce de qui".

421 *benedictionem ... omnes gentes* *Gn.* 17, 19 et 21 pour le sens propre (l'Ancienne Alliance).

Ismahel *Gn.* 16, 3 et 11; sa mère est Agar, servante de Saraï; son nom signifie "Dieu entend", "eo quod audierit Dominus afflictionem tuam".

homo ferus et pugnax. Nam statim a puero pugnare coepit cum Isaac. Sed per Christum cessit Legis austeritas contentiosos ac pugnaces gignens et vicit gratia, spiritus libertatem adferens. Eiecta est Agar cum filio suo, nihil viatici secum deferens nisi vtrem aquae, videlicet insipidae literae, donec illam Christus vertit in vinum.

Hinc origo circumcisionis puritatem euangelicam designantis, per spiritum resectis carnis affectibus. Sed quemadmodum Isaac per infantiam lacte alitus est, ita et Christus in nobis habet infantiam suam, quibus lacte opus est nondum patientibus solidi cibi. Verum vbi creuit puer et a lacte submotus est, apparauit Abraham grande conuiuium. Interim exprobrantur nostrorum temporum matribus deliciae, quod Sara viri tam potentis vxor suis vberibus non grauata est lactare filium suum, praesertim iam anus. Sed has quoque formas desino persequi, ne taedio sim lectori.

Caeterum qui se parat ecclesiastico muneri, quum in Scripturarum hortis assidue versabitur, huiusmodi sibi decerpet, quo dicenti sint ad manum. Nec ea solum annotabit, quae faciunt ad virtutum commendationem ac vitiorum detestationem, verum etiam illa quae pertinent ad dogmata theologica, hoc est quid sentiendum de Deo ac diuinis personis, quid de Christo incarnato, quid de Ecclesia, quid de reliquis fidei articulis. Super haec vigilanter obseruabit, quas leges actionibus humanis praescribant Arcanae Literae, veluti: quomodo contrahendum matrimonium aut quibus de causis dirimendum, quatenus fas sit bellum suscipere, quomodo creandi magistratus, quatenus obtemperandum principum edictis, quomodo tractandi haeretici, quid agendum in persequutione fidei causa mota. In his tamen omnibus consulet eorum lucubrationes, qui sibi diutina meditatione reconditam Scripturarum scientiam pararunt, vitaeque sanctimonia ac iudicandi synceritate magnam in Ecclesia conciliarunt autoritatem. Huc plurimum conducent scholasticae conflictationes, si sobrie peragantur et Scripturarum fundamentis potissimum innitantur. Nec aspernandum si quid super his statuit ecclesiastica synodus. Id vt longe tutius est quam propriae inniti prudentiae, ita ad alendam concordiam vtilius est.

De locis communibus, de typis et allegoriis, de sententiis, deque iis quae insigniter accidunt in hominum vita, satis dictum arbitror libris superioribus.

Nihil superest nisi vt exemplum aliquod proponatur vniuersa supellectile dicendi perfectum et absolutum. Quod tamen ipsum res esset iusti voluminis. Veluti si quis concordiam studeat commendare, primum definiet quae sit vera concordia, consensus bonorum in re bona. Malorum enim in malis consensus non est concordia, sed conspiratio. Concordes autem dicuntur, quod omnibus sit cor vnum, quemadmodum dicuntur et vnanimes, quod plurium vna sit anima. Quod esse non potest inter eos qui duplici sunt corde, et aliud gerunt in ore, aliud caelant in pectore. Huius concordiae autor est coelestis ille

448 Huc *O*: Hic *BAS LB*.

422 *homo ferus et pugnax* *Gn.* 16, 12.
statim ... Isaac Rien de tel dans *Gn.* 16, 12 qui dit seulement "manus eius contra omnes et manus omnium contra eum"; après la naissance d'Isaac (21, 2) en 21, 9: "Sara, ayant vu le fils d'Agar l'Egyptienne jouer avec son propre fils" fait chasser Ismahel par Abraham pour conserver tout l'héritage à Isaac. Mais Er. suit *Gal.* 4, 28–29: "Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus. Sed quemadmodum tunc is, qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum qui natus erat secundum spiritum, ita et nunc".

424–425 *Eiecta ... vtrem aquae* *Gn.* 21, 14–15.

425–426 *donec ... in vinum* Allusion au miracle de Cana, *Ioh.* 2, 1–10; l'eau insipide est le sens littéral (*literae*) de l'Ancien Testament dont le Christ révèle le sens spirituel, comme le paragraphe suivant en propose des exemples.

427 *origo circumcisionis* *Gn.* 17, 10–14.

428 *lacte alitus* *Gn.* 21, 7–8.

429–430 *lacte opus ... cibi* Le lait, ce sont les cérémonies du culte: "Quam multos videmus adhuc infantes in Christo, quibus ceremoniarum lacte sit opus, quum annum iam excesserint quinquagesimum" (livre II, *ASD* V, 4, p. 376, l. 278 sq.).

430 *a lacte submotus est* Au lieu de "ablactatus est" de Vulg.

431 *grande conuiuium* *Gn.* 21, 8.
Interim "Chemin faisant": à l'exégèse allégorique vient s'ajouter une leçon de morale.

431–433 *exprobrantur ... iam anus* A comparer avec p. 258, ll. 309–313 et dans le Commentaire de la *Nux* du ps.-Ov., *ASD* I, 1, p. 155, ll. 2–10 et p. 158, ll. 2–10. Er. critique le recours à des nourrices et préconise l'allaitement maternel dans *Inst. christ. matrim.*, *LB* V, 710 A où il donne ses sources: Favorinus dans Gell. XII, 1; Plut. *Mor.* 3 C–F, 'De pueris instituendis' (= 'De educatione puerorum') 5; il renvoie aussi à son *Coll.* 'Puerpera' (*ASD* I, 3, pp. 457–458, ll. 143–191); voir d'autres références dans ce dernier volume p. 457, n.ll. 143–144.

433 *formas* Ces types d'exégèse à utiliser dans un sermon; c'est le développement commencé p. 378, l. 331.

435 *hortis* Image biblique: par ex. *Is.* 58, 11; *Ir.* 31, 12; *Ct.* 4, 15; les jardins (paradis ...) évoquent l'eau qui donne la vie, par opposition à l'aridité du désert. Ambroise applique l'image à l'Ecriture, *Epist.* 48, § 3, *PL* 16, 1154: "Paradisus est Genesis ... Paradisus Deuteronomus ... Paradisus Euangelium, etc.".

437 *virtutum ... vitiorum* Exégèse tropologique, adhérente au sens littéral; voir livre III, pp. 220–226, ll. 468–569, en particulier ll. 565–566; p. 256, l. 285.

442–445 *contrahendum matrimonium ... mota* Sur chacun de ces points la position d'Er. s'écarte plus ou moins de celle qui était reçue en son temps; par ex. sur le divorce: *Annot. in 1. Cor.* 7, 39, *LB* VI, 692 D–703 C. Sur le traitement des hérétiques voir *Gramm. rhét.*, pp. 1129–1139. Sur l'attitude à adopter devant la persécution religieuse, voir ci-dessus, p. 358, l. 916.

445–448 *eorum lucubrationes ... autoritatem* Formule si générale qu'elle peut englober non seulement les Pères de l'Eglise (utilisés et nommés par Er. dans ses *Annot.*, *LB* VI), mais certains auteurs plus récents comme saint Bernard. Er. ne dit pas qu'il faille toujours les suivre, mais les consulter: *consulet*; encore plus prudents les mots de *conducent* et de *nec aspernandum*.

454 *supellectile* Image fréquente chez Er.; voir l'Index de *Gramm. rhét.*

455 *iusti voluminis* "Un volume en règle, un volume de plein droit" – et non pas quelques pages dans un volume.

456 *concordiam* Thème alors d'une tragique actualité qui avait déjà inspiré à Er. en 1533 son *De sarc. eccles. concord.*, *ASD* V, 3, pp. 258–313 (*Enarrat. in Ps.* 83). Et voir p. 352, l. 822; p. 347, l. 714.

457 *consensus ... re bona* La notion de *concordia* était importante chez les Romains qui en avaient fait une divinité; on la voit paraître chez les historiens (Sall. *Cat.* 9, 1; Liv. II, 33, 1), chez Cic. *Catil.* 3, 10, 25 surtout lorsqu'ils parlent des dissensions dans la cité; Aug. *Civ.* XIX, 13 utilise le concept quand il traite de la paix. Mais aucun d'eux ne donne la définition de *concordia*. Thomas d'Aquin *STh* IIa, IIae, q. 29, art. 1 analyse la question "Vtrum pax sit idem quod concordia" sans définir "concordia" autrement que comme "quaedam vnio voluntatis"; il dit même (sed contra) "concordia potest esse aliquorum impiorum in malo", ce qui pourrait avoir déterminé par opposition la définition ici donnée.

458 *conspiratio* Pourtant Cic. *Catil.* 4, 10, 22 parle de "tantam conspirationem bonorum omnium".

460 *duplici ... corde* Voir livre I, *ASD* V, 4, p. 42, l. 143 sq.

spiritus, omnia conglutinans et connectens. Quemadmodum enim spiritus hominis quamdiu viget in homine, singula corporis membra seruat in suis compagibus, quae destituta spiritu soluuntur, ita posteaquam in discipulos descenderat Christi spiritus, erat illis omnibus cor vnum et anima vna, teste beato Luca. Idem sentiebant, idem loquebantur, nempe magnifica Dei, non opiniones hominum. Vt autem primus ac summus concordiae autor Deus est, ita Satanas primus seminauit discordiam inter Deum et homines.

LB 1098 Summum et archetypum concordiae exemplum est trium | personarum eadem natura, eadem voluntas, eadem potentia. Proximum Christus, cui sic adglutinata est Ecclesia, vt Deus, homo et vniuersa piorum societas vnam constituant personam, et per hanc indiuiduam societatem veniunt in consortium Patris et Spiritus Sancti. Corpus vnum est cum capite. Caput vnum est cum Patre et Spiritu Sancto. Tertium est in societate membrorum mystici corporis inter ipsa, quod exemplum frequenter nobis ingerit beatus Paulus. Multa membra sunt variis officiis designata et tamen vnum corpus sunt adeo vt cuiuslibet membri iniuria ad totum corpus perueniat et singulorum gloria communis sit omnium. Vtriusque concordiae symbolum est in synaxi, hoc est, in communione corporis et sanguinis Dominici. Quartum est in coniunctione maris et foeminae. Ex duobus fit vna caro, adeoque tenaci charitatis glutino copulantur, vt homo citius sustineat a matre ac patre diuelli quam ab vxore. Quintum est in coniunctione corporis et animae, quae ipsa coniugio quodam cohaerent. Animus pro viro est, corpus pro vxore. Animus imperat sed amanter, corpus obsequitur. Porro quam arcto nexu cohaereant declarat diuulsio. Nihil enim morte tristius. Quantum animae debeat corpus, declarat exanime cadauer. Vbi tunc species, vbi visus, vbi auditus, vbi vox, vbi motus? Anima vicissim diuulsa non conquiescit, donec ad vetus contubernium reuocetur. Sextum exemplum est in corporibus coelestibus, quae iussu conditoris, quum varie moueantur, tamen tot annorum milibus perpetuo foedere tuentur concordiam. Septimum est in elementis, quae quum natiuis qualitatibus dissideant, tamen admirabili temperamento sibi vicissim inseruiunt. Terra immobilis librat omnia circumfusa, aqua irrigat, aer refocillat, ignis agit. Octauum est in brutis animantibus iisque diuersis. Apes et formicae in commune laborant, admirabili politia inter se concordes. Boues viso lupo velut in aciem sese coniungunt. Viso miluio condensant se columbae. Quin et prisci mortales, quo tutius ac iucundius viuerent, ciuitatum foedera repererunt.

478 synaxi *O*: synai *BAS*, Sinai *LB*.

462 *conglutinans* Cf. Cic. *Att.* I, 17, 10: "a me conglutinata concordia"; mais aussi *Gn.* 34, 3 "et conglutinata est anima eius cum ea". *connectens* Cf. Cic. *Nat.* II, 38, 97: "tam certos coeli motus, tam ratos astrorum ordines tamque inter se omnia conexa et apta"; Plin. *Epist.* IV, 15, 2: "ad connectendas amicitias ... tenacissimum vinculum". *spiritus* Au lieu de "anima", principe vital, mais le mot est choisi pour permettre le jeu de mots qui suit.

465–466 *cor vnum ... beato Luca* *Act.* 4, 31–

32: "repleti sunt omnes Spiritu Sancto ...; multitudinis autem credentium erat cor vnum et anima vna ... erant illis omnia communia" (trad. Er., *LB* VI, 454 A–B).

466 *idem loquebantur* *Act.* 4, 31: "loquebantur sermonem Dei cum fiducia".

magnifica Dei *Act.* 2, 11 (trad. Er., *LB* VI, 442 B); Vulg. "magnalia Dei".

468 *Satanas* Identifié au serpent de *Gn.* 3.

469 *archetypum* Adjectif, emploi fréquent chez Martial: "original, premier".

personarum Il n'était pas question de leur *concordia* p. 368.

470 *eadem natura ... potentia* Voir p. 368, ll. 121–122.

Proximum Sc. *exemplum.*

471 *adglutinata* Cf. l. 462 *conglutinans*; *Deus, homo*: le Christ; *vniuersa ... societas*: l'Eglise des saints.

473 *Corpus* L'Eglise; *capite*: le Christ.

473–474 *Caput ... Sancto* Cette double liaison du Christ, d'un côté aux deux personnes divines, de l'autre aux membres de l'Eglise explique les "quatuor personas" de p. 318, ll. 133–135.

474 *Tertium* Sc. *exemplum* après *Summum et archetypum*, puis *Proximum* (470).

474–475 *mystici corporis* L'Eglise; voir pp. 280, l. 764; 312, l. 19; 346, l. 705.

475 *exemplum ... Paulus* *Rom.* 12, 4–5: "Sicut in vno corpore multa membra habemus ..., ita multi vnum corpus sumus in Christo"; 1. *Cor.* 12, 12: "Sicut corpus vnum est et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum corpus sunt, ita et Christus"; 12, 20; 12, 27; *Eph.* 4, 4; 4, 15–16ª; *Col.* 2, 19.

478 *Vtriusque concordiae* La seconde (ll. 470–473) et la troisième (ll. 474–478).

symbolum Le mot ne figure pas parmi les synonymes ou voisins de "métaphore" (p. 154); il n'en désigne pas moins un trope; sur ce point voir p. 182, ll. 628–634.

synaxi Le sens propre est "assemblée religieuse"; mais le mot est employé par Er. de préférence à Eucharistie car "prisci Christiani omnem panem veluti sacrum habebant, ob memoriam coenae Dominicae, et calicem inter se porrigentes, gratias agebant Domino, quum tamen non semper fieret consecratio sacramentalis" (*Annot. in* 1. *Cor.* 10, 16, *LB* VI, 711 E); le mot peut donc convenir aussi bien aux partisans qu'aux adversaires de la Présence réelle.

479 *Quartum* Sc. *exemplum* après ll. 469, 470, 474.

480 *vna caro* *Mt.* 19, 6.

glutino Cf. ll. 462 *conglutinans*; 471 *adglutinata*; p. 320, l. 163 *conglutinat.*

481 *homo citius ... ab vxore* *Mt.* 19, 5.

482 *coniunctione* Cf. l. 479. Dans ce développement Er. a multiplié les mots comportant le préfixe *cum-*, *con-*, *co-*, cette seule phrase en comportant trois. Sur l'union de l'âme et du corps cf. *Querela*, *ASD* IV, 2, p. 62, ll. 42–45.

483–484 *Animus ... obsequitur* Er. décrit ici le chrétien ou le sage; mais chez l'homme ordinaire le corps n'obéit pas à l'âme sans regimber: "Mulierem autem carnalem hominis partem intellige. Haec est enim Eua nostra, etc." et ci-dessus, p. 242, ll. 947–954 (surtout l. 953) et p. 378, l. 350.

486 *species* "L'éclat, la beauté".

487 *Anima ... non conquiescit, donec* Dans le mouvement de la phrase il y a une réminiscence d'Aug. *Conf.* I, 1, 1: "inquietum est cor nostrum donec requiescat in te", mais l'idée est autre: ce n'est pas le repos en Dieu, mais la résurrection du corps qui apaise l'in-quiétude de l'âme.

vicissim "En retour, de son côté".

488–490 *corporibus ... concordiam* Système de Ptolémée: les mouvements divers sont ceux du soleil, de la lune, des planètes, des étoiles fixes qui retrouvent la même position les uns par rapport aux autres au terme d'une Grande Année, c'est-à-dire environ 12.000 ans (Cic. *Rep.* VI, 22, 24; Macr. *Somn.* II, 11, 11 dit: quinze mille). Cf. *Querela*, *ASD* IV, 2, p. 62, ll. 37–38.

490 *elementa* Enumérés ll. 491–492. Voir *Querela*, *ASD* IV, 2, p. 62, ll. 38–40.

490–491 *natiuis qualitatibus* La terre unit sec et froid, l'eau humide et froid, l'air humide et chaud, le feu sec et chaud (depuis Aristot. *Gen. corr.* II).

491–492 *Terra ... librat* La terre (élément rassemblé) tient en équilibre les autres éléments plus légers qui lui sont superposés.

492 *refocillat* "Restaure, ranime" cf. *Iudic.* 15, 19; jeu sur les sens de "spiritus"?

ignis agit "Met en mouvement": les astres, les êtres humains (comme le montre la froideur du cadavre).

493 *Apes et formicae* Cf. *Querela*, *ASD* IV, 2, p. 62, ll. 48–49.

494–495 *commune ... condensant* Dans cette phrase encore le préfixe *com-*, *con-* apparaît quatre fois.

495 *miluio* Au lieu de "miluo".

496 *prisci ... foedera repererunt* Sans doute souvenir de Cic. *Inv.* I, 2, 2.

Nihil enim aliud est ciuitas quam multorum amicitia iisdem legibus concorditer parentium ac mutuis auxiliis sese tuentium.

Possunt etiam ex rebus inanimis peti concordiae exempla. Sagittas singulas facile frangas, iunctas non possis. Itidem fila singula fragilia sunt, coniuncta firmissima sunt. Sic multae res sunt quae iunctae seruantur, corrumpendae si separes. Veluti vinum in cyatho vapescit, in magno vase seruat vigorem. Sic et aqua in hydria vitiatur, in puteo non vitiatur. Vitis quoniam sibi non sufficit, amplexu firmiorum sese fulcit. Quod idem facit cucurbita.

Huc addendum quod nulla tutior acies quam quae conferta mutuo sese scutis defendit, nec fere vincuntur in bello, nisi quum milites se segregant desertis ordinibus aut quum inter duces discordia est. Adeo res efficax est concordia, vt latrones quoque ac piratae intelligant non successurum quod agunt, nisi qualicunque amicitia inter se foederatis. Quid quod ipsa natura tot lenociniis inuitat, tot occasionibus cogit ad amicitiam? Addidit genuinum affectum inter parentes ac liberos, inter fratres ac sorores, inter cognatos et affines, inter eiusdem gentis ac ciuitatis homines. Breuiter inter omnes similes, velut inter pueros, inter senes, inter eruditos. Hinc est quod gracculi gaudent societate gracculorum. Grues simul deuolant. Corporum autem et ingeniorum atque etiam fortunae dotes, ita partita est inter homines natura, vt nemo sibi sufficiat, sed omnes egeant mutuis aliorum auxiliis. Ex his facile perspicit lector quot exempla concordiae possent ex omni genere rerum congeri.

Iam vt Satanas tyrannidem suam discordiis confirmat, ita Christus regnum suum concordia stabilit. Hoc est quod oramus quotidie in precatione Dominica: *Adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, quemadmodum in coelo, ita et in terra.* Ecclesia petit vniuersum regnum tranquillum ab omni rebellione liberum. Christus erat lapis angularis, qui connectit vtrunque parietem, et Iudaeorum
LB 1099 et gen|tium, qui demolitus est maceriam, quae dirimebat Deum et homines, abrogauit chirographum delicti, quo nos Satanas tenebat obligatos atque affixit cruci, nouumque pacis et gratiae chirographum nobis suo sanguine consignauit, per quod pro inimicis facti sumus filii Dei. Ipse est intercessor et conciliator inter Deum et homines, hodieque regnans cum Patre est aduocatus noster, ea loquens quae ad pacem nostram faciunt. Quam autem fuerit natura pacificus, vel illud declarat, quod Pilatum et Herodem redegit in gratiam. *Quum*, inquit, *exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me.* Quanta erat turba deorum in mundo, quae portenta pro numine colebantur! Quot erant nationes, linguis, ritibus ac moribus dissimillimae! sed omnes ad vnius Dei

497–498 *multorum ... tuentium* Il est remarquable qu'Er. ne fasse jouer aucun rôle à un "grand homme", législateur ou orateur, dans la genèse des cités; cf. p. 312, ll. 25–33. Cf. *Querela*, *ASD* IV, 2, p. 64, ll. 86–90.

501 *corrumpendae* A la valeur d'un participe futur passif; il est fréquent qu'Er. emploie le subjonctif présent dans une conditionnelle et le futur dans la principale.

502 *vapescit* "S'évente, se gâte"; néologisme à partir de "vapidus", de "vappa". Dans cette phrase Er. a multiplié les mots commençant

par "v" (ou contenant ce phonème). Dans les ll. 499–500 il y a des effets de sonorité en "f" (*facile frangas*, *fragilia*, *firmissima*) ou "s" (*sagittas singulas*, *seruantur*, *separes*), sans doute pour donner une allure de proverbe à ces phrases. Pour la plupart il est difficile d'y voir des exemples de "concorde".

504 *sufficit*, *sese fulcit* Nouvel effet de sonorité. *cucurbita* Les gourdes comme les concombres peuvent être suspendues selon Plin. *Nat.* XIX, 24, 69.

505 *acies* Il est rare qu'Er. prenne des exemples dans le domaine de la guerre. *conferta* Pourtant Caes. *Gall.* II, 25, 1: "confertos milites sibi ipsos ad pugnam esse impedimento vidit"; même sens péjoratif IV, 32, 3: "suos ab hostibus premi atque aegre sustinere et, conferta legione, ex omnibus partibus tela coniici animaduertit"; en revanche: I, 24, 5: "[Heluetii] confertissima acie, reiecto nostro equitatu, phalange facta, sub primam nostram aciem successerunt". La formation en phalange est sans doute celle à qui pense Er.: les soldats du premier rang mettaient leurs boucliers bord à bord de manière à former une sorte de mur.

505–506 *mutuo ... defendit* Expression maladroite: l'adverbe n'a de sens qu'avec un sujet au pluriel. D'ailleurs Er. emploie aussitôt celui-ci.

508 *latrones quoque* Er. reprend une remarque de Plat. *Rep.* I, 351 cd. *non successurum* Sous-entendu *sibi.*

510 *lenociniis* Cf. *Querela*, *ASD* IV, 2, p. 64, l. 80.

510–512 *genuinum ... affines* Cf. *Querela*, *ASD* IV, 2, p. 64, ll. 95–99.

512 *inter omnes similes* Cf. *Querela*, *ASD* IV, 2, p. 64, ll. 99–100: "accedit in nonnullis ingeniorum, studiorum formaeque similitudo, certissima beneuolentiae conciliatrix". Voir les *Adag.* 120 'Aequalis aequalem delectat', 121 'Simile gaudet simili', 122 'Semper similem ducit Deus ad similem', et 123 'Semper graculus assidet graculo' (*ASD* II, 1, pp. 236–241) ici présent sous une forme un peu modifiée; *Querela*, *ASD* IV, 2, p. 62, l. 47: "turmatim volant grues et graculi". Pourquoi la graphie "gra*cc*ulus" (ll. 513 et 514)?

514–515 *Corporum ... partita est* Cf. *Querela*, *ASD* IV, 2, p. 64, l. 81 sq.: "Eoque tum corporum tum animorum dotes ita partita est, vt nemo sit omnium tam instructus, quin infimorum etiam officio nonnunquam adiuuetur, etc.".

515–516 *nemo sibi sufficiat* Cf. ci-dessus, ll. 503–504; *Querela*, *ASD* IV, 2, p. 64, l. 90: "Adeo nihil est in rebus humanis quod ipsum sibi sufficiat".

518 *tyrannidem* Voir p. 318, l. 143.

520 *Adueniat ... in terra* *Mt.* 6, 10; "adueniat" vient de *Lc.* 11, 2.

522 *lapis angularis* *Eph.* 2, 20; *Paraphr.*, *LB* VII, 978 D: "Porro Iesus Christus huius aedificii summus ille lapis est, qui in angulo additus, parietem vtrumque iungit et complectitur, cuius vi complexuque tota structura credentium, vndecunque coagmentata, in dies augescit ac surgit in templum spirituale, vere sanctum: nimirum ab ipso Domino consecratum". L'image de la pierre angulaire est aussi en 1. *Petr.* 2, 7; *Paraphr.*, *LB* VII, 1088 D: "Etenim quem illi suo aedificio dignati non sunt, hunc Deus in suo aedificio voluit esse caput anguli, quo ceu parietem vtrumque, hoc est, populum vtrumque, Gentium ac Iudaeorum, complecteretur et contineret, cuius munimento tuta esset aduersus omnes insultus structura, etc.".

523 *maceriam* Cf. *Eph.* 2, 14: "Ipse est pax nostra qui fecit ex vtrisque vnum, et interstitium maceriae diruit, simultatem per carnem suam, Legem mandatorum in decretis sitam abrogans, vt duos conderet in semetipso in vnum nouum hominem, etc." (trad. Er.); *Paraphr.*, *LB* VII, 977 E: "Christus ... sustulit Mosaicae Legis ceremonias, veluti maceriam quandam, Gentium ac Iudaeorum concordiam dirimentem, vt iam duae Gentes prius inter se disiunctissimae coirent et coalescerent in vnum abolita vetere simultate".

524–526 *abrogauit chirographum ... Dei* *Col.* 2, 14; *Paraphr.*, *LB* VII, 1011 A: "Imo vetus illud chirographum per quod nos vrgebat Diabolus, Christus antiquauit professione fidei Euangelicae, per quam non imputantur vlli vitae prioris commissa. Quicquid enim ex hoc chirographo poterat a nobis exigi, id ipse Christus dependit in cruce, in qua dilaceratum est chirographum, ac penitus sublatum est e medio". Le nouveau chirographe semble être une idée d'Er.

526–528 *Ipse ... pacem nostram faciunt* 1. *Tim.* 2, 5: "Vnus enim Deus, vnus etiam conciliator Dei et hominum, homo Christus Iesus" (trad. Er.).

527 *aduocatus* 1. *Ioh.* 2, 1; Er. explique le mot par "patronus".

529 *Pilatum ... in gratiam* *Lc.* 23, 12.

530 *Ioh.* 12, 32.

cultum pertractae sunt, ad eandem gratiam vocatae et in vnam ciuitatem, imo in vnum corpus coagmentatae.

Hinc distinguendae sunt concordiae species. Prima est hominis cum Deo, quae per fidem et innocentiam contingit. Secunda est hominis cum homine quam conciliat Christiana charitas. Tertia est cuiusque hominis secum quam praestat mens sibi bene conscia et caro spiritui obtemperans. Hae sic inter se cohaerent, vt aut adsint omnes aut absint omnes. Nemo secum habet pacem, in cuius pectore tumultus est cogitationum sese accusantium ac defendentium. Nemo cum Deo pacem habet, qui dissidium habet cum proximo.

Post haec e Libris Diuinis petentur exempla concordiae. Veluti Genesis XIII. Abraham de iure suo concedens inferiori Loth, exclusit rixas et aluit concordiam. Consimilem in modum Iacob locum dans furori Esau, dein reuersus blandis sermonibus ac muneribus mitigans eum. Pari comitate cauit, ne inter Laban socerum et ipsum oriretur inimicitia. Iudicum primo, Iudas et Simeon iunctis copiis superant Cananaeum, iuxta vetus prouerbium: Frater adesto viro. Lenitate ali concordiam, saeuitia gigni discordiam exemplum est III Regum XII in Roboam, qui sequutus iuuenile consilium alienauit a se decem tribus. Similium exemplorum magna vis colligi poterit e Sacris
LB 1100 Voluminibus nec | pauciora e libris humanis. Supersunt loca quae nobis commendant concordiam. Ac statim in Genesi: *Non est bonum hominem esse solum, faciamus illi adiutorium simile ipsi.* Similitudo mater est amoris, et amicitia in rebus difficilibus auxilio est, res prosperas facit iucundiores. Ecclesiastes IV: *Vae soli, quia si ceciderit non habet subleuantem*, etc. Prouerbiorum XVIII: *Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma.* Ecclesiastici XXV, inter ea quae probata sunt et apud Deum et apud homines commemorantur haec, *concordia fratrum, amor proximorum et vir ac mulier sibi bene consentientes.* In Nouo Testamento tot illa praecepta de charitate, de diligendis etiam inimicis, tot exhortationes Pauli ad vnanimitatem, ad fraternam dilectionem, quo vocant nisi ad concordiam? *Cum omnibus*, inquit, *hominibus quod in vobis est pacem habentes, non vos defendentes, charissimi.* Sunt et apud Ethnicos sententiae grauiter dictae. Qualis illa: *Concordia res paruae crescunt, discordia magnae dilabuntur.* Nec hanc partem longius persequar, sat habens indicasse. Ordinem et argumentorum copiam suppeditabit diuisio.

Nihil magis secundum naturam hominis quam amicitia. *Ecce quam bonum et quam iucundum*, etc. Nihil Deo gratius quam bonorum consensus; nihil ad incolumitatem corporis et animae tutius. Ex his declarabitur quantum commodorum secum adferat concordia. Adhaerent istis, quibus rebus paretur vera amicitia et quibus alatur confirmeturque, quibus vitietur atque amittatur. Hic locus erit explicandi quae sint officia christianae amicitiae et quam res sit pestilens, fucatus amicus atque adulator. Iam totidem partes adhibendae sunt ad discordiae reprehensionem, quot ad concordiae commendationem ostendimus adhibendas, quas omnes singulatim persequi quam sit infiniti negocii iamdudum opinor per se liquet, praesertim si, quae veluti per transennam

ostendimus, conemur explicare. Quare visum est hic quarto libro finem imponere, perquam breui fateor, vt a me est inchoatus, sed abunde prolixo si quis sibi ad hoc specimen caetera congeret.

557 *alt.* apud *om. BAS LB.*
569 commodorum *O*: commodum *BAS LB.*
576 hic *om. BAS LB.*

534 *vnum corpus* L'Eglise des saints.
coagmentatae Le mot apparaît dans le texte cité l. 522; il est cicéronien.
536 *innocentiam* Mot fréquent dans les Psaumes.
538 *mens ... conscia* "Ayant conscience d'être dans le bien", "ayant bonne conscience"; on trouve plutôt "conscius" + génitif: "mens sibi conscia recti" (Verg. *Aen.* I, 604).
Hae "Prima, secunda et tertia (concordiae species)".
539–540 *Nemo ... defendentium* Phrase un peu étrange car ses deux parties énoncent la même sorte de *concordia*, celle de l'individu avec lui-même, au lieu de montrer le lien entre deux sortes de *concordia*, comme l'annonce ce qui précède et comme le montre la l. suivante (avec Dieu – avec le prochain).
543 *Abraham ... inferiori Loth* *Gn.* 13, 8–9; cf. p. 382, l. 405.
544–545 *Iacob ... mitigans eum* *Gn.* 27, 41 (après que Jacob a usurpé la bénédiction paternelle, Esaü déjà frustré de son droit d'aînesse veut le tuer); 33, 3–4 (réconciliation après les présents de 32, 14 sq.).
546 *Laban ... inimicitia* *Gn.* 31, 36–54.
546–547 *Iudas ... Cananaeum* *Iudic.* 1, 1–4.
547–548 *Frater ... viro* *Adag.* 692 'Frater viro adsit' (*LB* II, 298 E–299 A) d'après Plat. *Rep.* II, 362 d.
549–550 *Roboam ... decem tribus* 1. *Rg.* 12, 1–19; verset 10: "et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo, etc."; verset 20: "nec secutus est quisquam domum Dauid praeter tribum Iuda solam".
552–553 *Non est ... ipsi* *Gn.* 2, 18.
553 *Similitudo ... amoris* Voir *Adag.* 121, *ASD* II, 1, p. 240; Er. cite Aristot. *Eth. Nic.* VIII et IX; puis: "Vnde est et illud: Ὁμοιότης τῆς φιλότητος μήτηρ, id est *Similitudo mater amoris*. Quare vbi absoluta similitudo, ibi vehementissimus amor, id quod indicat fabula Narcissi". Il ne vient pas à l'esprit d'Er. que l'amour naît de la différence plus que de la similitude.
553 *amicitia* Donne lieu à 62 adages dont le n° 224 'Vbi amici, ibi opes', *ASD* II, 1, pp. 337–338 mentionnant Plaut. *Truc.*; Quint. *Inst.* V; Lucian. *Tox.*
555 *Vae soli ... etc.* *Eccl.* 4, 10b avec "ruerit" au lieu de *si ceciderit.*
555–556 *Frater ... ciuitas firma* *Prv.* 18, 19.
556–557 *probata ... apud homines* *Sir.* 25, 1.
557–558 *Sir.* 25, 2.
561–562 *Rom.* 12, 18–19. C'est la Vulg. avec changement de place de *quod in vobis est* (en tête) et *vosmet ipsos* au lieu de *vos.*
563 *Concordia ... dilabuntur* Sall. *Iug.* 10, 6: "... paruae res ... maxime ..." cité par Sen. *Epist.* 94, 46.
565 *diuisio* En un sens difficile à distinguer de celui d'*ordo*; voir livre II, *ASD* V, 4, p. 304, l. 375.
566–567 *Ecce quam ... iucundum, etc.* *Ps.* 132, 1: "... habitare fratres in vnum".
568 *Ex his* "De ces points" (ll. 566–568).
569 *Adhaerent istis* "Se rattachent à ces questions"; sujets: les interrogatives indirectes qui suivent.
569–570 *quibus ... amicitia* Voir Cic. *Lael.* 9, 29–32.
570 *quibus alatur ... amittatur* Cic. *Lael.* 10 sq.
572 *fucatus* Cf. Cic. *Lael.* 25, 95: "Secerni autem blandus amicus a vero et internosci tam potest adhibita diligentia, quam omnia fucata et simulata a sinceris atque veris".
